R
2114

[illegible]

[illegible] 1555.
19.

Aprilis.

Wilhelmus sanpherdin

III 1930: 5129.

D. CAECILII

CYPRIANI

EPISCOPI CARTHAGINIENSIS ET MARTYRIS OPERA.

Bibliotheca Universitatis Rossicae (Dorpatensis)

Christi & Nobis virtute resolvo.



Sum Johannis Cnopii Ao 1619 Ex permutatione cum Casp. Bellingsh.

APVD SEB. GRYPHIVM LVGDVNI, 1550.

Gymnasium Reval

8 β

Bibliotheca Universitatis Tartuensis (Dorpatensis) 1930:5129
4-III A
4314
i 5225253x

R. P. AC D. D. LAVRENTIO PVCCIO, TITVLI SANCTORVM QVATVOR Cardinali, Erasmus Rot.

S. D.

INTAM uasta rei literariæ clade, quæ non solum tot egregia ueterum monumenta, uel deprauauit, uel detruncauit, uerumetiam innumeros scriptores immortali memoria dignos totos absorbuit, fortaßis ineptius uideatur R. pater, unius aut alterius interitum deplorare, ni Cyprianus unus esset multorum instar habendus, siue spectes eloquentiam, siue doctrinam, siue pastoris dignitatem, siue pectus apostolici spiritus uigorem ubiq; fragrans, siue martyrij gloriam. Hanc autẽ iacturam haud scio an hoc moderatius ferremus, si totus nobis interisset. Nunc quoniam ex his fragmentis quæ nobis, nescio quis casus, superesse uoluit, conijcimus qualia fuerint illa, quæ perierunt, grauius etiam animo discruciamur, quicunq; thesaurorum huiusmodi sumus auari. Porrò ut nunc in obscuro sit, quæ & quàm multa uir ille scripserit, operum claritas in causa fuit, quæ & Hieronymo persuasit, ut nõ duceret operæ pretium lucubrationũ illius indicem texere, cum ipsius ætate & sole clariores haberentur, & publicitus omniũ manibus tererentur, haudquaquam existimãtes fieri posse, ut tantam lucem ac celebritatem ullus casus obliuionis tenebris obscuraret: quod idem malum nobis usu uenit in Tertulliano: nam alius quispiam casus Origenicorum operũ catalogum nobis ademit, quẽ Hieronymus sese testatur attexuisse in quadam ad Paulam epistola, in qua huius Adamantij libros cum li-

bris Varronis confert, quem & ipsum constat πολυγραφότατον fuisse. Cæterum cũ Lactantius testetur, à Cypriano admodũ multa fuisse conscripta, rectius perspiciet quanta fuerit ea calamitas, quæ cætera nobis ademit: qui reliquijs quas habemus, notha ac pseudepigrapha detraxerit. Etenim ut Cypriano cũ cæteris scriptoribus est cõmune, quòd ipsius lucubrationibus multa sunt aliorum admista: ita hoc fuit Hieronymo felicior, quòd huius uoluminibus multa sunt interspersa, prorsus indigna lectu: Cypriano nihil adscriptum est, nisi doctũ, & à magnis uiris profectũ. Proinde nos adeò nihil semouimus etiã huius generis, ut nonnulla ex uetustis codicibus adiecerimus: neq; enim protinus reijciendũ, quod Cypriani non est. Iam ne quis in hac censura putet nos nihil aliud sequutos quàm somniũ animi nostri: symbolum fidei, quod in euulgatis pariter ac descriptis uoluminibus, Cypriani titulum hactenus posßidet, inter opera diui Hieronymi, fertur Ruffini nomine. Liber de singularitate clericorũ habetur inter Augustini lucubrationes, quanquàm is an Cypriani sit, dubito: certè Augustini non esse, præter phrasim arguunt ipsæ sacrarum uoluminũ citationes. De cæteris coniecturam nostram suis locis annotabimus. Vitam apparet ex eo libro decerptam, quem, ut testatur Hieronymus, conscripsit Pontius Cypriani diaconus, in ipso etiã exilio comes individuus usq; ad ultimi supplicij diem. Nec enim mihi uerisimile fit, hoc esse uolumen illud egregium, cuius in uita Pontij meminit Hieronymus: cũ quod extat apud nos, ne libelli quidem uocabulum mereatur. Certè coronidem de translatione corporis eius, ab alio quopiã adiectam esse, clarius est quàm ut sit admonendum, præsertim cũ in ea Caroli imperatoris fiat mentio. Iam quod diuus Hieronymus memorat, octo tantũ epistolas Cypriani ad Cornelium Romanæ urbis

bis episcopum extitisse, cum in nostris codicibus undecim, ni fallor, habeantur, fieri potest, ut nõ omnes peruenerint in manus Hieronymi: aut quoniã fit aliquoties, ut in ijsdem diuersa tractentur argumẽta, singulæ quæpiã in binas dissectæ sint, id quod nos in unà certè factũ & deprehendimus & indicauimus. Porrò cũ olim Africa permultos ediderit eloquentia doctrinaq; celebres, inter quos sunt in primis Tertullianus & Augustinus, tamen uix ulli contigit Romanæ dictionis germana puritas, præterquàm Cypriano. De scriptoribus ecclesiasticis loquor, alioqui Lactantius in primis erat excipiẽdus. Nam Tertullianus licet densus & argutus sit in sententijs, sermo tamen difficilis est & obscurus, atq; etiam incomptior: quemadmodũ indicat Hieronymus in epistola ad Paulinũ, uidelicet Lactantij iudicio subscribens. Iam in Augustino subinde lectorem offendit perplexum nescio quid & impeditum atq; obscurũ, quod in epistolis illi obijcit & Hieronymus: at uterq; Cypriano summas eloquẽtiæ dotes tribuit: sic enim scribit Hieronymus in epistola ad Paulinum: Beatus Cyprianus instar fontis purißimi dulcis incedit & placidus. Lactantius autem in præfatione libri quinti de Institutione religionis Christianæ, non solum illi tribuit facilitatem, iucũditatem, perspicuitatem, copiam ac nitorem, uerumetiam uim ac neruos in persuadendo. Erat enim, inquiens, ingenio facili, copioso, suaui, &, quæ sermonis maxima est uirtus, aperto: ut discernere nequeas, utrum ornatior in loquendo, an facilior in explicando, an potentior in persuadendo quisquã fuerit. Atq; utinam diuus Augustinus, ut Afer Afrum, episcopus episcopum numero uoluminũ præcurrit, ita dictionis elegantia potuisset assequi: utinamq; linguam huius tam feliciter esset æmulatus, quàm candidè miratur ac prædicat. Siquidè is lib. De doctrina Christiana 4.

ex huius uoluminibus potißimũ petit exempla, quibus demonstret nullam eloquẽtiæ partem in Christianis scriptoribus desiderari, hunc cum Ambrosio subinde conferens, quemadmodum Fabius Marcum Tullium cum Demosthene committit. Idem in conflictationibus cum Pelagianis ac Donatistis, multa cum reuerẽtia citat huius sententias. Non possum equidẽ inficias ire, quin olim inter orthodoxos scriptores primas tribuerim Hieronymo: uerùm ubi Cyprianũ, quem prius & carptim & oscitans legerã, propius sum contemplatus, prorsus animi dubius reddor, utrum utri præferam, adeò suis uterq; uirtutibus summus occurrit. Quòd si hoc nomine iure præfertur Demosthenes, quòd propius accesserit ad uerũ illud ac naturale dicendi genus: & longius absit ab umbra declamatoria, longè præcellit hac parte Cyprianus Hieronymũ: magis ubiq; serius ac minus affectans, cum hic quemadmodũ & Tertullianus, in risu penè sit immodicus, subinde desidens in expatiationibus, plurimum admiscens ex profana literatura: quæ dotes, si laudi dantur, nõ tam defuere Cypriano, quàm uel spretæ sunt, uel neglectæ. Nihil in hoc reperies, quod ad ostentationem ingenij uideri possit ascitum, aut quod ullo pacto uafritiem sapiat, quæ non abest Hieronymo. Talis ubiq; sermonis habitus est, ut loqui sentias uerè Christianum episcopum, ac martyrio destinatum. Pectus ardet Euangelica pietate, & pectori respondet oratio: loquitur diserta, sed magis fortia, quàm diserta: neq; tam loquitur fortia, quàm uiuit, ut ipse meminit alicubi. Huic nimirum personæ magis congruebat dignitas, quàm lepos, etiam si locis aliquot declarat sibi non defuisse nasum, sicubi res ita postulasset: uelut ubi salsißimè ridet hæreticũ quendam, qui negabat Cyprianum habendum pro episcopo: deinde cum refellit eos, qui non immersos, sed aspersione aquæ baptiza

baptizatos in periculosis morbis, non Christianos, sed Clinicos censebant appellandos. Nam hic præter perpetuam illam iucunditatem, sanguinis in morem per omne corpus sparsam, iocis etiam ac dicterijs utitur. In una duntaxat epistola, cuius initium est: Bene admones Donate, nonnihil lusit apparatu pompaq; sermonis: unde & Augustinus comptæ, iucundæ, splendidæq; dictionis depromit exemplum. Talem ecclesiæ doctorem, talem Christianæ pietatis athletam nobis dedit rhetorũ schola, ne quis sibi stolidè placeat, quòd nihil rhetorices attigerit. Efferant alij quantum libet eos, quos nobis ediderunt dialecticorum ac peripateticorum scholæ, quos nec nos sanè improbamus, certè primas inter orthodoxos partes Cypriano tribuit Papa Gelasius, in decretis 15. dist. cap. Sancta Romana. Iam fortassis non absre fuerit, nonnihil attingere de dogmatis huius à quibus hodie dissentire uidetur ecclesia, inter quæ cum primis iactatum est illud, quòd existimaret hæreticos ab ecclesiæ consortio semotos ac schismaticos nihil agere baptizando: at qui hæc sententia non uni placuit Cypriano, uerum plerisq; omnibus Africæ, Numidiæ, Mauritaniæq; episcopis: quod abunde perspicuum est ex actis synodi Carthaginiensis, quæ nos adiecimus in hac editione. Error erat simplex, non ex ambitione malitiaue, sed ex hæreseon odio & ecclesiasticæ unitatis amore profectus. Dum enim sedulò uitat lacus hæreticorum contritos, horretq; bibere aquam de cisterna aliena, incautiore mali fuga, in eum errorem inciderat. Nec ille repertor fuit eius erroris, sed à maioribus acceptum tuebatur, haud dubiè mutaturus sententiam, si melioribus argumentis ueritatem fuisset edoctus, quemadmodum pòst, episcopi cæteri priorem opinionem meliore sententia mutarunt. Nam testimonia scripturarum & rationes, quibus

Dogma Cypriani de hæreticis.

illi fuerunt in eum errorem inducti, eleganter refellit Augustinus in libris De baptismo contra Donatianos, præsertim libris tertio, sexto, septimo. Sunt & alia quædam, sed hinc fermè profecta, quæ suis locis attingemus. Iam quòd quidam (ut refert Lactantius) homo disertus, sed impius, Caprianum, pro Cypriano, uocarit: hoc magis nobis placere debet uir optimus, quòd uiro pessimo displicuerit, imò cui nihil in Cypriano displicuerit præter Christianam pietatem. Satis enim declarat quid ille de Christo senserit, qui doctrinam eius aniles fabulas iudicarit. Ad hæc quòd huic Hieronymus in epistola quadam ad Paulinum uidetur absolutam sacræ scripturæ scientiam detrahere, nihil aliud sensit, opinor, quàm persequutionum procellis, quibus tum agitabatur ecclesia, martyrioq; præpeditum, non absoluisse in explanandis diuinis uoluminibus, quod egregie præstaturus uidebatur, si licuisset. Nam quæ scripsit, ferè uersantur in locis communibus: unde non pauca decerpit Hieronymus, quoties in iisdem uersatur: quemadmodum, ut est uerisimile, è Tertulliani libris multa mutuatus est Cyprianus, quibus adeò delectatus deditusq; legitur, ut quoties ab amanuensi codicem posceret, dicere solitus sit: Da magistrum, nihilo minus ob id ingenio tribuens, quòd ab ecclesia sese submouisset, nimirum gnarus uel è sterquilinio legere aurum, & intelligens ubiq; bonum esse quod bonum est, ac uitans propheticam imprecationem aduersus eos, qui pro personarum uarietate, uel pro suo magis affectu, de rebus iudicium uariantes: quod bonum est, dicunt malum: quod dulce est, faciunt amarum. Sed ne celsitudinem tuam pluribus morer, reuerende pater, prodit Cyprianus & emendatior multo, sublatis opera nostra mendis: & aliquãto purior, semotis ijs quæ illi falsò tribuebantur:

Lactantius lib 5. cap. 1.

Cypriani opera emendata.

tur: & auctior, adiectis aliquot ex uetustissimis exemplaribus, quæ hactenus desiderata sunt. Postremò prodit opera Frobenij nitidior simul & augustior: prodibit autẽ & feliciter, si tua autoritas nostræ fauebit industriæ simul & consilio, qui laborem hunc tuo nomini dicatum esse uoluimus, non ignari quãtum ea laboret instaurãdæ religioni Christianæ. Quorũ enim auspicijs magis conueniebat restitui priscos ecclesiæ doctores, quàm uestris, qui nũc illorũ præcipuas uices geritis? per quos potius oportuit asseri, scriptorem apostolis proximum, quàm per eos qui nobis summates Apostolos repræsentant? Quin & illud mihi probè uisum est cõgruere: ut Cyprianus, cui primum locum tribuit sedis apostolicæ censura, tuis prodiret auspicijs, cui meritissimo inter tot ordinis cardinalitij lumina primas tribuit Leo põtifex, non minus cordatissimi, quàm maximi titulo clarus. Celebris est apud Romanos Annibal Pœnus, qui cum Italis de Romano certauit imperio: hũc æquum est haberi celebriorem, qui cũ Romanis orthodoxis felicius quàm Annibal, de Romana certauit eloquentia. Ille cũ Scipione cõflixit armis, hic cũ Cornelio Romano Pontifice sic suscepisse pietatis certamẽ uidetur, ut ambos uirtutibus pares, eodem die, licet anno non eodem, similis martyrij palma decorarit, eloquentiæ gloria uicerit Cyprianus. Mihi uerò peculiaris etiam quædam causa fuit, ut hoc quicquid est operæ, amplitudini tuæ dedicarem: quandoquidem non licuit alia ratione testari animũ memorem officiorum haudquaquam uulgarium, quæ primũ R. D. Antonius Puccius nepos tuus, id temporis legatũ agẽs summi pontificis apud Heluetios, mox tua celsitudo Romæ mihi largiter impẽdit: quã precor ut Christus Opt. Max. dignitati Romanæ sedis, & reipublicæ Christianæ iuuãdæ, diu sospitet incolumem. Louanij, Anno M. D. XIX. pridie Cal. Aug.

ANNOTATIVNCVLAE DES. ERASMI ROTER. IN CYPRIANVM.

Ex libro primo, folio 35

COgnouimus frater charißime.) Videtur ſentire nõ eſſe fas Chriſtianis, armis ac ui tueri ſe aduerſus impetum perſequutorum. Quin addit: cum innocentibus nec nocentes occidere liceat. Conſentit ſibi in tractatu cuius initium: Oblatrantem te.

Folio 43. Legi literas tuas frater charißime). Si male, inquit, loquutus ſum, exprobra de malo. Videtur Cyprianus, aut certè is quem ſequutus eſt, Græcè legiſſe pro μαρτύρησον, ἐπιτίμησον.

Ex eadem, folio 43. Acoluthum miſiſti, &c.) Acolythum ſcriptum in huius libris inuenio: ἀκώλυτ&, ſignificat eum qui non prohibetur: ἀκόλυθ& miniſtrum ſonat. Videntur Latini hic accepiſſe accentum Græcorum, quemadmodum fecerunt in paracletus.

Folio 63. Cum in unũ conueniſſemus.) Sentire uidetur ſacrificio ſacerdotis impij nihil effici, imò magis inquinari populum. Verum intelligit, opinor, de epiſcopo per hæreticos conſtituto, qui non ſit uerus epiſcopus: huius ſacra non proſunt ijs, qui fauent huius impietati.

Folio 74. Pro tua religioſa diligentia.) Sentire uidetur non baptizare neque abſoluere, qui ſpiritum ſanctum non habet. Verùm hæc opinio damnata eſt. Eadem diſſerit in epiſtola 12. cuius initium: Cum ſimul in concilio. Item in tractatu, cuius initium: Cum moneat Dominus & dicat. Item in actis ſynodi Carthaginienſis.

Ex lib. 2. fol. 105. Bene admones Donate. (Huius epiſtolæ phraſis nitidior ac florulentior eſt, quàm cæterarum: & re dolet adhuc ſcholaſticam eloquentiam. Ex hac citauit Auguſtinus exemplum ſplendidæ ac iucundæ dictionis, libro de doctrina Chriſtiana quarto, capite decimoquarto, adducens hunc locum: Petimus hanc ſedem, &c.

Ex eadem, fol. 109. Et homicidium cum admittunt ſinguli, crimen eſt: uirtus uocatur, cum publicè geritur.) Videtur nullum facere diſcrimen inter homicidium & bellum, niſi, quòd hic publicè occiduntur plures: uerum hoc intelligendũ de bello iniuſto, cuiuſmodi ſunt pleraque: & haud ſcio an omnia, ut nunc quidem geruntur.

Folio 111. Audacia prorſus conuicijs faciens, & impudentia congruens impudicis.) Pro faciens, nõnulli codices habebant fauens. Conijcio legendum: Audacia pro conuicijs faciens, &c. ut ſit ſenſus, audaciam conuenire conuicianti.

Folio 116. Quanquam ſciam frater charißime.) Ex hac colligitur olim quoſdam pura aqua conſecraſſe ſanguinem Chriſti, non admiſto uino.

Folio 121. Non bibã amodo ex iſta creatura uitis.) quod Græcis eſt γέννημα, creaturam uertit.

Folio 124. Sic uerò calix Domini non eſt aqua ſola, &c.) Sentire uidetur non conſecrare eum, qui uinum conſecret abſq; aqua: ſed ſenſit, opinor, non rite conſecrare, licet non conſecretur aqua ſola.

Folio 126. An illa ſibi aliquis contemplatione blanditur, &c.) Videtur olim fuiſſe mos, ut mane conſecrarent aquam, ſub cœnam uinum aqua dilutum.

Folio 128. Tingentes eos, &c.) Latinè dixit, quod nos Græcè malumus: unde et alibi quos nos baptizatos dicimus, ille tinctos uocat. Ex hac epiſtola Auguſtinus lib. de doctrina Chriſt. 4. cap. 21. adducit exemplum ſubmiſſæ dictionis.

Admonit

Admonitos autem nos scias, nt in calice offerendo, &c.

Ex lib. 3. fol. 158. Lectis literis.) In hac excutiendum quid sentiat, cum negat cuiquã nisi soli Christo datam potestatẽ uirga ferrea confringendi uasa fictilia, & exustis zizanijs purgare triticum: nam ecclesia etiam tum eijciebat improbos & intractabiles. Si de eijciendo sensit: & afficiuntur capitis supplicijs, qui commerentur, sed per magistratus profanos. Vnde sensisse uidetur, ecclesiastica censura neminem sic perdi, ut intereat: quæ non in aliud adhibetur, quàm ut sanet. Similia tradit libro 4. Epistola 2. Accepimus primas.

Folio. 201. Gloria quidem uestra, &c. Squallent sine balneis membra.) Hunc locum uidetur æmulatus Hieronymus in epistola prima, quam adolescens scripsit ad Heliodorum, sicut & aliàs multa huius est imitatus.

Ex libro 4. fol. 209. Accepimus primas literas tuas.) Excutiendum cur in hac Cornelium pontificem Romanum collegam suum appellet: neq; enim id semel facit, ut casus uideri possit, sed iterum atq; iterum. Sic & innocentium Augustinus fratrem uocat. Resederant in illa etiamnum ætate uestigia simplicitatis apostolicæ, nec requirebatur ista titulorum ambitio. Sic Paulus Apostolorum principem Cephã & Petrum. Par erat autoritas, sed maior charitas & arrogantia nulla. Et tamen Cyprianus alicubi plurimum defert sedi Romanæ, deq; dignitate Petri magnificè sentit. Proinde suspicor hic fratris cognomen non arguere dignitatis æqualitem, sed societatem communionis.

Ex eadẽ, fol. 209. Itẽ: Quod ne uel apud te, uel apud quenquã, &c.) Hinc apparet ecclesiæ decreta pro tempore rectè mutari. Primũ Cyprianus acerrimè inuehebatur in eos, qui sine pœnitentiæ satisfactione recipiebant in ecclesiæ consortium eos, qui metu suppliciorum defecissent à Christi professione:

sione: mox mutata in diuersum sententia, idem fecit, quod illos indignè & impiè facere clamitabat.

Ex eadem, fol. 215. Sic tamen admissus est Trophimus, ut laicus cõmunicet.) Ex hoc loco apparet presbyteros à peracta pœnitentia non recipi solere, nisi inter laicos: quod aiunt & hodie fieri apud Græcos.

Folio 234. Agnoscenda & complectenda.) Videtur olim ecclesia & pro martyribus orasse. sic enim ait: Sacrificia pro eis semper, ut meministis, offerimus, quoties martyrum passiones anniuersaria cõmemoratione celebramus, nisi fortè pro eis dictum est, pro eo quod erat, in honorem eorum.

Folio. 246. Quæsisti etiam frater.) Hanc non esse epistolam integram, uel ex ipso statim initio liquet. Quis enim sic exordiretur epistolam? quæsisti etiam: uerum pars est epistolæ, cuius initium: Pro tua religiosa diligentia. quod palàm arguit codex uetustißimus è duobus minor, quem nobis exhibuit uenerabile monasterium Iemblacense.

Ex eadem. In hac disputatur, an qui instante morte, sacra aqua fuissent aspersi, quòd ob morbum tingi nõ possent, pro baptizatis essent habendi: & an retingendi, si reualuissent. Hanc rem ita tractat, ut liberum relinquat, siue quis putet eiusmodi retingendos, siue non.

Folio. 253. & 257. Ego te frater.) Ait: Loquitur illic Petrus super quẽ ædificanda erat ecclesia. Ab hac sentẽtia multum abhorret Augustinus, qui non uult hominem esse fundamentum ecclesiæ, certè hoc loco. Et tamen non semel Cyprianus facit Petrum ecclesiæ fundamentum: nisi fortè nomine Petri sensit populum hoc profitentem, quod Petrus fecerat professus. Huius enim personã gerebat tum Petrus. Christus unicum & uerum est fundamentum & caput ecclesiæ, nihil tamen uetat Apostolos aliquo modo dici fundamenta

aut

aut capita ecclesiæ.

Folio 260. Oblatrantem te.) Demiror cur hæc aliquis maluerit tractatus appellare, quàm epistolas. In hac Cyprianus sentire uidetur mundum hunc senio reddi deteriorem.

Ex eodem, folio 260. Nemo nostrum quando apprehenditur reluctatur, &c.) Hic sentit Christianos potuisse resistere persequutionibus, sed noluisse, ne ultionem quam Deus sibi reseruatam noluit, sibi usurparent. Conuenit autẽ cum eo quod annotauimus in prima epistola. Nunc ultro inuadimus, & opibus inhiamus potius, quàm saluti illorum studemus.

Folio 278. Disciplina custos, &c.) Hic quòd scribit nullã esse ueniam peccanti post cognitam Domini uiam, sic arbitror intelligendum, non esse ueniam, quæ præstet, ut non imputetur delictum.

Folio 288. Ex hoc libello locos aliquot adducit Augustinus lib. de doctrina Christiana 4. cap. 21. ex quo mendas aliquot submouimus: adducit autem hunc locum: Si quis pingendi artifex uultum alicuius, &c. ut exemplum grandis figuræ dictionis.

Folio 294. et 297. Cũ moneat Dominus, &c.) Hic æquare uidetur autoritatem omnium Apostolorum, cum ait: Hoc erant utiq; cæteri apostoli quod fuit Petrus, pari consortio præditi, & honoris & potestatis: sed exordium ab unitate proficiscitur, ut ecclesia una monstretur. Incertũ autem, an, quod dicit ecclesiam ab uno profectam, ad Christum referendum sit, an ad Petrum: nisi quòd orationis tenor magis in Petrum congruit: par erat autoritas prædicandi, baptizandi, & absoluendi, penes unum tamen erat principatus, ad declarandum unitatem ecclesiæ.

Folio 314. Quòd idola dij non sint.) Huius tractatus titulus habebatur uarius. In uetustissimis codicibus reperi: Deos

Deos non esse quos uulgus colit, hinc notum est. In alijs doctus aliquis auxit titulum: & rursum aliquis coniunxit titulum ipsi operi. Quoniam autem incipit ex abrupto, suspicor esse fragmentum prolixioris operis. Quandoquidem Lactantius testatur, Cyprianum plurima uolumina conscripsisse. Hoc opusculum Hieronymus laudat in epistola ad oratorem Magnum.

Ex eodem, circa finem, fo. 320. Iam uẽturus è cœlo ad pœnam diaboli, & ad censuram generis humani.) Non sic accipiendum est, ut quidam putarunt diabolum & animas impiorum non cruciandas ante extremi iudicij diem, sed ex iudicio pœnam accessuram diabolo.

Folio 321. et 326. Multa et magna.) Quod est apud Matthæũ cap. 6. ὅπου σὴς καὶ βρῶσις, hic uertit, tinea et cõestura.

Ex eodem fol. 334. Quibus possent peccata tergeri.) Tergeri pronuntiauit iuxta secundam inflexionem: atq; ita positum uidetur apud Terentium in Eunucho: Qui abstergerem uulnera.

Folio 352. & 356. De patientia loquuturus.) Hic locus est cõmodè intelligẽdus, quales sunt complures etiam in alijs libris orthodoxorum. Immortalitate, inquit, interim posita, fieri se & mortalem patitur. Neq; enim filius Dei desijt esse immortalis, posteaquàm assumpsit humanam naturam.

Ex eodem fol. 384. Pax ecce dilectissimi fratres.) In hoc sic disserit de remissione peccatorum, ut uideatur adimere hominibus autoritatem absoluendi. Verum ex toto sermone satis liquet, illum sentire de non absoluendis absque satisfactione. Agit enim aduersus eos, qui statim admittendos arbitrabantur in ecclesiæ consortium, eos qui metu tormentorum Christi nomen abnegassent. Diuus Hieronymus testatur Cornelium Romanæ urbis episcopum edidisse uolumen

de

de lapsis:uerũ nihil uetat idẽ argumẽtũ à duobus fuisse tractatum.

Folio.422.Euangelica præcepta: Et remitte nobis debita nostra,&c.) Vbi sunt quidã circũforanei rabulæ, qui apud populũ indoctũ cœlũ terræ miscebãt,quòd in precatione dominica,pro dimitte,mutarim remitte:non damnans omnino quod nos legimus,sed quod elegãtius est,præferẽs? Atqui Cyprianus tot ante nos seculis ausus est sic precari Deũ:Remitte nobis.Et hi uolũt haberi Christianæ religionis columina, qui ob nænias huiusmodi proximũ criminãtur apud indoctã plebeculã.Porrò ne quis impudẽs cauilletur locũ à me corruptum,consulat uel descriptos,uel excusos typis codices.

TOMO SECVNDO,

Folio.3.Obtemperandũ fuit fili charissime.)De hoc uix licuit certũ pronuntiare, quòd præter præfationẽ autor nusquam suum stylum exerat.Probabilius mihi quidem est,non esse Cypriani.In uulgatis codicibus non habebantur nisi duo libri,nos tertium adiecimus ex bibliotheca Iemblacensi.

Cap.5.folio 9. Locus qui citatur ex Abacuc, iuxta Græcorum lectionem citatur in uetustissimis codicibus scriptis.

Ex eodẽ,cap.12.fol.12. Quod est apud Matthæũ cap.3. cuius non sum dignus.hic citat:Cuius non sum idoneus:quod Græcè sit ἱκανός.

Capite 13.fol.12. Quod est apud Matthæum cap.11.Iugum enim meum suaue est,& onus meum leue.Iugum enim meum bonum est,& sarcina mea leuis:quod Græcè χρηστὸν est,bonum uertit.

Libri 2.cap.18.fo.39.Quod est apud Ioannem 1,Medius autem uestrum stetit,hic ita refert:In medio autẽ uestri stat, sentiens ἔφυκεν, & huiusmodi uerba sic usurpari frequenter,ut sub uoce præteriti præsens indicent.

Capite

Capite 28.folio 46.Omnes patriæ gentium.)Græcam uocem reliquit πατριαί,id est,familiæ.

Folio 103.Scripsisti mihi frater.)Ad Iubianum,hoc opus non habebatur in his codicibus,quos habemus excusos typis. In uno tantum codice reperi peruetusto, cuius copiam mihi fecit collegium Iemblacense, unde quædam non quiuimus emendare.

In eodem,fo.108. Quod nunc quoq; apud nos geritur.) Hic nonnihil attingit de ritu prisco baptizandi.

Ex eodem, fo. 110. Proinde frustra quidam.) Hic sentit absurdum non esse,si quid in ecclesia receptum uetatur in melius,aut etiam corrigatur,si deprehensus fuerit error.

Ex eodem,fo.118. Hæc tibi breuiter. Cum uersetur in re fidei,tamẽ collegas episcopos suo relinquit arbitrio.Et haud scio an inter hos fuerint suffraganei:nam Carthago metropolis est Africæ.Tanta erat unitatis cura priscis,& ad damnandum contatio.

Folio 119. Quanquam plenè ea.) Nec hoc opus habebatur inter excusa typis,sed adiecimus è codice Iemblacensi.

Folio 127. Retulit ad me frater.)Et hoc ex eodem adiecimus.

Folio 130. Cum in unum Carthagini cõuenissemus.) Ipsæ res indicat hoc opus non esse compositum à Cypriano, sed acta esse synodi,notarijs excipientibus,quæ gerebantur,aut dicebantur. Nec enim est eadem omnium dictio,sed satis apparet omnes episcopos illius temporis eruditos fuisse,præsertim in sacris literis.Est autem elegans cernere,quibus modis olim episcoporum concilium solitum sit celebrari.Quin & illud animaduertendum,opinionem de iterum rebaptizandis ijs,qui fuissent ab hæreticis baptizati,nõ unius fuisse Cypriani, sed omnium fermè episcoporũ Africæ,Numi-

 diæ,

diæ,ac Mauritaniæ. Annotandum & illud, non probari ab his iteratũ baptismũ, sed arbitrantur,nihil actum baptismo hæreticorum.Et hunc librum adiecimus ex uetusto codice.

Ex eodem fo. 131. Superest, ut de hac ipsa re singuli.) Rursus hic cum sacramenti res tractetur ac fidei, tamen unumquenq; suo relinquit arbitrio: nec putat quem terrore cogendum,ut mutet sententiam, uidelicet ne scinderetur concordia ecclesiastica.

Ex eodem.fo.132. Migirpa in suffragio suo, hoc baptismum dixit, quemadmodum & Augustinus aliquoties in commentarijs in Ioannem.

Ex eodem, fo. 135. Monnulus in suffragio suo, cancer, usurpat neutro genere,pro morbo,quod & aliàs apud Cyprianum reperies.

QVAE VIDEBANTVR FALSÒ ADSCRIPTA CYPRIANO.

Folio 148.

PRobatio capitulorum.) Phrasis imò genius huius operis totus abest ac dissidet à Cypriani stylo, siue spectes elegantiam orationis,siue eruditionem sacram,siue ardorem animi. Mihi uidetur esse fragmentum alicuius commentarij. Iam ut nihil aliud,uel illud unum mihi persuaserit opus non esse Cypriani,quod seriò recenset hic,quisquis est,frigidissimum commentum de quatuor elementis, quibus apud Hebræos componitur Adam:& quatuor mundi plagis, quas is,nescio quo consilio stellas appellat,quarum singulæ apud Græcos incipiant à singulis Hebraici nominis elementis. Deinde alterum multò frigidius,de numero quem constituunt apud Græcos eadem elementa,α,δ,α,μ. Quod tamen Augustinus refert aliquoties in commentarijs in Ioannem.

Fo.160.Narrat Iosephus.) Nec hic quidẽ quicquã est Cypriani,

priani, meminit autem Pipini regis Aquitanorum, qui si is est in quem Stephanus pontifex transtulit imperij titulos, immensum est interuallum annorum.

Folio 168.Mihi quidem fidelissime Laurenti.) Stylus satis arguit,hoc opus non esse Cypriani: & inter opera Hieronymi fertur inscriptum Ruffino. Nec abhorret phrasis à phrasi Ruffini:& inter huius opera magnificè de symbolo meminit Gennadius,quod adeò præclare dicit esse disertum, ut cæteri ad hunc nihil dixisse uideantur.

Folio 215.Promiseram quidem uobis.) Libellus hic eruditi facundiq; hominis esse negari nec debet, nec potest. Et consentiunt quædam schemata, in quibus tamen hic magis immodicus,quàm Cyprianus: uerũ aspersa sunt uerba quædam,non referentia puritatem Cyprianicæ dictionis: uelut illa: Quoties inordinaliter credimus, ac contubernalitas. Item coniugalitas,& uulgaritas.Item absentare, pro separare.Item constitutionarij,& repulsorium: pullulat uitia, pro producit:& naufragalis, & corpus ancillat,pro effœminat. Item frequentatiuum, aliaq; his consimilia. Quanquam uidetur episcopus, aut alioquin autoritate præditus fuisse:nam sic inquit alicubi: Vos autem filij charissimi non tantum persuasione,sed etiam potestate conuenio.In hoc libello citatur locus Pauli iuxta ueram ac Græcorum lectionem:Non ergo blasphemetur bonum uestrum.atq; ita legitur in uetustissimis codicibus,ad quos hæc contulimus.

Folio 261.Solent matres.) Nec hoc opus esse Cypriani stylus arguit,licet hominis sit eruditi,quales ætas illa cõplures habebat.Præterea nec habebatur in exemplaribus manu descriptis,quibus usus sum:& in editione Badiana separatum habebatur à reliquo uolumine.Vita Cypriani interiecta, in prioribus editionibus omnino non habebatur, sed

tamen habenda gratia qui in causa fuerunt, ut hæc nobis supersint, idq; debemus nomini Cyprianico, quòd huius cõmendatione seruata sint, fortaßis alioqui peritura.

Folio 370. Etsi incongruens.) Opinor neminem fore tam obesæ naris, quin illico sensurus sit, stylum huius operis longè lateq; discrepare à dictione Cyprianica: est enim elaboratus & inæqualis, identidem intumescens, sed parum feliciter affectat argutiam, ne id quidem ubiq; feliciter, & omnino plus est curæ quàm ingenij, plus affectationis quàm facultatis. Apparet opus fuisse meditantis & exercentis calamum. Non habebatur in codicibus excusis, reperi in codice bibliothecæ Iemblacensis, sed mirum quàm mendose descriptum proinde dedimus quale potuimus.

Folio 388. Aliquas officiorum meorum.) Hunc in uetere quadam editione excusum reperi, sed mendosum locis compluribus, nec licuit mederi cunctis erratis, quòd non succurreret ullum aliud exemplar. Stylus palàm arguit non esse Cypriani. Nam fluit ille, ac lectorem ducit. Hic argutè ac breuiter sententijs & enthymematis pungit. Fieri potest ut sit Tertulliani, nisi quòd se declarat episcopum fuisse, unde suspicor nonnihil, esse Cornelij. Doctus fuit autor, quisquis fuit: & liber indignus, qui intercidat.

QVAEDAM EMENDATA EX CONIECTVRA

Ex eodem, fo. 389.

AD implenda quæq; cognoscimus tribuat.) Legendum arbitror, quæ cognoscimus, nisi legas, quæq;, pro quæcunq;.

Folio 389. Nihil iam carni debentes qua renatos &c.) Fortè pro, qua, legendum, quasi: quanquam mihi uidetur & aliàs locus non uacare mendo.

Ibidem

Ibidem: Quæ à Christo consecrata sit.) Vide num rectius sit, Christo consecrata. Quanquam si legas à Christo, sensus est Christum ipsum fuisse uirginem.

Ibidem: Modulo decore inuicem, &c.) Legendum suspicor, mutuo decore.

Fol. 391. Exhauriens rem tum pudore.) Lege, cũ pudore.

Ibidem: Eo uiris per uiros monstra.) Legendum arbitror, ex uiris per uiros.

Fol. 396. Aut redintegrandos dolos lenocinantium.) Opinor legendum, lenocinatum.

Ibidem: Oculorum extremitates suffocantur.) Legendum arbitror, suffuscantur: quòd stibio solet addi nigror oculis. Et mox pro, actibus, suspicor legendum, artibus.

Fol. 397. Quorum pretia etiam sine artibus calendarium cuiusuis excedunt.) Fortè sic legendum: quorum pretia, etiam sine artibus, cilindrorum onus excedunt.

Ibidem. Cogitanti mihi & intolerabiliter.) Quando stylus non patitur, ut Cypriani credatur hæc epistola: uero proximum est, esse Cornelij Romanæ urbis episcopi. Siquidem Hieronymus operum huius catalogum texens, meminit hisce uerbis: Et alium & de Nouatiano & ijs qui lapsi sunt. Apparet autem esse imperfectam, sic enim desinit: Præmanu sit nobis oratio illa, exomologeseos plena: nisi fortè continenter subsequi debebat oratio, quam in una reperi editione: sed interiecto sermone Augustini diuulsam, eam subijciam: licet mihi non fiat uerisimile hanc esse quam sensit: uel hoc argumento quòd de pœnitentia, aut relaxatione peccatorum nulla hic fiat mentio: at nihil aliud agitur in epistola.

Ex eadem, fo. 408. At nunc ex quo caninam illam hæresim.) Pro, caninam, lege, Cainam. Sic enim & Hieronymus

appellat eam quæ adimit ſpem remittendi peccati. Cætera facilè lector ipſe deprehendet.

Fol.413.& 418.Subiecimus & Auguſtini orationẽ,prorſus ipſius piam iuxtà ac doctã:deinde duas precationes non aſpernandas mea ſententia, an Cypriani incertum. Porrò quòd in toto opere neſcio quis diſſecuit libros,diſtinxit tractatus ab epiſtolis, tametſi ſciebam ineptè factum, tamen diſſimulaui,quòd non admodũ referat.Sic aliquis & tomos, quos Origenes ſcripſit in Matthæum,diſcidit in homilias.

VERBA PECVLIARIA CYPRIANO.

Primo tomo,Folio 162.& 213.

EXambire,pro ambitu aſſequi ſiue enitiſicut eblandiri, lib.3.epiſtola 5. Quoniã comperi fratres.item libro 4. epiſto.2.Accepi epiſcopatum non exambitũ,nec extortum.

Folio 184. Remiſſa,pro remiſsione lib.3.epiſtola 14.Diu patientiam meam.Ita quidam dicunt,recompenſam,pro penſatione.Sic &,remiſſa eſt,dictum eſt à priſcis,pro miſsio eſt, quum populo fit poteſtas abeundi domum.

Fol.215. Sacrificati dicebantur ea ætate, qui metu malorum cò pertrahebantur,ut idolis etiam ſacra facerent.epiſtola 2. libri 4. Accepi. Hos eoſdem alicubi uocat thuriſicatos.Qui uerò non incendiſſent thura idolis,ſed per libellos tantum dediſſent nomina,libellatici uocabantur.

Fol.248. Clinici tum uulgò dicebantur,qui ob morbum lecto decumbentes, aqua ſacra aſpergebantur, non tingebantur.Nam κλίνη Græce,lectus eſt. Vox à medicis, ludibrij cauſa,deflexa eſt ad ſic baptizatos.

Folio 288.Impugnare & impugnatio.ſic enim ſcriptum habetur in codicibus,pro fucatione & fucare,ponit in epiſtola De habitu uirginum. Sed haud ſcio an dicendum ſit, impigmatio,unde pigmenta dicta uidentur.

Folio

Folio 340.& 348.Magnanimitatem uocat,quod eſt ſubinde in literis apoſtolicis μακροθυμία, quod alij uertunt, longanimitatem:ut in tractatu De elcemoſyna: Hæc indeſinentium operum magnanimitate redimantur. Item in proximo:Charitas magnanima eſt.alijsq; locis pluribus, quàm ut referat citare ſingulos.

Fol.85.& 199. Mortalis.Apud hunc ex ueteribus unum reperio poſitum,mortale,pro eo quod mortem adfert:ut in tractatu De bono patientiæ, cuius initium, De patientia loquuturus.

Fol.402. Confundi,pro erubeſcere,uſurpat tractatu De lapſis.

Fol.185.& 186.Dare pacẽ,pro admittere in cõſortiũ eccleſiæ,aut abſoluere. Facere literas,pro ſcribere epiſtolas.

Fol.97. Abſtinere pro ſeparare.

Fol.53. Et abſtentus pro ſeparatus.

Fol.331. Dominicum, pro cœna dominica, ſeu communione euchariſtiæ.

Quando, pro quum,totics occurrit, ut mirum ſi caſu factum eſt.

Frequenter abutitur iſtic, pro hic, & illic,pro iſtic.

Promereri, uſurpat aliquoties pro, conciliare: quod nos, demerere,dicimus.

Pronominibus, ſe & ſui, nonnunquam durius utitur pro ipſum,& ipſius.

Quandiu, utitur pro,donec,libro 4. cap. 4. Quandiu torquent,quandiu deijciant.pro,donec deijciant.

Tractatu primo,autumnum dixit neutro genere.

Imò,nonnunquam durius abutitur pro,potius.

Deprehenditur in huius ſcriptis aliquoties ſolœciſmus, qui nonnunquam obrepere ſolet doctis, dum magis attendunt

dunt sententiæ,quàm uerbis. Talis est in libello ad Demetrianum.Pestem & luem criminaris,quum peste & lue uel detecta sint,uel aucta crimina singulorum, dum nec infirmis exhibetur misericordia,& defunctis auaritia inhiat & rapina: ijdem ad pietatis obsequium timidi, ad impia lucra temerarij. Nam hi nominatiui non habent quò referantur. Huic similis est in sermone de spiritu sancto, Hi omnes dum Hebræa lingua apostoli prædicarent: loquutio Iudaica, enuntiationis suæ articulos cursu consueto euoluens, nullo exponebatur interprete.

In hoc opere sumus usi præsidio trium editionum, Romanæ, qua nihil uidi deprauatius, & tamen hæc alicubi profuit.Cuiusdam alterius,cuius titulus excidit, & Badianæ. Præterea uetustißimorum codicum, qui tamen non ubique succurrebant. Vbi succurrebant, non est dormitatum: ijs qui plus ualent præstare,per nos sanè non est præclusa uia.

FINIS.

INDEX SEV ORDO OPERVM DIVI CAECILII CYPRIANI.

Cognouimus frater.ad Cornelium,de perseuerantia fidei,seu confessione. fol.35.
Statueramus quidem.ad eundem,de ijs qui ob tormentorum metum à fide defecerunt. 39.
Legi literas tuas frater.ad eundē epistola confortatoria. 43.
Cum in unum conuenissemus. ad Felicem & Paulum, de Martiali,& Basilide hæresiarchis. 63.
Et iam pridem uobis.ad Rogatianum & cæteros,de obseruatione disciplinæ. 70.

pro

Pro tua religiosa diligentia.ad Magnum, de ijs qui in lecto gratiam consequuntur. 74
Grauiter & dolēter motus. ad Epictetum & plebem Assuritanorum,de Fortunatiano episcopo. 82
Quanquam fratres charißimi Briccius.ad plebem,de quinque presbyteris schismaticis. 86
Grauiter commoti sumus.ad plebem & clerum Furnitanorum,de Victore qui Faustinum presbyterum tutorem nominauit. 91
Pro dilectione tua.ad Eucratium,de histrione. 93.
Legimus literas tuas frater charißime. ad Pomponium, de uirginibus. 94
Cum simul in cōcilio essemus.ad Ianuarium & cæteros,de ijs qui apud hæreticos baptizantur. 99
Ad quædam disponenda.ad Stephanum,de concilio. 102
Bene admones Donate.ad Donatum Cyprianus,de sua conuersione. 105
Quanquam sciam frater.ad Cæcilium,de sacramento dominici calicis. 116
Et cunctos uos pariter.ad Moysen,& Maximum, &c. de confessione eorum. 129
In ordinandis clericis.ad clerum & plebem,de Aurelio lectore ordinato. 132
Exulto lætus & gratulator.ad martyres,de martyrio. 134
Quanquàm benè sibi conscius.presbyteri & diaconi ad Cyprianum. 138
Et cum diligentia.ad Cornelium,de Nouatiano & Nouato schismaticis. 144
Et religiosum nobis.ad eundem,de Ethippo. 147
Quod seruis Dei & maxime sacerdotibus.ad eundem,de unitate ecclesiæ. 148

Venerunt ad nos.ad eundem,de hæreticis. 151
Et egisse nos & agere.frater charissime,ad eundem epistola congratulatoria. 153
Et nuper quidē. ad Lucium papam de exilio reuersum. 154
Cum frequenter charissimi.ad Maximum & Nicostratum, de unitate. 157
Lectis literis uestris.ad Maximum & Vrbanum,&c.ad ecclesiam reuersos. 158
Quales literas ad clerum Romæ agentem. ad presbyteros Romæ consistentes. 160
Quoniam comperi fratres. ad eosdem epistola, in qua se à maledicis expurgat. 161
Quanquàm sciam uos fratres.ad eosdem,ut ijs fratribus qui in carcere sunt,omnis humanitas exhibeatur. 163
Exultantibus nobis.ad Lucium,&c.epistola,in qua de acceptis literis gratias agit. 165
Legimus literas tuas frater chariss. ad Fidum, de infantibus baptizandis. 167
Grauiter & dolenter commoti sumus. ad Rogatianum, de diacono qui contra episcopum contendit. 170
Optaueram quidem fratres.ad presbyteros & diaconos,ut diligentiores sint circa religionis administrationem. 173
Quantam solicitudinem.ad Cornelium, de nonnullis ad ecclesiam reuersis. 176
Ne quid minus ad pœnam. ad eundem, de quibusdam schismaticis. 178
Faustinus collega noster.ad Stephanum,de Martino Arelatensi. 179
Certi sumus,frater charissime. Maximus, Vrbanus,&c.ad D.Cyprianum. 183
Diu patientiam meam.ad clerum,de quibusdam presbyteris qui

qui temere pacem lapsis dederunt. 183
Solicitudo loci nostri.ad martyres et confessores,qui lapsis petierunt pacem dari. 186
Ingemiscere uos & dolere.significatio ad plebem de petitione super lapsis facta per martyres. 189
Miror uos fratres. ad clerum, propter lapsos & catechumenos ne uacui exirent. 191
Legi literas uestras fratres charissimi.Ad clerum,de ijs qui ad pacem festinant. 192
Dominus loquitur & dicit.ad clerum, non esse temere pacem lapsis dandam. 193
Accepimus literas tuas.ad Calydonium episcopum,quid super lapsis egerit. 194
Cum de excessu boni uiri.ad clerum Romæ consistentē.195.
Ne quid conscientiam uestram.ad clerum,de lectore Saturo & hypodiacono Optato. 196
Scripsistis fratres.ad Fortunatum & cæteros,de ijs qui per tormenta superantur. 197
Saluto uos fratres.ad clerum,de cura populi. 198
Gloria quidem uestra.ad martyres & confessores epistola, in qua uirtutum laudem extollit. 199
Saluto uos fratres. ad Seagrium & Rogatianum in carcere constitutos epistola consolatoria. 205
Accepimus primas literas.ad Antonianum, de Cornelio & Nouatiano. 209
Gloriam fidei.ad Moysen & maximum,&c. qui in persequutione fidem seruauerunt. 227
Quanquam sentiam.Ad clerum,de deprecando Deum pro peccatis nostris. 229
Agnoscenda & complectenda. ad clerum & plebem, de Celerino confessore lectore ordinato. 234

ueniæ non est deneganda. 398
Hagios hagios.oratio beati Cypriani martyris. 413
Domine sancte pater,oratio eiusdem. 415
Sermonem à nobis.sermo beati Augustini de sancto Cypriano martyre. 418

ANNOTATIVNCVLA DES. ERASMI Rot. in passionem D. Cypriani.

Temporibus Valeriani.Hic appendicem ab alio quopiam recentiore additam, clarius est, quàm ut sit admonendum: ea est: Nos ergo fratres oremus omnipotentē Deum. Et Hieronymus in Catalogo scriptorum illustrium testatur, Cypriani uitam ac mortē à Pontio diacono, qui fuerit illi comes individuus, fuisse descriptā:è cuius libro suspicor hoc esse decerptum.Nam quum Hieronymus egregium uolumen appellet,quod reliquisset Pōtius:non est uerisimile, hunc esse librum de quo senserit Hieronymus:quia adeò non meretur elegans dici, ut ne libri quidem uocabulum mereatur.

PASSIO B. CYPRIANI EPISCOPI CARTHAginiensis per Pontium eius diaconum edita.

TEMPORIBVS Valeriani iniquissimi imperatoris, fuit in Carthagine, quæ est in Africa,gloriosissimus uir,nomine Cyprianus:qui primò quidem rhetoricam docuit: deinde a quodam presbytero nomine Cæcilio conuersus ad fidem Christi,nomen quoq; sortitus est Cæcilius:qui omne culmen gestiens assequi Christianæ religionis, perfectionem (quam Christus consulenti iuueni de uita æterna deprompserat) sequutus, omnem substantiam suam pauperibus erogauit, ut nudum mater ecclesia susciperet, quem nudum mater carnea terræ edidisset: ueraciter perspiciens, non posse perfectè in inenarrabili Dei sapientia philosophari, terrenis cupiditatibus innixum. Nanque ita Dei ineffabili sapientiæ contemplandæ se tradidit, ut toto orbe propè notissimus, sole clarius extent eius innumera uolumina, quæ in Euangelijs & alijs uoluminibus optimè perorauit: chronica quoque ualde utilia composuit, & exhortatorias ad multos sanctorum epistolas,in quibus ardorem fidei uelut bonus demonstrauit athleta. Post multum uerò temporis, ut non abdita maneret lucerna sub modio, sed ut luceret instar stellæ spiritualis solis,posita est super cādelabrum,ut præsentes & secuturi agnoscerent,non debere doloribus momentaneis cedere, quibus perpetua beatitudo fixa maneret. Denique comprehensus à ministris Paterni proconsulis Carthaginiensis, ante eum in quoddam secretarium adductus est,cui ita dixit:Sacratissimi imperatores Gallienus & Valerianus ad me literas dirigere dignati sunt, in quibus sanxerūt,ut omnes homines,Deos,quos Romani adorant,debeant adorare: & qui contempserint hoc præceptum,gladio feriantur.Audiui uerò,quòd tu Deorum cultū pro nihilo ducas,unde hortor consulas tibi, & Deos honores.Cyprianus respondit:Christianus ego sum,& nullos alios Deos noui,nisi unum & uerum Deum,qui creauit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Huic Deo Christiani seruimus:hunc nocteq; dieq; deprecamur pro omnibus,etiam pro imperatoribus.Paternus proconsul dixit: Si in hac uoluntate perseueraueris, pessima morte peribis. Sanctus Cyprianus episcopus respondit: Bona uoluntas est, quæ Deum timet: & ideo non potest immutari. Paternus proconsul dixit: Quia in hac uoluntate permanes, secundum

dum præcepta principum exilio deputandus es. Sanctus Cyprianus respondit: Exul non erit, qui Deum in mente habebit: quoniam Domini est terra & plenitudo eius. Paternus proconsul dixit ad eum: Antequam proficiscaris, dic ubi sint presbyteri, qui in hac ciuitate esse dicuntur, uel similes tui. Sanctus Cyprianus respondit: Bene atque utiliter legibus uestris sanxistis, nullos delatores fore debere: idcirco à me prodi non debent, sed à uobis inueniantur: quia & hoc censuistis, ut nullus se ultro offerret. Procõsul dixit: Ego à te cum tormentis eos exquiram. Sanctus Dei respondit: Per me non perdentur. Proconsul dixit: Præceptum principum est, ne qui Christiani conciliabula faciant, uel cœmiteria ingrediantur: & si quis hoc uiolauerit, gladio animaduertatur. Sanctus Dei respondit: Fac quod tibi præceptum est. Cum ergo uideret animum eius immutabilem in religione diuina fecit eum in ciuitate * Furabilitana exulari, ubi aliquandiu exemplo boni operis multis profuit, nemini obfuit. Cumq; ibi domino in sanctitate deseruiret, mortuus est Paternus proconsul. Et ipse de exilio regressus, in quodam hortulo commanebat. Cumq; de eo perlatum esset ad Galerium Maximum, qui Paterno successerat, misit duos ministros, & iussit eum ad se adduci. Qui quum uenissent ad eum, leuauerunt eum in curru suo, & ad Galerium Maximum perduxerunt. Qui quum uidisset eum, ait: Tu es * Statius Cyprianus? Sanctus Cyprianus respondit: Ego. Galerius proconsul dixit: Tu es quem Christiani Papam suum nominant? Sanctus Dei respondit: Ego. Procõsul dixit: Iusserũt tibi principes nostri adorare Deos. Sanctus Dei respondit: Non faciam. Proconsul dixit: Melius facies si saluti tuæ consulas, & Deos non cõtemnas. Sanctus Dei respondit: Salus mea, & uirtus mea Christus Dominus est,

*al's, Curubitana

*al's, Thascius

est, cui sine fine seruire desidero. Proconsul dicit:* Vitæ tuæ doleo, & uellem consulere tibi. Sanctus Cyprianus respondit: Consultum mihi melius non esse quæro, quàm ut Deum meum adorans, ad ipsum tota mentis auiditate festinem: quoniam non sunt cõdignæ passiones huius temporis ad superuenturam gloriam quæ reuelabitur in nobis. Iratus Galerius proconsul ait: Diu sacrilega mente uixisti, & nefariæ conspirationis homines aggregasti tibi, & inimicum te dijs & sacris religionibus eorũ præbuisti: & non æquissimis consilijs principum assensum unquam præbuisti, sed semper autor iniqui nominis & signifer extitisti, & propterea cæteris quos sceleri tuo aggregasti, exemplum eris, & in sanguine tuo discent disciplinam. Tunc ergo dictauit sententiam, dicens: Statium Cyprianum dijs libamina offerre renuentem, gladio animaduerti placet. Cumq; duceretur ad decollandum, sequebatur eum multitudo populi, & alij clamabant: Moriamur simul cũ sancto episcopo. Et quum peruenisset in locum qui dicitur Sextus, quarto ab urbe milliario, expoliauit se birro, & tradidit carnificibus. Dalmaticam uerò tradidit diaconibus, & stetit in lineis, expectans spiculatorem. Et dum ille appropinquasset, iussit suis illi dari uiginti aureos. Cumq; prostrauisset sese in terram, orauit cum lacrymis, & à fratribus linteamina offerebantur, unde oculos sibi tergebat. Et cum surrexisset ab oratione, sententia ex tabella recitata est, ita: Statius Cyprianus gladio feriatur. Et statim respondit sanctus Dei: Amen. Et ceruicem obtulit gladio, temporalemq; uitam finiuit, recepturus à Deo sine fine perpetuam. Sic ergo beatus Cyprianus subsequutus est fide gloriosa sanctũ Cornelium eodem martyrij genere, eodem passionis die, licet non eodem anno, deuicto diabolo, triumphator migrauit ad cœlum. Et sicut scriptum

*al's, Vicem tuam

Birrum episcopale.
Dalmatica.
Linea.

c

ptum est: Quomodo in uita sua dilexerunt se, ita & in morte non sunt separati. Ambo fide clari, ambo constantia inuicti, ambo martyrio glorioſi. Nos ergo fratres oremus omnipotentem Deum pro ſereniſſimo Imperatore Carolo, quatenus qui beatum Cornelium papam & martyrem de Romanis partibus ob munimen ſui, cunctorumq; fidelium ſibi proximari fecit, ac nos de tam magno patrono honorauit: per ſuffragia huius inclyti martyris beatitudine perennis uitæ ſibi conceſſa, ſanctorum omnium quos uenerabiliter excoluit, conſortia adipiſci mereamur perpetuò obtinenda, præſtante Domino noſtro IESV Chriſto, qui cum patre uiuit & regnat Deus, in unitate ſpiritus ſancti, Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

*

FINIS.

DIVI CAECILII CYPRIANI EPISCOPI CARTHAGINIENSIS EPISTOLARVM LIBER I.

EPISTOLA PRIMA.

Cæcilii Cypriani epiſtola ad Cornelium Papam, de fidei Chriſti confeſsione cõgratulantis, & hortantis, ut conſtanter & firmiter ad omnem patientiam perſeueret.

CYPRIANVS CORNELIO FRATRI SAL.

COGNOVIMVS, frater chariſsime, fidei ac uirtutis uestræ teſtimonia glorioſa, & cõfeſsionis uestræ honorem ſic exultanter accepimus, ut in meritis ac laudibus uestris nos quoq; participes ac ſocios computemus. Nam cum nobis & eccleſia una ſit, & mens iuncta, & indiuidua concordia, quis non ſacerdos in ſacerdotis ſui laudibus, tanquàm in ſuis proprijs gratuletur? aut quæ fraternitas in fratrum gaudio non ubiq; lætetur? Exprimi ſatis non poteſt, quanta iſta exultatio fuerit, & quanta lætitia, cum de uobis proſpera & fortia comperiſſemus, ducem te illic confeſsionis fratribus extitiſſe, ſed & confeſsionem ducis de fratrum conſenſione creuiſſe, ut dum præcedis ad gloriam, multos feceris gloriæ comites, & confeſſorem populum ſuaſeris fieri, dum primus paratus es pro omnibus confiteri; ut non inueniamus quid prius

Fidei unitas cõgratulationis cauſa.

Ducis confeſsio ſubditorum eſt conuerſio.

prædicare in uobis debeamus, utrum ne tuam promptam & stabilem fidem, an inseparabilem fratrum charitatẽ. Virtus illic episcopi præcedentis publicè comprobata est, adunatio sequẽtis fraternitatis ostensa est, dum apud uos unus animus & una uox est, ecclesia omnis Romana cõfessa est. Claruit fratres charissimi fides, quam de uobis beatus Apostolus prædicauit. Hanc laudẽ uirtutis & roboris firmitatem, iam tũc in spiritu præuidebat, & præconio futurorum merita uestra contestans, dum parentes laudat, filios prouocat: dum sic unanimes, dum sic fortes estis, magna & cæteris fratribus unanimitatis & fortitudinis exempla tribuistis. Docuistis granditer Deum timere, Christo firmiter adhærere, plebem sacerdotibus in periculo iungi, in persecutione fratres à fratribus non separari, concordiam simul iunctam uinci omnino non posse, quicquid simul petitur à cunctis, Deum pacis pacificis exhibere. Prosilierat aduersarius terrore uiolento Christi castra turbare, sed quo impetu uenerat, eodem impeto pulsus est: & quãtum formidinis & terroris attulit, tantum fortitudinis inuenit & roboris: supplantare se iterum crediderat posse Dei seruos, & uelut tyrones & rudes, quasi minus paratos & minus cautos, solito suo more concutere. Vnum primò aggressus, ut lupus ouem secernere à grege, ut accipiter columbam ab agmine uolantium separare tentauerat. Nam cui non est aduersus omnes satis uirium, circumuenire quærit solitudinem singulorum. Sed retusus adunati exercitus fide pariter & uigore, intellexit milites Christi uigilare iam sobrios, & armatos ad prælium stare, uinci non posse, mori posse, & hoc ipso inuictos esse, quia nec mori timent, nec repugnare contra impugnantes, cum occidere innocentibus nec nocentem liceat, sed prompte & animas & sanguinem tradere, ut cum tanta in

Episcopi uirtus adunatio fraternitatis.

Roma. 1.

Concordia inuicta.

Aduersarius singulos aggreditur.

Exercitus unitus dispersо fortior.

Christi milites mortis contemptiores.

in seculo malitiæ sæuitia grassetur, à malis & sæuis uelocius recedatur. Quale illud fuit sub oculis Dei spectaculum glorioſum! quale in cõspectu Christi & eius ecclesiæ gaudium! Ad pugnam quã tentauerat hostis inferre, non singulos milites, sed semel tota castra prodijsse. Omnes enim cõstat uenturos fuisse, si audire potuissent, cum accurrerit properanter, & uenerit quisquis audiuit. Quot illi lapsi, gloriosa confessione sunt restituti! Steterunt fortes, & ipso dolore pœnitentiæ facti ad prælium fortiores, ut appareat nuper * subitatos esse, & nouæ atq; insuetæ rei pauore trepidasse. Redijsse ad se postmodum, fidem uerã & uires suas de Dei timore collectas, ad omnem patientiam cõstanter & firmiter roborasse, nec iam stare ad criminis ueniam, sed ad pasſionis coronã. Quid ad hæc Nouatianus frater, utrum ne iam deponit errorem, an uerò (qui dementium mos est) ipsis bonis & prosperis nostris plus adactus est ad furorem? & quò magis ac magis dilectionis ac fidei crescit hic gloria, illic dissensionis & zeli crudescit insania? nec uulnus suum miser curat, sed adhuc grauius & se & suos uulnerat? in perniciem fratrum lingua sua perstrepens, & facundiæ uenenatæ iacula contorquens, magis durus secularis philosophiæ prauitate, quàm philosophiæ Dominicæ lenitate pacificus: desertor ecclesiæ, misericordiæ hostis, interfector pœnitentiæ, doctor superbiæ, ueritatis corruptor, proditor charitatis? Agnoscit ne iam qui sit sacerdos Dei? quæ sit ecclesia & domus Christi? qui sint Dei serui, quos diabolus infestet? qui sint Christiani, quos Antichristus impugnet? Neque enim quærit illos, quos iam subegit, aut gestit euertere, quos iam suos fecit. Inimicus & hostis ecclesiæ quos alienauit ab ecclesia & foras duxit, ut captiuos & uictos contemnit, & præterit: eos pergit lacessere, in quibus Christum cernit habitare.

* al. dubitasse.

Nouatianus fidei hostis.

Nouatiani uenenata facundia.

bitare. Quanquam & si aliquis ex talibus fuerit apprehensus, non est quod sibi quasi in confessione nominis blandiatur, cum constet si occisi eiusmodi extra ecclesiam fuerint, fidei coronam non esse, sed pœnam potius esse perfidiæ, nec in domo Dei inter unanimes habituros esse, quos uidemus de pacifica & diuina domo furore discordiæ recessisse. Hortamur planè quantum possumus pro charitate mutua, qua uobis inuicem cohæremus, ut (quoniam prouidentia Domini monentis instruimur, & diuinæ misericordiæ consilijs salubribus admonemur, appropinquare iam certaminis & agonis nostri diem) ieiunijs, uigilijs, orationibus insistere cum omni plebe non desinamus. Incumbamus gemitibus assiduis, & deprecationibus crebris. Hæc sunt enim nobis arma cœlestia, quæ stare & perseuerare fortiter faciunt. Hæc sunt munimenta spiritualia & tela diuina, quæ protegunt. Memores nostri inuicem simus, concordes atq; unanimes, utrobiq; pro nobis semper oremus, pressuras & angustias mutua charitate releuemus. Et si quis hinc nostrum prior diuinæ dignationis celeritate præcesserit, perseueret apud Deum nostra dilectio, pro fratribus & sororibus nostris apud misericordiam patris non cesset oratio. Opto te frater charissime semper bene ualere.

Etiam defuncti orant pro uiuis.

EPISTOLA II.

Epistola beati Cypriani, nonnullorumq; episcoporũ ad Cornelium Papam, in qua docent, eos ecclesiæ communionemq; admitti debere, qui prioribus persecutionibus ob tormentorũ metum à fide defecerunt, & doleter ac iugiter diuina postmodum solatia implorantes, pro domini sui nomine, ac pro sua salute fortiter stare & repugnare profiterentur.

CYPR. LIBERALIS, CALYDONIVS, Nicomedes, Cæcilius, Iunius, Marutius, Felix, Successus, Faustinus, Fortunatus, Victor, Saturninus, alius Saturninus, Rog

Rogatianus, Satius, Secũdinus, alius Saturninius, Eutyches, alius Saturninus, Aurelius, Priscus, Herculanus, Victoricus, Quintus, Honoratus Manthaneus, Hortẽsianus, Gerianus, Iambus, Donatus, Pomponius, Polymarcus, Demetrius, alius Donatus, Pruatianus, Fortunatus, Rogatus, & Monnulus

CORNELIO FRATRI SAL.

STatucramus quidem iampridem frater charissime, participato inuicem nobiscum consilio, ut qui in persecutionis infestatione supplantati ab aduersario & lapsi fuissent, ac sacrificijs se illicitis maculassent, agerẽt diu pœnitentiam plenam, & si periculum infirmitatis urgeret, pacem sub ictu mortis acciperent. Nec enim fas erat, aut permittebat paterna pietas & diuina clementia, ecclesiam pulsantibus claudi, & dolentibus & deprecantibus spei salutaris subsidium denegari, ut de seculo recedentes sine communicatione, aut pace domini dimitterentur, cum permiserit ipse, qui legem dedit, ut ligata in terris, etiã in cœlis ligata essent: solui autem possent illic, quæ hic prius in ecclesia soluerentur. Sed cum uideamus diem rursus alterius infestationis appropinquare cœpisse, & crebris atq; assiduis ostensionibus admoneamur, ut ad certamen, quod nobis hostis indicit, armati & parati simus, plebem etiam nobis diuina dignatione commissam exhortationibus nostris præparemus, & omnes omnino milites Christi, qui arma desiderãt, & prælium flagitant, intra castra domini colligamus: necessitate cogente, censuimus, eis, qui de ecclesia domini nõ recesserũt, sed pœnitentiam agere, & lamentari, ac dominũ deprecari à primo lapsus sui die non destiterunt, pacem dandam esse, & eos ad prælium, quod imminet, armari & instrui oportere. Obtemperantis est nanq; ostensionibus atq; admonitionibus iustis, ut à pastoribus oues in periculo non deseran-

Pax pœnitẽtibus morte datur. Ecclesia pulsantibus aperiẽda.

tur, sed grex omnis in unum cõgregetur, & exercitus Domini ad certamen militiæ cœlestis armetur. Meritò enim trahebatur dolentium pœnitentia tempore longiore, ut infirmis, si qui essent, in exitu subueniretur, quandiu quies & tranquillitas aderat, quæ differre diu plangentium lacrymas, & subuenire serò morientibus in infirmitate pateretur.

Pax fortibus necessaria.

At uerò nunc non infirmis, sed fortibus pax necessaria est, nec morientibus, sed uiuentibus communicatio à nobis danda est, ut quos excitamus & exhortamur ad prælium, non inermes & nudos relinquamus, sed protectione sanguinis & corporis Christi muniamus: & cũ ad hoc fiat Eucharistia, ut possit accipientibus esse tutela, quos tutos esse cõtra aduersariũ uolumus, munimẽto Dominicæ saturitatis armemus. Nam quomodo docemus aut prouocamus eos in cõfessione nominis sanguinẽ suũ fundere, si eis militaturis Christi sanguinẽ denegamus? Aut quomodo ad martyrij poculum idoneos facimus, si nõ eos ad bibendũ prius in ecclesia poculum Domini iure cõmunicationis admittimus? Interesse debet frater charissime inter eos qui uel apostatauerũt, & ad seculũ, cui renũtiauerant, reuersi gẽtiliter uiuunt, uel ad hæreticos trãsfugæ facti contra ecclesiã parricidialia quotidie arma suscipiunt: & inter eos qui ab ecclesiæ limine nõ recedentes & implorantes iugiter ac dolenter diuina & paterna solatia, nũc se ad pugnã paratos esse, & pro Domini

Eucharistia accipientibus tutela.

Pax uigilantibus datur.

nomine, ac pro sua salute stare fortiter, & pugnare profitentur. Hoc in tempore pacem nos non dormientibus, sed uigilantibus damus: pacem non delicijs, sed armis damus: pacem non ad quietem, sed ad aciem damus. Si secundum quod eos audimus, fortiter steterint, & aduersarium nobiscum in congressione prostrauerint, non pœnitet pacem concessisse tam fortibus, imò episcopatus nostri honor grandis

dis & gloria est, pacem dedisse martyribus, ut sacerdotes qui sacrificia Dei quotidie celebramus, hostias Deo & uictimas præparemus. Si autem, quod dominus auertat, à fratribus nostris aliquis lapsorum fefellerit, ut pacem subdole petat, & impendentis prælij tempore communicationem non præliaturus accipiat, seipsum fallit & decipit, qui aliud corde occultat & aliud uoce denuntiat. Nos inquantum nobis & uidere & iudicare conceditur, faciem singulorum uidemus, cor scrutari & mentem perspicere non possumus. De his iudicat occultorum scrutator & cognitor citò uenturus, & de arcanis cordis atque abditis iudicaturus. Obesse autem mali bonis non debent, sed magis mali à bonis adiuuari. Nec ideo martyrium facturis pax neganda est, quia sunt quidam negaturi, cum propter hoc pax sit danda omnibus militaturis, ne per ignorantiam nostram ille incipiat præteriri, qui habet in prælio coronari. Nec quisquam dicat, qui martyrium tulit, sanguine suo baptizatur: nec pax illi ab episcopo necessaria est habituro gloriæ suæ pacem, & accepturo maiorem de Domini dignatione mercedem. Primò idoneus esse non potest ad martyrium, qui ab ecclesia non armatur ad prælium: & mens deficit, quam non recepta eucharistia erigit, & accendit. Dominus enim in Euangelio suo ait: Cum autem uos tradiderint, nolite cogitare quid loquamini: dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini: non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Cum autem dicat in traditis, atque in cõfessione nominis constitutis loqui spiritum patris, quomodo potest ad confessionem paratus aut idoneus inueniri, qui non prius pace accepta receperit spiritum patris, qui corroborans seruos suos, ipse loquitur & confitetur in nobis?

Faciem uidemus, cor uerò non. Scrutator cordium deus.

Eucharistia sumpta erigit. Matth. 10.

Mar.10. bis? Tunc deinde si relictis omnibus rebus suis fugerit, & in latebris atque in solitudine constitutus in latrones fortè incurrerit, aut in febribus & in languore decesserit: non'ne nobis imputabitur quòd tam bonus miles, qui omnia sua dereliquit, & contempta domo, & parentibus, ac liberis, sequi dominum suum maluit, sine pace & sine communicatione decesſit? Non'ne nobis uel negligentia segnis, uel duritia crudelis adscribetur in die iudicij, quòd pastores creditas & commussas nobis oues, nec curare in pace, nec
Ezech.14. in acie uoluerimus armare? Non'ne nobis ingeretur à Domino, quod per prophetam suum clamat & dicit: Ecce lac consumitis, & lanis uos tegitis, & quod crassum est interficitis: & oues meas non pascitis: quod infirmatum est, non confortastis: & quod male habuit, non corroborastis: & quod contribulatum est, non consolati estis: & quod errabat, non reuocastis: & quod perijt, non inquisistis: & quod forte fuit, confecistis labore: & dispersæ sunt oues meæ: eò quòd non sunt pastores: & factæ sunt in comesturam omnibus bestijs agri: & non fuit qui inquireret, neq; qui reuocaret. Propterea hæc dicit dominus: Ecce ego super pastores, & inquiram oues meas de manibus eorum, & auertam eos ne pascant oues meas, & iam non pascent eas: & extraham oues meas de ore eorum, & pascam eas cum iudicio. Ne igitur quòd ore nostro pacem negamus, quòd duritiam magis humanæ crudelitatis, quàm diuinæ & paternæ pietatis dulcedinem apponimus, oues nobis commussæ à domino reposcantur, placuit nobis sancto spiritu suggerente, & domino per uisiones multas & manifestas admonente (quia hostis nobis imminere prænuntiatur & ostenditur) colligere intra castra milites Christi: & examinatis singulorum causis,

pacem

pacem lapsis dare, imò pugnaturis arma suggerere: quod credimus uobis quoque paternæ misericordiæ contemplatione placiturum. Quòd si de collegis aliquis extiterit, qui urgente certamine pacem fratribus & sororibus non putat dandam, reddet ille rationem in die iudicij Domino, uel importunæ censuræ, uel inhumanæ duritiæ suæ. Nos quod fidei, & charitati, & solicitudini congruebat, quæ erant in conscientia nostra protulimus, diem certaminis appropinquasse, hostem uiolentum citò contrà nos exurgere, pugnam non talem qualis fuit, sed grauiorem multò & acriorem uenire: hoc nobis diuinitus frequenter ostenditur, de hoc nos prouidentia & misericordia domini sæpius admonere dignatur, de cuius ope & pietate, qui in eum confidimus, possumus esse securi, quia qui in pace militibus suis futuram prænuntiat pugnam, dabit militantibus in congressione uictoriam.

EPISTOLA III.

Eiusdem ad eundem epistola hortatoria cõtra hæresiarchas, qui facturi sunt cum minantur ex necessitate nostra uirtutem, quatenus nobis semel moriendum sit. Ostendit præterea qualiter sacerdotalis autoritas, & potestas, diuina dignatione firmetur. & inde obortas hæreses, & nata esse schismata, quòd Dei sacerdotibus obtemperare noluerint.

CYPR. CORNELIO FRATRI SAL.

LEgi literas tuas, frater charissime, quas per Saturum fratrem nostrum acoluthum misisti, & dilectionis fraternæ, & ecclesiasticæ disciplinæ, & sacerdotalis censuræ satis plenas, quibus significasti Felicissimum hostem Christi, non nouum, sed iampridem ob crimina sua plurima & grauissima ostensum, & non tantum mea, sed & plurimorum coëp: scoporum sententia condemnatum & reiectum, & à te illic esse ab ecclesia prohibitum, & cum

Nouatianum intellige.

uenisset

ueniſſet ſtipatus caterua & factione deſperatorum, uigore pleno (quo epiſcopum agere oportet) pulſum de eccleſia eſſe, de qua iampridem cum ſuis ſimilibus, dei maieſtate & Chriſti domini iudicis noſtri ſcueritate depulſus eſt, ne ſchiſmatis & diſsidij autor, ne pecuniæ cõmiſſæ fraudator, ne ſtuprator uirginum, ne matrimoniorum multorum depopulator, atq; corruptor, ultra adhuc ſponſam Chriſti incorruptam, ſanctam, pudicam, præſentiæ ſuæ dedecore, & impudica, atque inceſta contagione uiolaret. Sed enim lecta alia tua epiſtola frater, quam primis literis ſubiunxiſti, ſatis miratus ſum, cum animaduertiſſem te minis atque terroribus eorum qui uenerant, aliquantum eſſe commotum, cum te (ſecundum quod ſcripſiſti) aggreſsi eſſent cum ſumma deſperatione comminantes, quòd ſi literas quas attulerant non accepiſſes, publicè eas recitarent, & multa turpia & probroſa, & ore ſuo digna proferrent. Quòd ſi ita res eſt frater, ut nequiſsimorum timeatur audacia, ut quod mali iure, atq; æquitate non poſſunt, temeritate atque deſperatione perficiant, actum eſt de epiſcopatus uigore, & de eccleſiæ gubernandæ ſublimi ac diuina poteſtate, nec Chriſtiani ultrà aut durare, aut eſſe poſſumus, ſi ad hoc uentum eſt, ut perditorum minas atque inſidias pertimeſcamus. Nam & gentiles & Iudæi minantur, & hæretici atq; omnes, quorum pectora & mentes diabolus obſidet, uenenatam rabiem ſuam quotidie furioſa uoce teſtantur: non tamen idcirco cedendum eſt, quia minantur: aut ideo aduerſarius & inimicus maior eſt Chriſto, quia tantum ſibi uendicat & aſſumit in ſeculo. Manere debet apud nos, frater, fidei robur immobile, & ſtabilis atq; inconcuſſa uirtus contra omnes incurſus, atq; impetus oblatrantium fluctuum, uelut petræ obiacentis fortitudine & mole

Chriſtiana fortitudo.

Virtus incõcuſſa contra incurſus.

debet

debet obſiſtere. Nec intereſt unde epiſcopo aut terror, aut periculum ueniat, qui terroribus & periculis uiuit obnoxius, & tamen ſit de ipſis terroribus ac periculis glorioſus. Neque enim ſolas gentilium uel Iudæorum minas cogitare & ſpectare debemus, cum uideamus ipſum dominum à fratribus eſſe detentum, & ab eo, quem inter apoſtolos ipſe delegerat, proditũ: Inter initia quoq; mundi Abel iuſtum nõ niſi frater occiderit: Iacob fugientem perſecutus ſit frater infeſtus: & Ioſeph puer uenierit uendentibus fratribus. In Euangelio etiam legimus, eſſe prædictum magis domeſticos inimicos futuros, & qui prius copulati ſacramento unanimitatis fuerint, ipſos inuicem tradituros. Nihil intereſt quis tradat ut ſæuiat, cum Deus tradi permittat, quos diſponit coronari. Neq; nobis ignominia eſt pati à fratribus, quod paſſus eſt Chriſtus: nec illis gloria eſt facere, quod fecerit Iudas. Quæ autẽ ſui elatio eſt, quæ comminantium tumens & inflata ac uana iactatio, illic abſenti minari, cum hic me habeant in poteſtate præſentem? Conuicia eorum quibus ſe & uitam ſuam quotidie lacerant non timemus, fuſtes & lapides, & gladios, quos uerbis parricidialibus iactitant, non perhorreſcimus, quod in illis eſt, homicidæ ſunt apud Deum tales, necare tamen non poſſunt, niſi eis Dominus permiſerit. Et cum ſemel nobis moriendum ſit, illi tamen & odio, & uerbis, & delictis ſuis quotidie perimunt. Sed non idcirco frater relinquenda eſt nobis eccleſiaſtica diſciplina, aut ſacerdotalis ſoluenda cenſura, quoniam conuicijs infeſtamur, aut terroribus quatimur, cum occurrat & ſcriptura diuina, dicẽs: Ille uerò qui præſumit & contumax eſt uir ſui iactans, nihil omnino proficiet, qui dilatauit tanquàm inferus animam ſuam. Et iterum: Verba uiri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius in ſtercora

Matth. 10.

Moriendum cuiq; ſemel.

Ioan. 18. & Marci 14.

Eſa. 5. & Abacuc 2.

1. Mach. 2.

cora erit & in uermes. Hodie extollitur, & cras non inuenietur, quoniam cõuersus est in terram suã, & cogitatio eius
Psal.36. peribit. Et iterum: Vidi impium exaltatum, & extolli super cedros Libani, & transiui, & ecce non erat, & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Exaltatio & inflatio, & arrogans ac superba iactatio non de Christi magisterio, qui humilitatem docet, sed de Antichristi spiritu nascitur, cui exprobrat per prophetam Dominus & dicit: Tu autem dixisti in animo tuo, in cœlum ascendam, super stellas Dei ponam sedem meã. Sedebo in monte alto super montes
Esaiæ 14. altos in aquilonem, ascendam super nubes, & similis ero altissimo. Et addidit dicens: Tu uerò ad inferos descendes in fundamenta terræ, & qui uidebunt te, super te mirabuntur. Vnde & parem talibus pœnam scriptura diuina loco alio comminatur, & dicit: Dies enim Domini sabaoth super omnem iniuriosum & superbum, & super omnem elatũ & excelsum. De ore itaq; & de uerbis suis unusquisq; statim proditur, & utrum Christum in corde suo, an uerò Antichristum habeat, loquendo detegitur: secundum quod do-
Matth.3. minus in Euangelio suo: Progenies uiperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis nequam? de abundantia enim cor
Luc.6. dis, os emittit. Bonus homo de bono thesauro emittit bonũ, & nequam homo de nequam thesauro emittit nequam. Vnde & diues ille precator, qui de Lazaro in sinu Abrahæ posito, atq; in refrigerio constituto implorat auxilium, cum in tormentis cruciabundus flammæ cremantis ardoribus aduratur, inter omnes corporis partes magis os eius & lingua dat pœnas: quia plus scilicet lingua sua & ore pecca-
Maledici. uerat. Nam cum scriptum sit: Neq; maledici regnum Dei
Matth.5. consequentur. Et iterum in Euangelio suo dominus dicat: Qui dixerit fratri suo fatue: qui dixerit racha, reus erit gehennæ

gehennæ ignis: quomodo possunt censuram dei ultoris euadere, qui talia ingerunt non solum fratribus, sed & sacerdotibus, quibus honor tantus de dei dignatione conceditur, ut quisquis sacerdoti eius & ad tempus hic iudicanti non obtemperaret, statim necaretur? In Deuteronomio dominus Deut.17.
deus loquitur, dicens: Et homo quicunq; fecerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotẽ aut iudicem, quicũq; fuerit in diebus illis, morietur homo ille: & omnis populus cum audierit, timebit: & nõ agent impiè etiam nunc. Item ad Samuelem, cum à Iudæis sperneretur, deus dicit: Non te spreuerunt, sed me spreuerunt. Et dominus quoq; in Euangelio: 1.Regum 8.
Qui audit, inquit, uos, me audit, & eũ qui me misit: & qui Luc.10.
reijcit uos, me reijcit: qui me reijcit, reijcit eum qui me misit. Et cum leprosum mundasset: Vade, inquit, & demonstra te Matth.8.
sacerdoti. Et cum postea tempore passionis alapam accepisset à seruo sacerdotis: cumq; ei dixisset, Sic respondes Ioan.17.
pontifici? aduersus pontificem dominus contumeliose nihil dixit, nec quicquam de sacerdotis honore detraxit, sed innocentiam suam magis asserens & ostendens: Si male, inquit, loquutus sum, exprobra de malo: si autẽ bene, quid me cædis? Item in Actibus Apostolorum. Postmodum beatus Pau Actuum 25.
lus cum ei dictum esset: Sic insimulas in sacerdotem Dei maledicendo? quamuis domino iam crucifixo, sacrilegi & impij, & cruenti illi esse cœpissent, nec iam quicquã de sacerdotali honore & autoritate retinerent: tamen ipsum quãuis inane nomen & umbram quandam sacerdotis cogitans expauit: Nesciebam, fratres, inquit, quia pontifex est. Scriptum est enim: Principi plebis tuæ non maledices. Cum hæc tanta Exo.22.
ac talia & multa alia exempla præcedant, quibus sacerdotalis autoritas & potestas diuina dignatione firmatur, quales putas eos qui sacerdotum hostes, & contra ecclesiã catholic-

tholicam rebelles, nec præmonentis domini comminatione,
Hæreses unde ortæ. nec futuri iudicij ultione terrentur? Neq; enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut natæ sunt schismata, quàm inde quòd sacerdoti Dei non obtẽperatur. Nec unus in ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex uice Christi cogitatur: cui si secundũ magisteria diuina obtemperaret fraternitas uniuersa, nemo aduersum sacerdotum collegium quicquam moueret: nemo post diuinũ iudiciũ, post populi suffragium, post coẽpiscoporum consensum iudicem se non iam episcopi, sed dei faceret. Nemo dissidio unitatis Christi ecclesiam scinderet: nemo sibi placens ac tumens seorsum foris nouam hæresim conderet, nisi si ita est aliquis sacrilegæ temeritatis ac perditæ mentis, ut putet sine dei iudicio fieri sacerdotem,
Matth. 10. cum dominus in Euangelio suo dicat: Nonne duo passeres asse ueneunt, & neuter eorum cadit in terram sine patris uestri uoluntate? Cum ille nec minima fieri sine uoluntate Dei dicat, existimat aliquis summa & magna, aut nõ sciente, aut non permittente deo in ecclesia Dei fieri, & sacerdotes, id est, dispensatores eius non de eius sententia ordinari?
Dei nutu cuncta reguntur. Hoc est fidem non habere, qua uiuimus, hoc est Deo honorem non dare, cuius nutu & arbitrio regi & gubernari omnia scimus & credimus. Planè episcopi non de uoluntate
Osee 8. Dei fiunt, qui extra ecclesiam fiunt, sed cõtra dispositionem & traditionem Euangelij fiunt: sicut ipse Dominus in duodecim prophetis ponit & dicit: Sibimetipsi regem constituerunt, & non per me. Et iterũ: Sacrificia eorum tanquam panis luctus, omnes qui manducant ea, contaminabuntur.
Esaiæ 30. Et per Esaiam quoq; spiritus sanctus clamat & dicit: Væ uobis filij desertores, hæc dicit dominus: Habuistis consilium, & non per me: & fecistis conuentionem, & non per spiritum meum, adijcere peccata super peccata. Cæterum dico,

dico, dico enim prouocatus, dico dolens, dico compulsus, quando episcopus in locum defuncti substituitur, quãdo populi uniuersi suffragio in pace deligitur, quando Dei auxilio in persecutione protegitur, collegis omnibus fideliter iunctis, plebi suæ in episcopatu quadriennio iam probatus, in quiete seruiens disciplinæ, in tempestate proscriptus, applicato & adiuncto episcopatus sui nomine, toties ad leonem petitus, in circo, in amphitheatro dominicæ dignationis testimonio honoratus: his ipsis etiam diebus, quibus has ad te literas feci, ob sacrificia quæ de edicto proposito celebrare populus iubebatur, clamore popularium ad leonem denuo postulatus in circo: cum talis frater à quibusdam desperatis & perditis, & extra ecclesiam constitutis impugnari uidetur, apparet quis impugnet: non scilicet Christus,
Christus sacerdotũ protector. qui sacerdotes aut constituit, aut protegit: sed ille qui Christi aduersarius, & ecclesiæ eius inimicus: ob hoc ecclesiæ præpositum sua infestatione persequitur, ut gubernatore sublato, atrocius atque uiolentius circa ecclesiæ naufragia grassetur. Nec quenquam fidelem & Euangelij memorem, atque Apostoli præmonentis mandata retinentem mouere debet frater, si quidam in extremis temporibus superbi & contumaces, & sacerdotum Dei hostes, aut de ecclesia Dei recedunt, aut contra ecclesiam faciunt, quando tales nunc futuros & dominus, & apostoli eius antè prædixerint. Nec præpositum seruum deseri à quibusdam miretur aliquis, quando ipsum Dominum magnalia & mirabilia summa facientem, & uirtutes factorum suorum Dei patris testimonio comprobãtem, discipuli sui reliquerint, & tamen ille non increpuit recedentes, aut grauiter comminatus est, sed magis conuersus ad apostolos suos dixit: Nunquid & uos uultis ire? seruans scilicet legem, qua homo libertati
Liberum arbitrium.

suæ relictus, & in arbitrio proprio constitutus, sibimetipsi uel mortem appetit, uel salutem. Petrus tamen, super quem ædificata ab eodem Domino fuerat ecclesia, unus pro o-
Ioan.6. mnibus loquens, & ecclesiæ uoce respondens, ait: Domine, ad quem ibimus? uerba uitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus, quoniam tu es filius Dei uiui. significans & ostendens eos qui à Christo recesserint, culpa sua perire: ecclesiam tamen quæ in Christum credat, & quæ semel id quod cognouerit teneat, nunquàm ab eo discedere, & eos esse ecclesiam, qui in domo Dei permanent. Plantationem uerò plantatam à Deo patre non esse uidemus, non frumenti stabilitate solidari, sed tanquàm paleas dissipantis inimici spiritu uentilari, de quibus & Ioānes in epistola sua
1.Ioan.1. dicit: Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum. Item Pau-
Rom.3. lus monet nos, cum mali de ecclesia pereunt, non moueri, nec recedentibus perfidis, fidem minui. Quid enim, inquit,
Psal.115. si exciderunt à fide quidam eorum, nunquid infidelitas illorū fidem Dei euacuauit? absit: est enim Deus uerax, omnis autem homo mendax. Quod ad nos attinet, conscientiæ nostræ conuenit, frater, dare operam, ne quis culpa nostra de ecclesia pereat. Si autem quis ultro, & crimine suo perierit, & pœnitentiam agere, atque ad ecclesiam redire noluerit, nos in die iudicij inculpatos futuros, qui consulimus sanitati: illos solos in pœnis remansuros, qui noluerint consilij nostri salubritate sanari. Nec mouere nos debent conuicia perditorum, quò minus à uia recta, & à certa regula non recedamus, quando & Apostolus instruit,
Conuicijs cedendum. dicens: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem.
Gal. 1. Interest utrum quis homines promereri an Deum cupiat. Si hominibus placetur, dominus offenditur. Si uerò illud

eniti

enitimur & laboramus ut possimus Deo placere, & conuicia & maledicta debemus humana contemnere. Quòd autem tibi de Fortunato isto pseudepiscopo, à paucis & inueteratis hæreticis constituto, non statim scripsi, frater non ea res erat, quæ in notitiam tuam deberet festinatò statim, quasi magna aut metuenda præferri, maximè quādo & Fortunati nomen iam satis nosses, qui est unus de quinque presbyteris iampridem de ecclesia profugis, & sententia coëpiscoporum nostrorum multorum, & grauissimorum uirorum nuper abstentis, qui super hac re priore anno ad te literas fecerunt: Item Felicissimum signiferum seditionis recognoscere, qui & ipse in ijsdem coëpiscoporum nostrorum factis ad te pridem literis continetur: qui non tantùm ab ijs istic abstentus, sed abs te illic nuper de ecclesia pulsus est. Cum hæc in notitia tua esse confiderem, & pro certo haberem, memoriæ & disciplinæ tuæ scirem necessarium, non putaui celeriter & urgenter hæreticorum tibi ineptias nuntiandas. Neque enim ad catholicæ ecclesiæ maiestatem pariter ac dignitatem pertinere debet, quid apud se hæreticorum & schismaticorum moliatur audacia. Nam & pars Nouatiani Maximum presbyterum, nuper ad nos à Nouatiano legatum missum, atque à nostra communicatione reiectum, nunc istic pseudepiscopum sibi fecisse dicitur. Nec tamen de hoc tibi scripseram, quando hæc omnia contemnantur à nobis, & miserim tibi proximè nomina episcoporum istic constitutorum, qui integri & sani in ecclesia catholica fratribus præsunt. Quod utiq; ideo de omnium nostrorum consilio tibi placuit scribere, ut erroris diluendi ac perspiciendæ ueritatis compendium fieret, & scires tu, & collegæ nostri, quibus scribere, & literas mutuo à quibus

Fortunatus pseudepiscopus.

Maximus presbyter.

uos accipere oportet. Si quis autem præter hos, quos epistola nostra complexi sumus scribere uobis auderet, sciretis cum uel sacrificio uel libello esse maculatum, uel unum de hæreticis peruersum scilicet & profanum. Nactus tamen occasionem familiarissimi hominis & clerici, sed & per Felicianum acoluthum, quem cum Perseo collega nostro miseras, inter cætera quæ in notitiam tuam perferenda hinc fuerant, etiam de Fortunato isto tibi scripsi. Sed dum istic Felicianus frater noster uel uento retardatur, uel accipiendis alijs epistolis à nobis detinetur, Felicissimo ad uos properante præuentus est. Ita enim scelera festinant, quasi contra innocentiam festinatione præualeant. Per Felicianum autem significaui tibi frater uenisse Carthaginem Priuatum ueterem hæreticum in Pambesitana colonia, ante multos ferè annos ob multa & grauia delicta nonaginta episcoporum sententia condemnatum, antecessorum etiam nostrorum (quod & uestram conscientiam non latet) Fabiani & Donati literis seuerissimè notatum, qui cum causam suam apud nos in concilio, quod habuimus idibus Maijs, quæ proximè fuerunt, uelle se agere diceret, nec admissus esset, Fortunatum ipsum pseudepiscopum dignum collegio suo fecit. Venerat etiam cum illo & Felix quidam, quem ipse extra ecclesiam in hæresi, pseudepiscopum olim constituerat. Sed & Iouinus & Maximus comites cum Priuato hæreticò affuerunt, ob nefanda sacrificia & crimina in se probata, sententia nouem collegarum nostrorum condemnati, & iteratò quoq; à pluribus nobis anno priore in concilio absenti. Cum his autem quatuor iunctus est, & præpositus *Saturnicensis, qui non tantum in persecutione ipse cecidit, sed & maximam partem plebis suæ sacrilega persuasione deiecit. Hi quinq; cum paucis

Libellati & sacrificati.

Pseudepiscopi. Felix. Iouinus. Maximus. Priuatus.

**al. Quotur nicensis.*

paucis uel sacrificantibus, uel male sibi conscijs, Fortunatum sibi pseudepiscopum cooptauerunt, ut criminibus in unum conuenientibus, talis esset scilicet rector, quales illi qui reguntur. Hinc iam & cætera mendacia frater charissime potes agnoscere, quæ illic homines desperati & perditi uentilauerunt, ut cum de sacrificatis uel hæreticis amplius quàm quinq; pseudepiscopi non fuerint, qui Carthaginem uenerint, & Fortunatum sibi dementiæ suæ socium constituerint: illi tamen quasi filij diaboli & mendacio pleni, ausi sunt, ut scribis, iactare uigintiquinq; episcopos affuisse: quod mendacium & istic prius apud fratres nostros iactitabant, dicentes uigintiquinq; episcopos de Numidia esse uenturos, qui sibi episcopum facerent: quo in mẽdacio suo postea quam quinq; solis conuenientibus naufragis, & à nobis absentis detecti sunt atq; confusi, Romam cum mendaciorum suorum merce nauigauerunt, quasi ueritas post eos nauigare non posset, quæ mendaces linguas rei certæ probatione conuinceret. Atq; hæc est frater uerè dementia, non cogitare nec scire quòd mendacia non diu fallant, noctem tandiu esse, quandiu illucescat dies, clarificato autem die & sole oborto, luci tenebras & caliginẽ cedere, & quæ grassabantur per noctem latrocinia cessare. Deniq; si nomina ab eis quæreres, non haberent uel quos falsò nominarent, tanta apud illos etiam malorum penuria est, ut ad eos nec de sacrificatis, nec de hæreticis uigintiquinq; colligi possint. Et tamen ad decipiendas aures simplicium & absentium mendacio numerus inflatur, quasi & si uerus esset hic numerus, aut ab hæreticis ecclesia, aut iniustis iustitia uincatur. Nec me oportet frater paria nunc cum illis facere, & ea quæ commiserunt atq; hucusq; committunt meo sermone decurrere, cum considerandum sit nobis, quid proferre & scribere

Qualis rector, talis subditus.

Mendacia non diu fallunt.

Considerandũ quid scribamus.

bere sacerdotes Dei oporteat nec tam dolor apud nos debeat, quàm pudor loqui & ne uidear prouocatus maledicta potius, quàm crimina & peccata congerere. Taceo itaq; de fraudibus ecclesiæ factis: coniurationes, & adulteria, & uaria delictorum genera prætereo. Vnum illud, in quo non mea, nec hominum sed Dei causa est, de eorum facinore non puto esse reticendum, quod à primo statim persecutionis die, cum recentia delinquẽtium facinora feruerent, & sacrificijs nefandis non tantum diaboli altaria, sed adhuc manus ipsæ lapsorum atq; ora maderent, communicare cum lapsis & pœnitentiæ agendæ, intercedere nõ destiterunt. Clamat Deus: Sacrificans dijs eradicabitur, nisi Domino soli. Et Dominus in Euãgelio dicit, Qui me negauerit, & ego eum negabo. Et alio loco indignatio & ira diuina non tacet, dicens: Illis fudistis libamina, & illis imposuistis sacrificia. Super hæc non indignabor? dicit Dominus. Et intercedunt ne rogetur Deus, qui indignari se ipse testatur. Intercedunt ne exoretur precibus & satisfactionibus Christus, qui negantem se negare profitetur. Nos in ipso persecutionis tempore de hoc ipso literas misimus, nec auditi sumus, consilio frequenter acto, non consensione tantũ nostra: sed & comminatione decreuimus, ut pœnitentiam fratres agerent, ut pœnitentiam non agentibus nemo temere pacem daret: illi contra Deum sacrilegi, contra sacerdotes Dei impio furore temerarij, de Ecclesia recedentes & contra ecclesiam parricidialia arma tollentes, elaborant (ut opus suum Diaboli malitia consummẽt) ne uulneratos diuina clementia in Ecclesia sua curet, miserorum pœnitẽtiam mendaciorum suorum fraude corrumpunt, ne Deo indignanti satisfaciat, ne Christum Dominũ suum, qui Christianus esse uel erubuit, uel timuit, postmodum quærat, ne ad ecclesiam qui de ecclesia

Exo. 22.
Matth. 10.

sia recesserat, redeat. Datur opera, ne satisfactionibus & lamentationibus iustis delicta redimantur, ne uulnera lacrymis abluantur. Pax uera falsæ pacis mendacio tollitur. salutaris sinus matris, nouerca intercedente præcluditur, ne de pectore atque ore lapsorum fletus & gemitus audiatur. Compelluntur adhuc insuper lapsi, ut linguis atq; ore, quo in Capitolio ante deliquerant, sacerdotibus conuicium faciant, confessores & uirgines, & iustos quosq; fidei laude præcipuos atq; in ecclesia glorioſos, conuicijs & maledicis uocibus prosequuntur. A quibus quidem non tam nostrorum modestia, & humilitas & pudor cæditur, quàm illorum lapsorum spes & uita laceratur. Neq; enim qui audit, sed qui facit conuicium reus est: nec qui à fratre uapulat, sed qui fratrem cædit, in lege peccator est. Et cum nocentes innocentibus iniuriam faciunt, illi patiuntur iniuriam, qui facere se credunt. Deniq; hinc illis pertusa mens, & hebes animus, & sensus alienus est. Ira est Dei non intelligere delicta, ne sequatur pœnitentia, sicut scriptum est: Et dedit illis Deus spiritum transpunctionis, ne reuertantur scilicet & curentur, & deprecationibus & satisfactionibus iustis peccata sanentur. Paulus apostolus in epistola sua ponit & dicit: Dilectionem ueritatis non habuerunt, ut salui fierent, ac propterea mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes, qui non crediderunt ueritati, sed sibi placent iniustitia. Primus felicitatis gradus est, non delinquere: secundus, delicta cognoscere. Illic currit innocentia integra & illibata quæ seruet: hic succedit medela, quæ sanet: quod utrunq; isti offenso Deo perdiderunt, ut & amissa sit gratia, quæ de baptismi sanctificatione percipitur, & non subueniat pœnitentia, per quam culpa curatur. An putas, frater, leuia esse apud Deum facinora, parua &

Delicta redimenda.

Gradus felicitatis.

ua & modica delicta, quòd per illos non rogatur maiestas indignantis Dei? quòd non timetur ira & ignis, & dies Domini? quod imminente Antichristo, exarmatur fides militantis populi, dum tollitur timor & uigor Christi? Viderint laici hoc quomodo curent, sacerdotibus labor maior incumbit in asserenda, propitianda, & procuranda
Mald.2. Dei maiestate, ne quid uideamur in hac parte negligere, cũ admoneat Dominus & dicat: Et nunc præceptum hoc ad uos est, ô sacerdotes: Si nõ audieritis, & si non posueritis in corde uestro, ut detis honorem nomini meo, dicit Dominus: immittam in uos maledictionem, & maledicam benedictionem uestram. Honor ergo datur Deo, quando sic Dei maiestas & censura contemnitur, ut cum indignari se ille & irasci sacrificantibus dicat, & cum pœnas æternas & supplicia perpetua comminetur, proponatur sacrilegis atq; dicatur, ne ira cogitetur Dei, non timeatur iudicium Domini, ne pulsetur ad ecclesiam Christi, sed sublata pœnitentia, nec ulla exomologesi criminis facta, despectis episcopis atq; calcatis, pax à non ueris presbyteris uerbis fallacibus prædicetur, & ne lapsi surgant, aut foris ad ecclesiam redeant, communicatio non communicantibus offeratur? Quibus etiam non satis fuit ab Euangelio recessisse, spem lapsis satisfactionis & pœnitentiæ sustulisse, fraudibus inuolutos, uel adulterijs commaculatos, uel sacrificiorum funesta contagione pollutos, ne Deum rogarent, ne in ecclesia exomologesin criminum facerent, ab omni sensu & fructu pœnitentiæ remouisse, foris sibi extra ecclesiam & contra ecclesiam constituisse conuenticulum perditæ factionis, cùm malè sibi conscíorum & Deum rogare ac satisfacere nolentium caterua conflueret. Post ista adhuc insuper pseudepiscopo sibi ab hæreticis constituto, nauigare aud

audent, & ad Petri cathedram atq; ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est, à schismaticis et profanis literas ferre, nec cogitare eos esse Romanos, quorum fides, Apostolo prædicante, laudata est, ad quos perfidia habere Roma.1.
non possit accessum. Quæ autem causa ueniendi & pseudepiscopum contra episcopos factum nũtiandi? Aut enim placet illis, quod fecerunt, et in suo scelere persecerãt, aut si displicet et recedunt, sciunt quò reuertantur. Nam cum statu- Statutum.
tum sit omnibus nobis, & æquũ sit pariter ac iustum, ut uniuscuiusq; causa illic audiatur, ubi est crimen admissum, & singulis pastoribus portio gregis sit adscripta, quam regat unusquisq; et gubernet, rationem sui actus Domino redditurus, oportet utiq; eos quibus præsumus nõ circũcursare, nec episcoporum concordiam cohærentẽ sua subdola & fallaci temeritate collidere, sed agere illic causam suã, ubi & accusatores habere et testes sui criminis possint: nisi paucis desperatis et perditis, minor uidetur esse autoritas episcoporũ in Africa constitutorum, qui iam de illis iudicauerunt, & eorũ
conscientiam multis delictorum laqueis* uinctam iudicij sui al's, inuolu-
nuper grauitate damnarunt. Iam causa eorum cognita est: iã tam
de eis dicta sententia est, nec censuræ congruit sacerdotum
mobilis atq; inconstãtis animi leuitate reprehẽdi, cũ Domi- Matth.5.
nus dicat: Sit sermo uester, est est, non non. Si eorũ qui de illis
priore anno iudicauerunt, numerus cum presbyteris & diaconis computetur, plures tunc affuerunt in iudicio et cognitione, quàm sunt ijdem isti, qui cum Fortunato uidẽtur nunc esse coniuncti: Scire enim debes frater charissime, cũ postea-
quam pseudepiscopus ab hæreticis factus est, iam penè ab omnibus esse desertum. Nanque ij, quibus in præteritũ præstigiæ obtendebãtur, et uerba fallacia, quòd simul ad ecclesiam regressuri dicerentur, postea quàm uiderunt illic pseude

piscopum factum, frustratos et deceptos se esse didicerũt, et remeant quotidie atque ecclesiã pulsant: nobis tamen à quibus ratio Domino reddenda est, anxie ponderantibus, et solicitè examinantibus, qui recipi et admitti ad Ecclesiam debeant. Quibusdam enim ita aut crimina sua obsistunt, aut fratres obstinatè et firmiter renitũtur, ut recipi omnino nõ possint sine scandalo atq; periculo plurimorum. Neq; enim sic putamina quædã colligẽda sunt, ut quæ integra et sana sunt uulnerentur, nec utilis atq; consultus est pastor, qui ita morbidas et contactas oues gregi admiscet, ut gregẽ totum mali cohærentis afflictatione contaminet. Non attendas numerũ illorum: melior est enim unus timens, quàm mille filij impij, sicut locutus est Dominus per Prophetam, dicens: Fili, ne iocunderis in filijs impijs si multiplicentur tibi, cum non fuerit timor Dei in ipsis. O si posses frater charissime istic interesse nobiscũ, cum praui istic et peruersi de schismate reuertũtur, uideres quis mihi labor sit persuadere patientiam fratribus nostris, ut animi dolore sopito, recipiendis malis curandisq; consentiant. Nanq; ut gaudent et lætantur, cum tolerabiles et minus culpabiles redeunt: ita contrà fremunt et reluctantur, quoties inemẽdabiles et proterui, et uel adulterijs, uel sacrificijs contaminati, et post hoc adhuc insuper et superbi, sic ad ecclesiam remeant, ut bona intus ingenia corrumpant. Vix plebi persuadeo, imò extorqueo, ut tales patiãtur admitti, & iustior factus est fraternitatis dolor, ex eo quòd unus atque alius, obnitente plebe, et contradicẽte, mea tamen facilitate susceptis, peiores extiterunt, quàm prius fuerant, nec fidem pœnitentiæ seruare potuerunt, quia nec cum uera pœnitentia uenerant. De istis uerò quid dicam, qui nunc ad te cum Felicissimo omnium criminum reo nauigauerunt legati à Fortunato pseudepiscopo missi, tam fal-

Ratio reddẽda.

Melius est unus timens Deum quàm mille impij.

Felicissimo pseudepiscopo insultat.

sas

sas ad te literas afferentes, quàm est & ipse (cuius literas ferunt) falsius, quam est & eius peccatorum multiplex conscientia, quàm execrabilis uita, quàm turpis, ut et si in ecclesia essent, eijci tales de ecclesia debuissent? Denique quia conscientiam suam norunt, nec nos audent adire, aut ad ecclesiæ limen accedere, sed foris per prouinciam circumueniendis fratribus, & spoliandis pererrant, & omnibus iam satis noti, atq; undique pro suis facinoribus excluſi, illuc etiam ad uos nauigant. Neque enim potest illis esse frons ad nos accedendi, aut apud nos consistendi, cum sint acerbissima & grauissima crimina, quæ eis à fratribus ingerantur. Si iudicium nostrum uolunt experiri, ueniant. Denique si qua illis excusatio & defensio potest esse, uideamus quem habeant satisfactionis suæ sensum, quem afferant pœnitentiæ fructum, nec ecclesia istic alicui claditur, nec episcopus alicui denegatur, patientia & facilitas & humanitas nostra uenientibus præsto est. Opto omnes in ecclesiam regredi, opto uniuersos commilitones nostros intra Christi castra, & Dei patris domicilia concludi. Remitto omnia, multa dissimulo, studio & uoto colligendæ fraternitatis etiam quæ in Deum commissa sunt non pleno iudicio religionis examino, delictis plus, quàm oportet, remittendis penè ipse delinquo. Amplector prompta & plena dilectione cum pœnitentia reuertentes, peccatum suum satisfactione humili & simplici confitentes. Si qui autem sunt, qui putant se ad ecclesiam non precibus, sed minis regredi posse, aut existimant aditum sibi non lamentationibus & satisfactionibus, sed terroribus facere: pro certo habeant contra tales stare ecclesiam Domini, nec castra Christi inuicta & fortia, & Domino tuente munita minis cedere. Sacerdos Dei Euangelium tenens, & Christi præ-

Ecclesia nulli claudenda.

cepta

cepta custodiens occidi potest, uinci non potest. Suggerit & subministrat nobis exempla uirtutis ac fidei Zacharias
Matth.23. antistes domini, qui cum terreri minis & lapidatione non posset, in templo Dei occisus est, clamans & identidem dicens, quod nos quoq; contra hæreticos clamamus & dicimus: Hæc dicit Dominus: Dereliquistis uias Domini, &
2.parali. 15. Dominus derelinquet uos. Neq; enim, quia pauci temerarij et improbi, cœlestes et salutares uias Domini derelinquunt, & sancta non agentes, à sancto spiritu deseruntur, ideo & nos diuinæ traditionis nõ memores esse debemus, ut maiora esse furentium scelera, quàm sacerdotum iudicia censeamus, aut plus existimemus ad impugnãdum posse humana comina, quàm quod ad protegendum prævalet diuina tutela. An ad hoc frater charissime deponẽda est ecclesiæ catholicæ dignitas, et plebis intus positæ fidelis atq; incorrupta maiestas, & sacerdotalis quoque autoritas ac potestas, ut iudicare uelle se dicant de ecclesiæ præposito extra ecclesiã cõstituti? de Christiano hæretici? de sano saucij? de integro uulnerati? de stãte lapsi? de iudice rei? de sacerdote sacrilegi? Quid superest nisi ut ecclesia Capitolio cedat, & recedẽtibus sacerdotibus ac de altari se remouẽtibus, in cleri nostri sacrũ uenerandũq; cõsessum, simulacra atq; idola cũ aris suis trãseãt, & Nouatiano declamãdi aduersum nos atq; increpãdi largior & plenior materia præstetur: si mihi qui sacrificauerunt, & Christum publicè negauerunt, non tantũ & sine acta pœnitẽtia admitti, sed adhuc insuper cœperint terroris sui potestate dominari? Si pacem postulant, arma deponant: si satisfaciunt, quid minantur? Aut si comminantur, sciant quia à sacerdotibus Dei non timentur. Neq; enim & Antichristus cum uenire cœperit, introibit in ecclesiam, quia minaturus est, aut armis eius & uiolentiæ cedetur,

quia

quia resistentes perempturum se esse profitebitur. Armant nos hæretici, dum nos putãt sua comminatione terreri, nec in pace nos deijciunt, sed magis erigunt atq; accendunt, dum ipsam pacem persecutione peiorem fratribus faciunt. Et optamus quidem, ne quod loquuntur furore, impleant crimine, ne qui uerbis perfidis et crudelibus peccant, factis quoq; delinquãt. Oramus ac deprecamur deum (quem pro- *Orandum pro inimicis.*
uocare illi & exacerbare non desinunt) ut eorum corda mitescant, ut furore deposito ad sanitatem mentis redeant, ut peccatores à delictorum tenebris pœnitentiam agnoscant, & magis petant fundi pro se preces atque orationes antistitis, quàm ipsi fundant sanguinem sacerdotis. Si autem in suo furore permanserint, atq; in istis insidijs ac minis suis parricidialibus crudeliter perseuerauerint, nullus Dei sacerdos sic infirmus, sic iacens & abiectus sit, imbecillitate humanæ mediocritatis ita inualidus, qui non contra hostes & impugnatores Dei diuinitus erigatur, cuius non humilitas & infirmitas uigore & robore Domini protegentis animetur. Nostra nihil interest, aut à quo, aut quando perimamur, mortis & sanguinis præmiũ à Domino recepturi. *Flendi gehennæ immemores.*
Illorum flenda & lamentanda cõditio est, quos sic diabolus excæcat, ut æterna gehennæ supplicia non cogitantes Antichristi iam propinquantis aduentum conentur imitari. Et quanquam sciam frater charissime pro mutua dilectione quam debemus, & exhibemus inuicem nobis, florentissimo illic clero tecum præsidenti, & sanctissimæ atq; amplissimæ plebi legere te semper literas nostras: tamen nunc admoneo & peto, ut quod aliàs sponte atq; honorificè facis, etiam petẽte me facias, ut hæc epistola mea lecta, si quod *Contagium uenenati sermonis exuendum.*
illi cõtagium uenenati sermonis & pestiferæ* seminationis *al'.contamunationis.*
irrepserat, id omne de fratrum auribus & pectoribus exuatur

atur, & bonorum integra ac syncera dilectio ab omnibus hæreticæ detractionis sordibus repurgetur. Declinent autem de cæteros fortiter, & cuitent dilectissimi fratres nostri uerba & colloquia eorum quorum sermo ut cancer serpit: Sicut Apostolus ait: Corrumpunt ingenia bona confabulationes pessimæ. Et iterum: Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem cuita, sciens quia peruersus est huiusmodi & peccat, & est à semetipso damnatus. Et per Salomonem Spiritus sanctus loquitur: Peruersus, inquit, in ore suo portat perditionem, & in labijs suis ignem condit. Item denuo monet dicens: Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. Et iterum: Malus obaudit linguæ iniquorum, iustus autem non intendit labijs mendacibus. Quanquàm sciam illic fraternitatem nostram, uestra scilicet puouidentia munitam, sed & sua uigilantia satis cautam, nec capi hæreticorum uenenis posse, nec decipi, tantumq; apud illos prævalere & magisteria & præcepta diuina, quantus illis in Deum timor est: tamen ex abundantia uel solicitudo nostra, uel charitas scribere ad uos ista persuasit, ut nulla cum talibus commercia copulentur, nulla cum malis conuiuia uel colloquia misceantur, sinusq; ab eis tam separati, quàm sunt illi de ecclesia profugi, quia scriptum est: Si autem & ecclesiam cõtempserit, sit tibi tanquàm ethnicus & publicanus. Et beatus Apostolus non monet tantum, sed iubet à talibus ut recedatur. Præcipimus, inquit, uobis in nomine Domini nostri IESV Christi, ut recedatis ab omnibus fratribus ambulantibus inordinatè, & non secundũ traditionem, quam acceperũt à nobis. Nulla societas fidei et perfidiæ potest esse. Qui cum Christo non est, aduersarius Christi est: qui unitati & paci eius inimicus est, nobiscum non potest cohærere: Si cum precibus & satisfactionibus ueniunt, audiantur

Prouerb. 16.
Ecclc. 28.
Prouerb. 17.
Nulla cum malis commercia.
Matth. 18.
2. Thessa. 3.
Fidei & perfidiæ nulla societas.

audiantur: Si maledicta & minas ingerunt, respuantur. Opto te frater semper bene ualere.

EPISTOLA IIII.

Beati Cypriani quorundamq; coëpiscorum epistola ad Felicem presbyterum, & Paulum diaconum, et plebem ipsis cõmissam, consilium petentiũ de Martiale & Basilide hæresiarchis, in qua docent Deum iussisse non nisi immaculatos & integros antistites eligi debere: ideoq; plena diligentia & exploratione syncera oportere eos ad sacerdotium deligi, quos Deo constet fore acceptos.

CYPR. CAECILIVS, PRIMVS, Polycarpus, Nicomedes, Lucianus, Successus, Sedatus, Fortunatus, Ianuarius, Secundinus, Pomponius, Honoratus, Victor, Aurelius, Satius, Petrus, alius Ianuarius, Saturninus, alius Aurelius, Venantius, Quietus, Rogatianus, Tenax, Felix, Faustus, Quintus, alius Saturninus, Lucius, Vincentius, Liboſus, Geminius, Marcellus, Iambus, Adelphius, Victoricus, & Paulus Felici presbytero & plebibus consistentibus ad Legionem & Asturicæ, item Aelio diacono & plebi Emeritæ cõsistentibus fratribus in Domino SALVTEM.

CVm in unum conuenissemus, legimus literas uestras fratres dilectissimi, quas ad nos per Felicem & Sabinum coëpiscopos nostros pro fidei uestræ integritate, & pro Dei timore fecistis: Significantes Basilidem & Martialem libellis idololatriæ commaculatos, et nefandorum sacrificiorum conscientia uinctos, episcopatum gerere, & sacerdotium Dei administrare non oportere. Et desideraſtis rescribi ad hæc uobis, & iustam pariter ac necessariam solicitudinem uestram uel solatio, uel auxilio nostræ sententiæ subleuari. Sed enim desiderio huic uestro non tam nostra consilia, quàm diuina præcepta respondent, quibus iampridẽ mandatur uoce cœlesti, et Dei lege præscribitur, quos, & quales

& quales oporteat deseruire altari, & sacrificia diuina celebrare. In Exodo nanq; ad Moysen Deus loquitur & monet dicens: Sacerdotes qui accedunt ad Dominum Deum, sanctificentur, ne forte derelinquat illos Dominus. Et iterum: Et cum accedunt ministrare ad altare sancti, non adducent in se delictum, ne moriantur. Item in Leuitico præcipit Dominus & dicit: Homo, in quo fuerit macula & uitium, nõ accedet offerre dona Deo. Quæ cum prædicta uel mandata & manifesta sint nobis, præceptis diuinis necesse est obsequia nostra deseruiãt, nec personam in eiusmodi accipere, aut aliud cuiquam largiri potest humana indulgẽtia, ubi intercedit, & legem tribuit diuina præscriptio. Neque enim immemores esse debemus, quid ad Iudæos per Esaiam prophetam locutus sit Dominus increpans & indignans, quòd contemptis diuinis præceptis, humanas doctrinas sequerentur: Populus iste, inquit, labijs suis honorificat me, cor uerò eorum longè separatum est à me. Sine causa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes. Quod idem Dominus in Euangelio repetit & dicit: Reijcitis mandatum Dei, ut traditionem uestram statuatis: quæ ante oculos habentes, & solicitè ac religiose considerantes in ordinationibus sacerdotũ non nisi immaculatos & integros antistites eligere debemus, qui dignè & sanctè sacrificia Deo offerẽtes, audiri in precibus possint, quas faciunt pro plebis Dominicæ incolumitate, cum scriptũ sit: Deus peccatorem non audit: sed si quis Deum coluerit, & uoluntatem eius fecerit, illum audit. Propter quod plena diligentia & exploratione syncera oportet eos ad sacerdotiũ Dei deligi, quos à Deo constet audiri. Nec sibi plebs blãdiatur, quasi immunis à cõtagione esse delicti possit, cum sacerdote peccatore communicans, & ad iniustum atq; illicitum præpositi sui episcopat

Sacerdotum puritas.

Exodi 19.

Leuitici 21.

Esa. 29.

Mar. 7.

Matth. 15.

Eccl. 12.

Ioan. 9.

scopatum consensum suum cõmodans, cum per Oseam prophetam cõminetur & dicat censura diuina: Sacrificia eorũ tanquam panis luctus, omnes qui manducant ea, contaminabuntur. Docens scilicet & ostendens omnes omnino ad peccatum constringi, qui fuerint profani & iniusti sacerdotis sacrificio contaminati. Quod idem in Numeris manifestari inuenimus, quando Core & Dathan & Abiron contra Aaron sacerdotem sacrificãdi sibi licentiam uendicauerunt. Illic quoq; per Moysen præcepit dominus, ut ab eis populus separetur, ne facinorosis coniunctus, eodem facinore & ipse perstringatur. Separamini, inquit, à tabernaculis hominum istorum durissimorum, & nolite tangere ab omnibus quæ sunt eis, ne simul pereatis in peccato eorum. Propter quod plebs obsequens præceptis Dominicis, & Deum metuens, a peccatore præposito separare se debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere, cum ipsa maximè habeat potestatem uel eligendi dignos sacerdotes, uel indignos recusandi. Quod & ipsum uidemus de diuina autoritate descẽdere, ut sacerdos plebe præsente, sub omnium oculis deligatur, & dignus atq; idoneus publico iudicio ac testimonio comprobetur, sicut in Numeris Moysi præcepit Dominus, dicens: Prehende Aaron fratrem tuum & Eleazarum filium eius, & impones eos in montem coram omni synagoga, & exue Aaron stolam eius, & indue Eleazarum filium eius, & Aaron appositus moriatur illic. Coram omni synagoga iubet Deus constitui sacerdotem, id est, instruit & ostendit ordinationes sacerdotales nõ nisi sub populi assistentis conscientia fieri oportere, ut plebe præsente uel detegantur malorum crimina, uel bonorum merita prædicentur, & sit ordinatio iusta & legitima, quæ omnium suffragio & iudicio fuerit examinata, quod postea secundum diuina magisteria

Osee 9.

Num. 20.

Num. 16.

Sacerdos dignus eligẽdus.

Num 20.

obſeruatur in Actis Apoſtolorum quando de ordinando in
Actuum 1. locum Iudæ epiſcopo Petrus ad plebem loquitur: Surrexit, inquit, Petrus in medio diſcentium, fuit autem turba in uno. Nec hoc in epiſcoporum tantùm & ſacerdotum, ſed in diaconorum ordinationibus obſeruaſſe Apoſtolos animaduertimus, de quo & ipſo in Actis Apoſtolorum ſcriptum eſt: Et conuocauerunt, inquit, illi duodecim totam plebem diſcipulorum, & dixerunt eis: Quod utiq; idcirco tam diligenter & cautè conuocata plebe tota gerebatur, ne quis ad altaris miniſterium, uel ad ſacerdotalem locum indignus obDigni ordinandi. reperet. Ordinari enim nonnunquàm indignos non ſecundum Dei uoluntatem, ſed ſecundum humanam præſumptionem, & hæc Deo diſplicere, quæ non ueniant ex legitima & iuſta ordinatione, Deus ipſe manifeſtat per Oſeam pro-
Oſee 8. phetam, dicens: Sibimetipſi regem cõſtituerunt, & non per me. Propter quod diligenter de traditione diuina, & apoſtolica obſeruatione ſeruandum eſt & tenendum, quod apud nos quoq;, & ferè per prouincias uniuerſas tenetur, ut ad ordinationes ritè celebrandas ad eam plebem, cui præpoſitus ordinatur, epiſcopi eiuſdem prouinciæ proximi quiq; Epiſcopus plebe præſente eligendus. conueniant, & epiſcopus deligatur plebe præſente, quæ ſingulorum uitam pleniſſimè nouit, & uniuſcuiuſq; actum de eius conuerſatione perſpexit. Quod & apud uos factum uidemus in Sabini collegæ noſtri ordinatione, ut de uniuerſæ fraternitatis ſuffragio, & de epiſcoporum qui in præſentia conuenerant, quiq; de eo ad uos literas fecerant iudicio, epiBaſilides epiſcopatu exturbatus. ſcopatus ei deferretur, et manus ei in locũ Baſilidis imponeretur. Neq; reſcindere ordinationem iure perfectam poteſt, quòd Baſilides poſt crimina ſua detecta, & conſcientiam etiam propria confeßione nudatam, Romam pergens, Stephanum collegam noſtrum longe poſitum, & geſtæ rei ac ueritatis ignarum ſi fellit, ut ambiret reponi ſe iniuſte in epiſcopatum, de quo fuerat iuſte depoſitus. Hæc eo pertinent, ut Baſilidis non tam abolita ſint, quàm cumulata delicta, ut ad ſuperiora peccata eius etiam fallaciæ & circumuentionis crimen acceſſerit. Neque enim tam culpandus eſt ille, cui Gal. 6. negligenter obreptum, quàm hic execrandus, qui fraudulenter obrepſit. Obrepere autem ſi hominibus Baſilides potuit, Deo non poteſt, cum ſcriptum ſit: Deus non irridetur. Sed nec Martiali poteſt profuiſſe fallacia, quò minus ipſe quoque delictis grauibus inuolutus, epiſcopatum tenere non debeat, cum & Apoſtolus moneat, & dicat: Epiſcopum oportet eſſe ſine crimine, quaſi Dei diſpenſatorem. Titum 1. Quapropter (cum ſicut ſcripſiſtis fratres dilectiſſimi, & ut Felix & Sabinus collegæ noſtri aſſeuerant, utq; alius Felix de Cæſaraugußa fidei cultor ac defenſor ueritatis, literis ſuis ſignificat) Baſilides & Martialis nefando idolatriæ libello contaminati ſint: Baſilides inſuper adhuc præter libelli maculam cum in infirmitate decumberet, in Deum blaſphemauerit, & ſe blaſphemaſſe confeſſus ſit, & epiſcopatum pro conſcientiæ ſuæ uulnere ſponte deponens, ad agendam pœnitentiam conuerſus ſit, Deum deprecans, & ſatis gratulans ſibi, ſi uel laico communicare contingeret: Martialis quoq; præter gentilium turpia & lutulenta conuiuia, in collegio diu frequentata, & filios in eo- Martialis hæreticus & idolatra. dem collegio exterarum gentium more apud profana ſepulcra depoſitos, & alienigenis conſepultos, actis publicè habitis apud procuratorẽ Ducenarium obtemperaſſe idolatriæ, & Chriſtum negaſſe conteſtatus ſit: cumq; alia multa ſint & grauia delicta, quibus Baſilides & Martialis implicati tenentur, fruſtra tales epiſcopatum ſibi uſurpare conantur, cum manifeſtum ſit eiuſmodi homines nec

ecclesiæ Christi posse præesse, nec Deo sacrificia offerre debere, maximè cum iampridem nobiscum & cum omnibus omnino episcopis in toto mundo constitutis, etiam Cornelius collega noster sacerdos pacificus ac iustus, & martyrio quoq; dignatione domini honoratus, decreuit huiusmodi homines ad pœnitentiam quidem agendam posse admitti: ab ordinatione autem cleri atq; sacerdotali honore prohiberi. Nec moueat uos fratres dilectissimi, si apud quosdam in nouissimis temporibus aut lubrica fides nutat, aut Dei timor apud inreligiosos uacillat, aut pacifica concordia non perseuerat. Prænuntiata sunt hæc futura in seculi fine, & 1.Tim.4. domini uoce, atq; apostolorum contestatione prædictum est, deficiente iam mundo, atq; appropinquante antichristo, 2.Pet.3. bona quæq; deficere, mala uerò ac aduersa proficere: non sic tamen, quamuis nouissimis temporibus, in ecclesia Dei aut Euangelicus uigor cecidit, aut Christianæ uirtutis & fidei robur elanguit, ut nõ supersit portio sacerdotum, quæ minime ad has rerum ruinas, & fidei naufragia succumbat: sed fortis & stabilis honorem diuinæ maiestatis & sacerdotalem dignitatem plena timoris obseruatione tueatur. Meminimus & tenemus, succumbentibus licet & cedentibus cæteris, Mathathiam legem Dei uindicasse fortiter: Heliam, Iudæis deficientibus atq; à religione diuina recedentibus, stetisse & certasse sublimiter: Danielem, nec solitudine religionis alienæ, nec persecutionis assiduæ infestatione deterritum, frequenter ac fortiter gloriosè dedisse martyria: tres item pueros nec armis, nec minis fractos, contra ignes Babylonios fideliter obstitisse, & uictorem regem in ipsa sua captiuitate uicisse. Uiderit uel præuaricatorum numerus, uel proditorum, qui nunc in ecclesia contra ecclesiam surgere, & fidem pariter ac ueritatem labefactare cœper

Vindices legis diuinæ, Mathathias, Helias, Daniel.

cœperunt. Permanet apud plurimos syncera mens, & religio integra, & non nisi domino & deo suo anima deuota, nec Christianam fidem aliena perfidia deprimit ad ruinam, sed magis excitat & exaltat ad gloriam, secundum Roma.3. quod beatus Apostolus hortatur & dicit: Quid enim si exciderunt à fide quidam eorum, nunquid infidelitas illorum fidem dei euacuauit? absit. Est enim deus uerax, omnis autem homo mendax. Si autem omnis homo mendax est, & solus deus uerax est: quid aliud serui, & maximè sacerdotes dei facere debemus, nisi ut humanos errores & mendacia relinquamus, & præcepta dominica custodientes, in dei ueritate maneamus? Quare & si aliqui de collegis nostris extiterint fratres dilectissimi, qui deificam disciplinam negligendam putant, & cum Basilide & Martiale temere communicant, conturbare fidem nostram res ista non debet, cum spiritus sanctus in psalmis talibus commi- Psal.49. netur, dicens: Tu autem odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos post te. Si uidebas furem, simul currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Consortes & participes ostendit eos alienorum delictorum fieri, qui fuerint delinquentibus copulati. Sed & hoc idem Paulus apostolus scribit, dicens: Susurratores, detractores, deo abhorrentes, iniurioſi, superbi, iactantes sui, adinuentores malorum, qui cum iustitiam dei cognouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, morte sunt digni, non tantùm qui faciunt ea, sed & qui consentiunt eis, qui hæc agunt: quoniam qui talia, inquit, agunt, morte sunt digni. Manifestat & comprobat morte dignos esse, & ad pœnam uenire, non tantum illos, qui mala faciunt, sed etiam eos, qui talia agentibus consentiunt, qui dum malis & peccatoribus, & pœnitentiam non agentibus illicita commu-

nicatione miſcentur, nocentium contactibus polluuntur, & dum iunguntur in culpa, ſic nec in pœna ſeparantur, propter quod integritatis & fidei uestræ religioſam ſolicitudinem fratres dilectiſſimi & laudamus pariter & probamus, & quantum poſſumus adhortamur literis noſtris, ne uos cum prophanis & maculatis ſacerdotibus communicatione ſacrilega miſceatis, ſed integram & ſynceram fidei
*al's tenore uestræ firmitatem religioſo * timore ſeruetis. Optamus uos fratres chariſſimi ſemper bene ualere.

EPISTOLA V.

Beati Cypriani epiſtola ad Rogatianum & cæteros confeſſores, de obſeruatione diſciplinæ & fidei Chriſtianæ: in qua hortatur ut ſicut prima congreſsione aduerſarium uicerunt, ita gloriam ſuam forti & perſeueranti uirtute teneant.

CYPR. ROGATIANO PRESBYTERO & cæteris confeſſoribus fratribus ſalutem.

ET iam pridem uobis fratres chariſſimi ac fortiſſimi literas miſeram, quibus fidei & uirtuti uestræ uerbis exultantibus congratularer, & nunc non aliud in primis uox noſtra complectitur, quàm ut læto animo frequenter ac ſemper gloriam uestri nominis prædicemus. Quid enim uel maius in uotis meis poteſt eſſe, uel melius, quàm cum uideo confeſſionis uestræ honore illuminatum gregem Chriſti? Nam cum gaudere in hoc omnes fratres oporteat, tamen in gaudio communi maior eſt epiſcopi portio. Eccleſiæ enim gloria, præpoſiti gloria eſt. Quantum dolemus ex illis, quos poteſtas inimica proſtrauit, tantum lætamur ex uobis, quos diabolus ſuperare non potuit. Hortamur autem per communem fidem, per pectoris noſtri ueram circa uos & ſimplicem charitatem, ut qui aduerſarium prima hac congreſsione uicistis, gloriam uestram forti & perſeu-

perſeueranti uirtute teneatis. Adhuc in ſeculo ſumus, adhuc in acie conſtituti, de uita noſtra quotidie dimicamus, danda opera eſt, ut poſt hæc initia ad incrementa quoq; ueniatur, & conſummetur in uobis, quod iam rudimentis felicibus eſſe cœpistis. Parum eſt adipiſci aliquid potuiſſe, plus eſt quod adeptum eſt poſſe ſeruare. Sicut & fides ipſa & natiuitas ſalutaris non accepta, ſed cuſtodita uiuificat. Nec ſtatim conſecutio, ſed conſummatio hominem deo ſeruat. Dominus hoc magiſterio docuit, dicens: Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. Puta autem illum & confeſſori ſuo dicere: Ecce confeſſor factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. Salomon deniq; & Saul, & cæteri multi, quandiu in uijs domini ambulauerunt, datam ſibi gratiam tenere potuerunt, recedente ab his diſciplina domnica, receſsit & gratia. Perſeuerandum nobis eſt in arcto & in anguſto itinere laudis & gloriæ, & cum quies & humilitas, & bonorum morum tranquillitas Chriſtianis omnibus congruat ſecundum domini uocem, qui neminem alium reſpicit, niſi humilem & quietum, & trementem ſermones ſuos: tamen magis hoc obſeruare & implere confeſſores oportet, qui exemplum facti eſtis cæteris fratribus, ad quorum mores omnium uita & actus debeat prouocari. Nam ſicut Iudæi à deo alienati ſunt, propter quos nomen dei blaſphematur in gentibus: ita contrà deo chari ſunt, per quorum diſciplinam nomen domini laudabili teſtimonio prædicatur, ſicut ſcriptum eſt domino præmonente & dicente: Luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & clarificent patrem uestrũ qui eſt in cœlis. Et Paulus apoſtolus dicit: Lucete ſicut luminaria in mundo. Et Petrus ſimiliter hortatur: Sicut hoſpites, inquit, & peregrini abſtinete uos à carnali-

Non minor eſt uirtus, quã quæ rere, parta tueri.

Ioan. 5.

Matth. 5.

Philip. 2.

1. Pet. 2.

bus desiderijs, qui militant aduersus animam, conuersationem habentes inter gentes bonam, ut dum detrectant de uobis, quasi de malignis, bona opera uestra aspicientes magnificent dominum. Quod quidem maxima pars uestrum cum meo gaudio curat, & confessionis ipsius honore melior facta, tranquillis & bonis moribus gloriam suam custodit & seruat: sed quosdam audio inficere numerum uestrum, & laudem præcipui nominis praua sua conuersatione destruere, quos etiam uos ipsi (utpote amatores, & conseruatores laudis uestræ) obiurgare & comprimere & emendare debetis. Cum quanto enim nominis uestri pudore delinquitur, quando alius aliquis temulentus & lasciuiens demoratur: alius in eam patriam unde extorris factus est, regreditur, ut deprehensus non iam quasi Christianus, sed quasi nocens pereat? Inflari audio aliquos,
Roma.11. & non timere audio, cum scriptum sit: Noli altum sapere, sed time. Si enim deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Dominus noster sicut ouis ad uictiEsaiæ 53. mam ductus est, & sicut agnus coram tondente se sine uoce, sic non aperuit os suum. Non sum, inquit, contumax, neq; contradico. Dorsum meum posui ad flagella, & maxillas meas ad palmas. Faciem autem meam non auerti à fœditate sputorum. Et quisquam per ipsum nunc, atq; in ipso uiuens, extollere se audet & superbire: immemor & factorum quæ ille gessit, & mandatorum quæ nobis uel per se, uel per
Ioan.13. apostolos suos tradidit? Quòd si non est maior domino suo seruus, qui dominum sequuntur, humiles & quieti, & taciturni uestigia eius intentur. Quanto quisq; inferior fuerit, sublimior fiat, dicente domino: Qui minimus fuerit in uobis, hic erit magnus. Quid deinde illud quàm uobis execrandum debet uideri, quod cum summo animi nostri genitu

mitu & dolore cognouimus? Non decesse, qui dei templa, & post confessionem sanctificata & illustrata membra turpi & infami cõcubitu suo maculẽt, cubilia cũ fœminis promiscua iungẽtes, quãdo & si stuprũ cõscientiæ eorũ desit, hoc ipsum grande crimen est, quòd illorũ scandalo in aliorũ ruinas exempla nascantur. Contentiones quoq; & æmulationes inter uos nullas esse oportet, cum pacem suam nobis dimiserit dominus, & scriptum sit: Diliges proximum tuum tanquam te. Si autem mordetis & incusatis inuicem, uidete ne consumamini ab inuicem. Conuicijs etiam & maledictis quæso uos abstinete, quia neq; maledici regnum dei conse- Gal.5.
quuntur, & lingua quæ Christũ confessa est, incolumis & pura cum suo honore seruanda est. Nam qui pacifica, et bona, & iusta secundum Christi præceptum loquitur, Christum quotidie confitetur. Seculo renunciauimus cum baptizati sumus, sed & nunc uere renunciamus seculo, quando tentati & probati à deo, nostra omnia relinquentes, dominum secuti sumus, & fide ac timore eius stamus et uiuimus. Corroboremus nos exhortationibus mutuis, & magis ac magis proficiamus in domino, ut cũ pro sua misericordia pacẽ fecerit, quam se facturũ repromittit, noui et penè mutati ad ecclesiã reuertamur, & excipiãt nos siue fratres nostri, siue gentiles circa omnia correctos atq; in melius reformatos, & qui admirati fuerant prius in uirtutibus gloriam, nũc admirentur in moribus disciplinam. Opto te frater charissime semper bene ualere.

EPISTOLA VI.

Beati Cypriani epistola ad Magnum de his qui in lecto gratiam consequuntur, in qua ostendit, nisi quis in ecclesia & ab ecclesia catholica ordinatus fuerit, ius uitalis aquæ habere non posse.

CYPR. MAGNO FILIO SAL.

PRo tua religiosa diligentia consuluisti mediocritatem nostram fili charissime, an inter cæteros hæreticos eos quoq; qui à Nouatiano ueniant, post profanum eius lauacrũ baptizari & sanctificari in ecclesia catholica legitimo & uero & unico ecclesiæ baptismo oporteat. De qua re quantum fidei nostræ capacitas, & scripturarum diuinarum sanctitas ac ueritas suggerit, dicimus omnes hæreticos omnino et schismaticos nihil habere potestatis ac iuris. Propter hoc Nouatianus nec debet, nec potest excipi, quo manus ipse quoq; extra ecclesiam consistens, & contra pacem ac dilectionem Christi faciens, inter aduersarios & antichristos
Matth.12. computetur: neq; enim dominus noster Iesus Christus cum in euãgelio suo testaretur, aduersarios suos esse eos qui secũ non essent, & secum non colligentes gregem suum spargerent, aliquam hereticorum speciem designauit, sed omnes omnino qui secum non essent, aduersarios suos ostendit, di-
Luc.11. cens: Qui non est mecum, aduersum me est. Et qui non me-
2.Ioan.1. cum colligit, spargit. Item beatus Ioannes apostolus nec ipse ullam hæresim aut schisma discreuit, aut aliquos speciatim separatos posuit, sed uniuersos qui de ecclesia exissent, quiq; contra ecclesiam facerent, antichristos appellauit, dicens, Audistis, inquit, quia antichristus uenit, nunc autem antichristi multi facti sunt. Vnde cognoscimus quia nouissima hora est, ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, mansissent utiq; nobiscum. Vnde apparet aduersarios Christi antichristos omnes esse, quos constet à charitate atq; ab unitate ecclesiæ catholicæ recessisse. Adhuc quoq; dominus in euangelio suo po-
Matth.18. nit & dicit: Si uero ecclesiam contẽpserit, sit tibi tanquam ethnicus et publicanus. Si autem qui ecclesiam contemnunt, ethnici

ethnici & publicani habentur, multo magis utiq; rebelles & hostes falsa altaria, & illicita sacerdotia, & sacrificia sacrilega, & nomina adulterata fingentes inter ethnicos necesse est computentur, quando minora peccantes, & tantũ ecclesiæ contemptores, ethnici & publicani sententia Domini iudicentur. Quòd autem ecclesia una sit, declarat in Cã Cantic.6.
tico cãticorũ spiritus sanctus ex persona Christi, dicẽs: Vna est columba mea, perfecta mea, una est matris suæ, electa est genitrici suæ. de qua itẽ denuo dicit: Hortus cõclusus, soror Ibidem 4.
mea, spõsa, fons signatus, puteus aquæ uiuæ. Siautẽ hortus cõclusus, est sponsa Christi, quæ est ecclesia, patere res clausa alienis & prophanis nõ potest. Et si fons signatus est, neq; bibere inde, neq; cõsignari potest, cui foris posito ad fontem accessus non est. Puteus quoq; aquæ uiuæ si unus est, idem qui intus est, uiuificari & sanctificari foris positus ex illa aqua non potest, ex qua solis eis, qui intus sunt, usus omnis et potus concessus est. Quod & Petrus ostendens unam eccle- 1.Petri 3.
siam esse, & solos eos qui in ecclesia sint, baptizari posse, posuit & dixit: In arca Noë pauci, id est, octo animæ hominum saluæ factæ sunt per aquam, quod & uos similiter saluos faciet baptisma, probans & contestans unã arcam Noë typum fuisse unius ecclesiæ. Si potuit tunc in illo expiati & purificati mundi baptismo saluus per aquam fieri qui in arca Noë non fuit, potest & nunc uiuificari per baptisma, qui in ecclesia non est, cui soli baptisma concessum est. Sed & Paulus apostolus hoc idem adhuc apertius & clarius ma- Ephes.5.
nifestans ad Ephesios scribit, & dicit: Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut eam sanctificaret purgans eam lauacro aquæ. Quòd si una est ecclesia, quæ à Christo diligitur, & lauacro eius sola purgatur, quomodo qui in ecclesia non est, aut diligi à Christo, aut ablui & purgari

gari lauacro eius potest? Propter quod cum sola ecclesia habeat aquam uitalem: & baptizandi atque abluendi hominis potestatem, qui dicit apud Nouatianum baptizari et sanctificari aliquē posse, prius ostēdat & doceat Nouatianū in ecclesia esse, aut ecclesiæ præsidere. Ecclesia enim una est, quæ una & intus esse & foris nō potest. Si enim apud Nouatianū est, apud Corneliū non fuit. Si uerò apud Corneliū fuit, qui episcopo Fabiano legitima ordinatione succeßit, & quē præter sacerdotij honorē martyrio quoq; dominus glorificauit, Nouatianus in ecclesia nō est, nec episcopus cōputari potest, qui euāgelica & apostolica traditione cōtēpta nemini succedēs, à seipso ordinatus est: habere nanq; aut tenere ecclesiā nullo modo potest, qui ordinatus in ecclesia nō est. Foris enim non esse ecclesiam, nec scindi aduersum se aut diuidi posse, sed inseparabilis atq; indiuiduæ domus unitatem tenere, manifestat scripturæ diuinæ fides, cum de sacramento paschæ & agni, qui agnus Christum designabat, scriptum sit: In domo una comedetur, non eijcietis de domo carnem foras. Quod item circa Raab, quæ ipsa quoque typum portabat ecclesiæ, expressum uidemus, cui mandatur & dicitur: Patrem tuum & matrem tuam, et fratres tuos, & totam domum patris tui colliges ad teipsam in domum tuam, et omnis qui exierit ostium domus tuæ foras, reus sibi erit. Quo sacramento declaratur in unam domum solam, id est, in ecclesiam uicturos, & ab interitu mundi euasuros colligi oportere. Quisquis autem de collectis foras eiecerit, id est, si quisquam in ecclesia gratiam consecutus recesserit, & ab ecclesia exierit, reum sibi futurum, id est, ipsum sibi quòd pereat imputaturum. Quod apostolus Paulus explanat docens & præcipiens hæreticum uitandum esse, ut peruersum & peccatorem, et à semet ipso damnatum. Hic enim qui

Ecclesia una.

Episcopus seipsum ordinare non potest.

Vnitas ecclesiæ figuris designata.

Interpretatio.

Titum 3.

qui reus sibi erit, non ab episcopo iectus, sed sponte de ecclesia profugus, & hæretica præsumptione à semetipso damnatus. Et iccirco dominus insinuans nobis unitatem de diuina autoritate uenientem ponit & dicit: Ego & pater unum sumus: ad quam unitatem redigens ecclesiam suam denuo dicit: Et erunt unus grex & unus pastor. Si autem grex unus est, quomodo potest gregi annumerari, qui in numero gregis non est? aut pastor haberi quomodo potest qui manente uero pastore, & in ecclesia dei ordinatione succedanea præsidente, nemini succedens & à seipso incipiens, alienus fit & prophanus, dominicæ pacis ac diuinæ unitatis inimicus non habitans in domo dei, id est, in ecclesia dei, in qua non nisi concordes atque unanimes habitant, loquente in psalmis spiritu sancto & dicente: Deus qui habitare facit unanimes in domo. Denique unanimitatem Christianam firma sibi atque inseparabili charitate cōnexam, etiam ipsa dominica sacrificia declarant. Nam quando dominus corpus suum panem uocat de multorum granorum adunatione congestum, populum nostrum quem portabat, indicat adunatum. Et quando sanguinem suum uinum appellat, de botris atque acinis plurimis expressum atque in uinum coactum, gregem item nostrum significat, commixtione adunatæ multitudinis copulatum. Si Nouatianus huic pani dominico adunatus est, si Christi* populo & ipse commixtus est, poterit uideri, & unici ecclesiastici baptismi habere gratiam posse, si eum constiterit ecclesiæ unitatem tenere. Denique quam sit inseparabile unitatis sacramentum, & quàm sine spe sint, & perditionem sibi maximam de indignatione dei acquirāt, qui schisma faciūt, & relicto episcopo, alium sibi foris pseudepiscopum constituunt, declarat in libris Regnorum scriptura diuina, ubi à tribu Iuda & Beniamin

Ioan. 10.

Ibidem.

Psal. 67.

al's, poculo.

3. Reg. 12.

Beniamin decem tribus scissæ sunt: et relicto rege, alterum sibi foris instituerunt, et indignatus est, inquit, dominus in omne semen Israël, & dimouit eos, & dedit eos in direptionem donec abijceret eos à facie sua, quia diß patus est Israël à domo Dauid, & constituerunt sibi regem Hieroboam filium* Naboth. Indignatum esse dominum dicit, & eos in perditionẽ dediße, quòd ab unitate dißipati essent, atq; alterum sibi regem constituissent. Et tanta indignatio domini extitit aduersus illos, qui schisma fecerant, ut etiam cum homo dei ad Hieroboam missus esset, qui ei peccata sua exprobraret, atque ultionem futuram prædiceret, panem quoque apud illos edere, et aquam bibere uetaretur. Quod cum non custodisset, & contra præceptum dei prandisset, statim diuinæ censura maiestatis percussus est, ut inde regrediens impetu ac morsu leonis in itinere necaretur. Et audet quisquam dicere aquam baptismi salutarem, & gratiam cœlestem communem cum schismaticis esse posse, cum quibus nec terrestris, nec secularis potus debeat esse communis? Satisfat adhuc in euangelio suo dominus, & maiorem intelligentiæ lucem manifestat, quòd ijdem qui se nunc à tribu Iuda & Beniamin sciderant, & Hierosolymis derelictis, Samariam secesserant, inter prophanos & gentiles computarentur. Nam cum primum discipulos suos in ministerium salutis mitteret, mandauit & dixit: In uiam nationum ne ieritis, & in ciuitatem Samaritanorũ ne introieritis. Ad Iudæos primùm mittens, gentiles adhuc præteriri iubet. Addendo autem, & ciuitatem Samaritanorum debere omitti, ubi erant schismatici, ostendit schismaticos gentilibus adæquari. Quòd si aliquis illud opponit, ut dicat eandem Nouatianum legem tenere, quam catholica ecclesia teneat, eodem symbolo quo & nos baptizare, eundem nosse deum patrem,

als, Iobath.

Contagio malorum.

Matth. 10.

patrem, eundem filium Christum, eundem spiritum sanctum, ac propter hoc usurpare eum potestatem baptizandi posse, quòd uideatur in interrogatione baptismi à nobis non discrepare, sciat quisquis & hoc opponendum putat, primum non esse unam nobis & schismaticis symboli legem, neque eandem interrogationem. Nam cum dicunt: Credis remißionem peccatorum, & uitã æternam per sanctam ecclesiam? mentiuntur in interrogatione, cum non habeant ecclesiam. Tunc deinde uoce sua ipsi confitẽtur remißionem peccatorum non dari, nisi per sanctam ecclesiam, quam non habentes ostendunt remitti illi peccata non posse. Quòd uero eundem quem & nos deum patrem, eundem filium Christum, eundem spiritum sanctum nosse dicuntur, nec hoc adiuuare tales potest. Nam & Core & Dathan & Abiron cum sacerdote Aaron & Moyse eundem deum nouerant, pari lege & religione uiuentes, unum & uerum deum, qui colendus atq; inuocandus fuerat, inuocabant. Tamen quia loci sui ministerium transgressi contra Aaron sacerdotem, qui sacerdotium legitimum dignatione dei atque ordinatione perceperat, sacrificandi licentiam uendicarunt, diuinitus percußi pœnas statim pro illicitis conatibus penderunt, nec potuerunt rata esse, & proficere sacrificia, irreligiosæ & illicitè contra ius diuinæ dispositionis oblata. Thuribula quoque ipsa in quibus incensum illicitè fuerat oblatum, nec in usu de cætero essent sacerdotibus, sed potius indignationis & ultionis diuinæ memoriam corrigendis posteris exhiberent, iussu domini conflata atque igne purgata, in laminas ductiles producuntur, & affiguntur altari, secundum quod loquitur scriptura diuina: Memoriale, inquit, filijs Israël ut Num. 26. Exod. 28.

non

non accedat quisquam alienigena, qui non est ex semine Aaron, imponere incensum ante dominum, ut non sit sicut Core. Et tamen illi schisma non fecerant, nec foras egressi contra Dei sacerdotes impudenter atq; hostiliter rebellauerant: quod nunc ecclesiam scindentes, & contra pacem atq; unitatem Christi rebelles, cathedram sibi constituere, & primatum assumere, et baptizandi atq; offerendi licentiam uendicare conantur. Quomodo perficere quod agunt, aut impetrare aliquid illicitis conatibus de Deo possunt, qui contra Deum, quod eis non licet, moliuntur? Quare qui Nouatiano, siue cæteris eiusmodi schismaticis patrocinantur, frustra contendunt baptizari & sanctificari illic aliquem salutari baptismo posse, ubi constat baptizantem baptizandi licentiam non habere. Atq; ut magis intelligi posset contra eiusmodi licentiam & audaciam quæ sit censura diuina, inuenimus in tali facinore non solum duces & autores, sed & participes pœnis destinari, nisi se à communione malorum separauerint, præcipiente domino & dicente:

Baptismus non nisi ab habente potestatem percipitur.

Num. 16. Separamini à tabernaculis hominum istorum durissimorum & nolite tangere ab omnibus quæ sunt eis, ne simul pereatis in peccato eorum, & quod comminatus per Moysen dominus fuerat, impleuit, ut quisquis à Core se & Dathan, & Abiron non separasset, pœnas statim pro impia communione persolueret. Quo exemplo ostenditur & probatur obnoxios se Deo & culpæ & pœnæ futuros, qui se schismaticis contra præpositos & sacerdotes irreli-

Osee 9. giosa temeritate miscuerint. Sicut etiam per Oseam prophetam spiritus sanctus contestatur & dicit: Sacrificia eorum tanquam panis luctus, omnes qui manducant ea, contaminabuntur. Docens scilicet & ostendens omnes omnino cum autoribus supplicio coniungi, qui fuerint eorum peccato commu-

communicati. Quæ ergo apud eos merita esse circa Deum possunt, quibus supplicia diuinitus irrogantur? Aut quomodo tales iustificare & sanctificare baptizatos possunt, qui hostias sacerdotum aliena & illicita, & nullo sibi iure concessa usurpare conantur? Quos tamen ipsos non miramur pro sua prauitate contendere. Asserant necesse est singuli quiq; quod faciunt, nec uolunt uicti facile succumbere, quamuis sciant id quod faciant non licere. Illud mirandum est, imò indignandum potius & dolendum. Christianos antichristis assistere, & præuaricatores fidei atque proditores ecclesiæ intus in ipsa ecclesia contra ecclesiam stare. Qui quoniam pertinaces aliàs & indociles, uel hoc tamen confitentur, quòd uniuersi siue hæretici, siue schismatici non habeant spiritum sanctum, & ideo baptizare quidem possunt, dare autem spiritum sanctum non possunt, in hoc ipso à nobis tenentur ut ostendamus nec baptizare omnino eos posse, qui non habeant spiritum sanctum. Nam cum in baptismo unicuiq; peccata sua remittantur, probat & declarat in euangelio suo dominus, per eos solos peccata posse remitti, qui habeant spiritum sanctum. Post resurrectionem enim discipulos suos mittens loquitur ad eos & dicit: Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Hoc cum dixisset, insufflauit & ait illis: Accipite spiritum sanctum. Et cuius remiseritis peccata, remittẽtur illi: & si cuius retinueritis, tenebuntur. Quo in loco ostendit, eum solum posse baptizare, & remissionem peccatorum dare, qui habeant spiritum sanctum. Deniq; ipsum dominum nostrũ Iesum Christum baptizaturus Ioannes, accepit antè spiritum sanctum, cum adhuc esset in utero matris constitutus, ut certum esset atq; manifestum, baptizare non posse, nisi eos qui habeant spiritum sanctum. Itaq; qui hæreticis siue schismaticis patro-

Pertinaces. Nouatianistæ.

Ioan. 20. Matth. 18.

Qui ueri sacerdotes.

cinantur, respondeant nobis an habeant spiritum sanctum, an non habeant. Si habent, cur illic baptizatis quando ad nos ueniunt manus imponitur ad accipiendum spiritum sanctum, cum iam utiq; illic acceptus sit, ubi si fuit, quî dari potuit? Si autem foris cuncti hæretici & schismatici non habent spiritum sanctum, & ideo apud nos manus imponitur, ut hîc accipiatur, quod illic nec esse, nec dari potest, manifestum est nec remißionem peccatorum dari per eos, quos constat spiritum sanctum non habere. Et idcirco secundum diuinam dispositionem atque euangelicam ueritatem, ut peccatorum remißionem consequi & sanctificari, ac templa Dei fieri poßint, ecclesiæ baptismo baptizandi sunt omnes omnino, qui ab aduersarijs & antichristis ad Christi ecclesiam ueniunt.

EPISTOLA VII.

Eiusdem epistola ad Epictetum & plebem Assuritanorum de Fortunatiano episcopo, docentis qui sacrilega sacrificia fecerunt, sacerdotium sibi uendicare non posse.

CYPR. EPICTETO FATRI ET plebi Assuris consistentibus, SAL.

Fortunatianus. GRauiter & dolenter motus fratres charißimi, quòd cognouerim Fortunatianum quondam apud uos episcopum post grauem lapsum ruinæ suæ, pro integro nunc agere uelle, & episcopatum sibi uendicare cœpisse: quæ res contristauit me: primo propter ipsum qui miser, uel diaboli tenebris in totum excæcatus, uel quorundam sacrilega persuasione deceptus (cum debeat satisfacere & ad dominum exorandum, diebus ac noctibus, lacrymis & orationibus, & precibus incumbere) audet sibi adhuc sacerdotium quod prodidit uendicare, quasi post aras diaboli accedere ad altare Dei fas sit: aut non maiorem in se iram & in

& indignationem domini in die iudicij prouocet, qui cùm uirtutis & fidei dux fratribus esse non potuerit, perfidiæ, & audaciæ, & temeritatis magister existat: & qui non docuit fratres in prælio fortiter stare, doceat eos qui uicti & prostrati sunt, nec rogare, cum dominus dicat: Illis fudistis libamina, & illis imposuistis sacrificia, super hæc non indignabor? dicit Dominus. Et alio loco: Sacrificans dijs eradicabitur, nisi Domino soli. Item Dominus denuo loquitur, & dicit: Adorauerunt eos, quos fecerunt digiti eorum, & curuatus est homo, & humiliatus est uir, & non relaxabo illis. In Apocalypsi quoq; legimus iram domini cominantis & dicentis: Si quis adorat bestiam & imaginem eius, accipiet notam in fronte sua & in manu, bibet & ipse de uino iræ Dei, mixto in poculo iræ eius, & punietur igne & sulphure sub oculis sanctorum angelorum, & sub oculis agni, & fumus de tormentis eorum in secula seculorum ascendet, nec habebunt requiem die & nocte, qui adorauerunt bestiam & imaginem eius. Cum ergo hæc tormenta, hæc supplicia in die iræ Dominus comminetur ijs, qui diabolo obtemperant, & idolis sacrificant, quomodo se putat posse agere pro Dei sacerdote, qui obtemperauit, & seruiuit diaboli sacerdotibus? aut quomodo putat manum suam transferri posse ad Dei sacrificium et precem Domini, quæ captiua fuerit sacrilegio & crimini, cum in scripturis diuinis Deus ad sacrificium prohibeat accedere sacerdotes etiam in leuiori crimine constitutos, & in Leuitico dicat: Homo in quo fuerit uitium & macula, non accedat offerre dona Deo. Idem in Exodo: Et sacerdotes, & qui accedunt ad Dominum Deum sanctificentur, ne forte derelinquat illos Dominus. Et iterum: Et qui accedunt ministrare ad altare sanctum, non adducent in se delictum,

Esa. 57.
Esa. 2.
Apoc. 13.
Leuitici 21.
Exo. 29.

ctum,ne moriantur. Qui ergo grauia in se delicta adduxerunt,id est,qui idolis sacrificando sacrilega sacrificia fecerunt, sacerdotium Dei sibi uindicare non possunt,nec ullam in conspectu eius precem pro fratribus facere,cum in euan-
Ioan.9. gelio scriptum sit: Deus peccatorem non audit, sed si quis Deum coluerit, & uoluntatem eius fecerit, illum audit. Quamuis sic quorũdam pectora tenebrarum ingruentium profunda caligo cæcauerit,ut de præceptis salubribus nihil lucis admittant,semel à recto limite ueri itineris auersi per præceps & abruptum crimunum suorum nocte atq; errore capiantur. Nec mirum si consilia nostra aut Domini præcepta nunc abnuunt,qui Dominum negauerunt. Stipes & oblationes & lucra desiderant,quibus prius insatiabiles incubabant,& cœnis atq; epulis etiam nunc inhiant,quarum crapulam superstite in dies eruditate ructabant,nunc manifestißime comprobantes nec antè se religioni,sed uentri potius & quæstui profana cupiditate seruisse. Vnde & ipsam uenisse perspicimus,& credimus de Dei exploratione censuram,ne apud altare consistere & contrectare sancta ulterius perseuerarent,pudorem incesti,fidem perfidi,religionem profani,diuina terreni,sancta sacrilegi. Quòd ne tales ad altaris impiamenta & contagia fratrum denuo redeant, omnibus uiribus excubandum & omni uigore nitendum, ut quantum possumus ab hac eos sui sceleris audacia retundamus,ne adhuc agere pro sacerdote conentur,qui ad mortis extrema deiecti ultra lapsos laicos ruinæ suæ pondere proruerunt. Si uero apud insanos furor insanabilis perseuerauerit,& recedente spiritu sancto,profunda cæcitas in sua nocte permanserit,consilium uobis erit singulos fratres ab eorum fallacia separare,et ne quis in laqueos erroris incurrat,ab eorum contagione secernere,cum nec oblatio sanctificari

ficari illic possit,ubi spiritus sanctus non sit. nec cuiquã Dominus per eius oblationes & preces prosit,qui Dominum ipse uiolauit. Quòd si Fortunatianus aut immemor criminis sui per diaboli cæcitatem,aut minister & seruus diaboli factus ad decipiendam fraternitatẽ in hoc suo furore permanserit, uos quantum potestis elaborate, & in hac caligine diaboli sæuientis fratrum mẽtes ab errore reuocate,ne alienæ dementiæ facilè consentiant, ne se desperatorum delictis participes faciant,sed teneant integræ salutis suæ tenorem, & integritatis conseruatæ à se & custoditæ perpetuum uigorem. Lapsi uero magnitudinem delicti sui cognoscentes à deprecando Domino non recedãt,nec ecclesiam catholicam quæ una & sola est à Domino constituta, derelinquant, sed satisfactionibus immorantes,& Domini misericordiam deprecantes ad ecclesiã pulsent,ut recipi illuc possint,ubi fuerunt,& ad Christũ redeant,à quo recesserunt. Nec audiant eos qui se fallaci & mortali circunuentione decipiunt,cum scriptum sit: Nemo uos decipiat inanibus uerbis: propterea enim uenit ira Dei super filios contumaciæ: Nolite ergo esse participes eorum. Ergo contumaces,& Deum non timentes,& ab ecclesia in totum recedẽtes,nemo comitetur. Quòd si quis impatiens fuerit ad deprecandum Dominum, qui offensus est,& nobis obtemperare noluerit,sed desperatos & perditos secutus fuerit,sibi imputabit cũ iudicij dies uenerit. Quomodo enim deprecari in die illo Dominũ potuerit,qui & ante hoc Christũ,& nunc quoq; ecclesiã Christi negauit,& episcopis sanis & integris & uiuẽtibus nõ obtẽperãs,comitẽ se & participẽ moriẽtibus præbuit? Opto uos fratres charißimi ac desideratißimi semper bene ualere.

Ephes.5.

EPISTOLA VIII.

Eiusdem epistola ad plebem,de quinq; presbyteris schismati-

cisin qua diuersarum pericula animarum enarrans admonet, ut qui mandatum Dei reiiciunt, & traditionem suam statuere conantur, fortiter ab ipsis & firmiter respuantur.

CYPR. PLEBI VNIVERSAE SAL.

QVanquàm fratres charissimi Briccius fidelissimus, atq; integerrimus presbyter, item Rogatianus & Numidicus, presbyteri, confessores, & gloria diuinæ dignationis illustres, sed & diaconi boni uiri, & ecclesiasticæ administrationis per omnia obsequia deuoti cum cæteris ministerijs, plenam uobis præsentiæ suæ diligentiam præbeant, & exhortationibus assiduis singulos corroborare, sed & lapsorum mentes consilijs salubribus regere & reformare non desinant: tamen ego quantum possum admoneo, & quomodo possum uisito uos literis meis, literis, inquam, fratres charissimi. Hoc enim quorundam presbyterorum malignitas & perfidia perfecit, ne ad uos ante diem paschæ uenire licuisset, dum coniurationis suæ memores, & antiqua illa contra episcopatum meum, imò contra suffragium uestrũ & Dei iudicium uenena retinentes, instaurant ueterem contra nos impugnationem suam, & sacrilegas machinationes insidijs solitis denuo renouãt. Et quidem de Dei prouidentia nobis hæc nec uolentibus, nec optantibus, imò & ignoscentibus & tacentibus, pœnas quas meruerant penderunt, ut à nobis non electi ultro se ejicerent, ipsi in se pro conscientia sua sententiam darent, secundum uestra diuina suffragia coniurati & scelerati de ecclesia sponte se pellerent. Nunc apparet Felicissimi factio unde uenisset, quibus radicibus staret, & quibus uiribus hi somẽta olim quibusdã cõfessoribus & hortamẽta tribuebant, ne cõcordarẽt cũ episcopo suo, nec ecclesiasticã disciplinã cũ fide & quiete iuxta præcepta dominica cõtinerent, ne cõfessionis suæ gloriã in-

Apostatæ.

Felicissimi factio.

corru

corrupta & immaculata cõuersatione seruarent. Ac ne parum fuisset corrupisse quorũdam confessorũ mentes & sacerdotũ Dei portionẽ ruptæ fraternitatis armare uoluisse, nunc se ad lapsorum perniciẽ uenenata sua deceptione uerterunt, ut ægros & saucios ad capienda fortia consilia per calamitatem ruinæ suæ minus idoneos & minus solidos, à medela uulneris sui auocẽt, & intermissis precibus & orationibus, quibus Dominus longa & continua satisfactione placandus est, ad exitiosam temeritatẽ mẽdacio captiosæ pacis inuitẽt. Sed oro uos fratres uigilate cõtra insidias diaboli, & pro uestra salute soliciti cõtra mortiferã fallaciã diligentius excubate. Persecutio est hic, alia atque alia tentatio. Et quinq; isti presbyteri nihil aliud sunt, quàm quinq; primores illi, qui edicto nuper magistratibus fuerant copulati, ut fidem nostrã obruerent, & gracilia fratrũ corda ad letales laqueos præuaricatione ueritatis auerterent. Eadem nunc ratio, cadẽ rursus euersio per quinq; presbyteros Felicissimo copulatos ad ruinam salutis inducitur, ut non rogetur Dominus, nec qui negauit Christum, eundem Christũ quem negauerat deprecetur, post culpam criminis tollatur & pœnitentia, nec per episcopos & sacerdotes Domino satisfiat, sed relictis Domini sacerdotibus contra Euangelicam disciplinam noua traditio sacrilegæ institutionis exurgat, cumq; semel placuerit tam nobis, quàm confessoribus & clericis urbicis, item uniuersis episcopis uel in nostra prouincia, uel trans mare cõstitutis, ut nihil innouetur circa lapsorum causam, nisi omnes in unum conueniremus, & collatis consilijs cum disciplina pariter & misericordia temperatam sententiam figeremus, contra hoc consilium nostrum rebelletur, & omnis sacerdotalis autoritas & potestas factiosis conspirationibus destruatur. Quas nunc pœnas

Longa satisfactio.

patior fratres charißimi, quòd ipſe ad uos impræſentiarum
uenire non poßum, ipſe ſingulos aggredi, ipſe uos ſecundum
Domini & euangelij eius magiſterium cohortari? Non ſuf-
fecerat exilium iam biennio & à uultibus atq; ab oculis
ueſtris lugubris ſeparatio? dolor iugis & gemitus, qui me
ſolum ſine uobis continua lamentatione diſcruciat? lacrymæ
diebus ac noctibus profluentes, quòd ſacerdoti, quem tanto
amore & ardore feciſtis, necdum uos ſalutare, & necdum
complexibus ueſtris inhærere contingat? Acceßit hinc ta-
beſcenti animo noſtro dolor maior, quòd in tanta ſolicitu-
dine ac neceßitate excurrere ad uos ipſe non poſſum, dum
per minas & per inſidias perfidorum caucmus, ne aduenti-
entibus nobis tumultus illic maior oriatur: & cum paci &
tranquillitati epiſcopus prouidere in omnibus debeat, ipſe
materiam ſeditioni dediße, & perſecutionem denuo exa-
cerbaſſe uidcatur. Hinc tamen fratres dilectißimi, hinc ad-
moneo pariter & conſulo, ne pernicioſis uocibus temere
*als, facilè credatis, ne fallacibus uerbis conſenſum * fallaciæ commo-
detis, ne pro luce tenebras, pro die noctem, pro cibo famem,
pro potu ſitim, uenenum pro remedio, mortem pro ſalute
ſumatis. Nec ætas uos eorum nec autoritas fallat, qui ad
duorum preſbyterorum ueterem nequitiam reſpondentes,
Daniel.13. ſicut illi Suſannam pudicam corrumpere & uiolare conati
ſunt, ſic et hi adulterinis doctrinis eccleſiæ pudicitiam cor-
rumpere, et ueritatem Euangelicam uiolare conantur. Cla-
mat & dicit Dominus: Nolite audire ſermones pſeudopro-
prophetarum, quoniam uiſiones cordis eorum fruſtran-
tur eos. Loquuntur, ſed non ab ore Domini. Dicunt eis
qui abijciunt uerbum Domini: Pax erit uobis. Pacem nunc
offerunt, qui ipſi non habent pacem. In eccleſia lapſos redu
cere & reuocare promittunt, qui de eccleſia receſſerunt.
Deus unus eſt, & Chriſtus unus, & una Eccleſia, & cathe

dra una ſuper petram, Domini uoce fundata. Aliud altare
conſtitui, aut ſacerdotium nouum fieri, præter unum alta-
re & unum ſacerdotium nõ poteſt. Quiſquis alibi colle-
gerit, ſpargit. Adulterum eſt, impium eſt, ſacrilegum eſt, quod-
cunq; humano furore inſtituitur, ut diſpoſitio diuina uiole-
letur. Procul ab huiuſmodi hominum contagione diſcedite,
& ſermones eorum ueluti cancer & peſtem fugiendo ui-
tate, præmonente domino & dicente: Cæci ſunt & duces
cæcorum: cæcus autem cæcum ducens, ſimul in foueam ca- Matth.15.
dent. Intercedunt precibus ueſtris, quas nobiſcum diebus ac
noctibus Domino funditis, ut eum iuſta ſatisfactione place-
tis. Intercedũt lacrymis ueſtris, quibus commiſſi delicti cri-
men abluitis. Intercedunt paci quam uere & fideliter de
Domini miſericordia poſtulatis, nec ſciunt ſcriptum eſſe: Et
propheta ille aut ſomnium ſomnians, ille qui locutus eſt, Deut.13.
ut errare te faceret à Domino Deo tuo, interficietur. Ne-
mo uos fratres errare à Domini uia faciat. Nemo uos
Chriſtianos ab Euangelio Chriſti rapiat. Nemo filios *Execratio in fi-*
eccleſiæ de eccleſia tollat. Pereant ſibi ſoli, qui perire uolue- *dei detracto-*
runt. Extra eccleſiam ſoli remaneant qui de eccleſia receſſe *res.*
runt. Soli cum epiſcopis non ſint, qui contra epiſcopos rebel
larunt. Coniurationis ſuæ pœnas ſoli ſubeant, qui olim ſecun
dum Dei iudicia ſententiam coniurationis & malignitatis
ſuæ ſubire meruerunt. Monet nos Dominus in Euangelio Matth.15.
ſuo, dicens: Reijcitis mandatum Dei ut traditionem ueſtram
ſtatuatis. Qui mandatum Dei reijciunt, & traditionem ſuã
ſtatuere conantur, fortiter à uobis & firmiter reſpuantur.
Sufficiat lapſis ruina ſua. Nemo uolentes ſurgere ſua cir-
cumuentione præcipitet. Nemo iacentes, pro quibus nos
rogamus, ut Dei manu & brachio ſubleuentur, pro-
ſternat grauius & deprimat. Nemo ſemianimes, ut ſalu-

tem suam pristinam recipiant deprecantes, ab omni spe salutis auertat. Nemo nutantibus lapsus sui caligine omne itineris salutaris lumen extinguat. Instruit Apostolus, dicens:

1. Timoth. 6. Si quis aliter docet, & non aquiescit sanis uerbis Domini nostri IESV Christi, & doctrinæ eius stupore elatus, dis-

Ephes. 5. cedat ab huiusmodi. Et iterum dicit ipse: Nemo uos decipiat inanibus uerbis. Propterea enim uenit ira dei super filios contumaciæ. Nolite ergo esse participes eorum. Non est quod decepti inanibus uerbis, prauitatis corũ incipiatis esse participes. Discedite à talibus quæso uos, & acquiescite consilijs nostris, qui pro uobis quotidie continuas Domino preces fundimus, qui uos ad ecclesiam reuocare per Domini clementiam cupimus, qui de Deo pacem plenissimam prius matri, tum & filijs eius oramus. Cum precibus atq; orationibus nostris uestras quoq; orationes & preces iungite, cũ fletibus nostris uestras lacrymas copulate. Vitate lupos, qui

Diaboli insidiæ. oues à pastore secernunt: uitate linguam diaboli uenenatam, qui ab initio mundi fallax semper et mendax mentitur, ut fallat: blanditur, ut noceat: bona promittit, ut malum tribuat: uitam pollicetur, ut perimat. Lucent nunc quoq; uerba eius, & uenena manifesta sunt: pacem pollicetur, ne peruenire possit ad pacem: salutẽ promittit, ne cui promittit, ueniat ad salutem: ecclesiam spondet, cum id agat, ut qui illi credit, in totum ab ecclesia pereat. Nunc curãdum est fratres dilectissimi, ut qui statis fortiter perseueretis, et stabilitatem uestram gloriosam, quam in persecutione tenuistis, perpetua firmitate seruetis. Et si circumueniẽte aduersario lapsi estis, in secunda hac tentatione spei & paci uestræ fideliter consulatis, & ut uobis Dominus ignoscat, à sacerdotibus Do-

Deut. 17. mini non recedatis, cum scriptum sit: Et homo quicunq; fecerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotem, aut iudicem, quicunq;

quicunq; fuerit in diebus illis, morietur homo ille. Persecutionis istius nouissima hæc est tentatio, quæ & ipsa citò Domino protegente transibit, ut repræsentet uobis post paschæ diem cum collegis meis, quibus præsentibus secundum arbitrium quoq; uestrum, & omnium nostrum commune consilium (sicut semel placuit) ea quæ agenda sunt, disponere pariter & limare poterimus. Si quis autem pœnitentiam agere, & Deo satisfacere detractans, ad * infelicissimi & satellitum eius partes cõcesserit, & se hæreticæ factioni coniunxerit, sciat se postea ad ecclesiam redire, & cum episcopis & plebe Christi communicare non posse. Opto uos fratres charissimi semper bene ualere, & circa Domini misericordiam exorandam continuis nobiscum precibus insistere.

* Forte legendũ Felicissimi.

EPISTOLA IX.

Eiusdem epistola ad clerum & plebem Furnitanorum, commonentis nulli presbytero licere tutorem testamento constituere.

CYPR. PRESBYTERIS ET DIACONIS & plebi Furnis consistentibus SAL.

GRauiter commoti sumus ego & collegæ mei, qui præsentes aderant, & compresbyteri nostri qui nobis assistebant, fratres charissimi, cum cognouissemus quòd Geminius Victor frater noster de seculo excedens, Geminium Faustinum presbyterum tutorem testamento suo nominauerit, cum iam pridem in concilio episcoporum statutum sit, ne quis * de clericis & Dei ministris tutorem uel curatorem testamento suo constituat, cum singuli diuino sacerdotio honorati, & cuncti in clericali ministerio constituti, non nisi altari & sacrificijs deseruire, & precibus, atque orationibus uacare debeant. Scriptum est enim: Nemo militans Deo, implicat se molestijs secularibus, ut possit placere

* al's, de ecclesiæ dei

2. Timot. 2. Πραγματείας. placere ei cui se probauit. Quod cum de omnibus dictum sit, quantò magis molestijs & laqueis secularibus obligari non debent, qui diuinis rebus & spiritualibus occupati, ab ecclesia recedere, & ad terrenos & seculares actus uacare non possunt? Cuius ordinationis & religionis formam Leuitæ prius in lege tenuerunt, ut cum terram diuiderent, & possessiones partirentur undecim tribus, Leuitica tribus, quæ templo & altari, & ministerijs diuinis uacabat, nihil de illa diuisionis portione perciperet. sed alijs terram colentibus, illa tantum Deum coleret, & ad uictum, atq; alimentum suum ab undecim tribubus de fructibus qui nascebantur, decimas perciperet. Quod totum fiebat de autoritate & dispositione diuina, ut qui operationibus diuinis insistebant, in nulla re auocarentur, nec cogitare aut agere secularia cogerentur. Quæ nunc ratio & forma in clero tenetur, ut qui in Ecclesia Domini ad ordinationem clericalem promouentur, nullo modo ab administratione diuina auocentur, ne molestijs & negotijs secularibus alligentur, sed in honore sportulantium fratrum, tanquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari & sacrificijs non recedant, & die ac nocte cœlestibus rebus & spiritualibus seruiant. Quod episcopi antecessores nostri religiose considerantes, & salubriter prouidentes, censuerunt ne quis frater excedens, ad tutelam uel curam clericum nominaret, ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neq; enim ad altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes & ministros suos Leuitas auocare uoluit. Et idco Victor cum contra formam nuper in concilio à sacerdotibus datam Geminium Faustinum presbyterum ausus sit actorem constituere, non est quò pro dormitione eius apud uos fiat oblatio,

Leuitæ diuinis tantum uacent.

Sportula.

Sacerdos ab altari nõ recedat.

Nunc maximè uocantur.

Oblatio pro defunctis.

tio, aut deprecatio aliqua nomine eius in ecclesia frequentetur, ut sacerdotum decretum religiose & necessarie factum seruetur à nobis. Simul et cæteris fratribus detur exemplũ, nequis sacerdotes & ministros Dei altari eius & ecclesiæ uacantes ad seculares molestias deuocet. Obseruari enim de cætero poterit, ne ultrà hoc fiat circa personam clericorum, si quod nunc factum est fuerit uindicatum. Opto uos fratres charissimi semper bene ualere.

EPISTOLA X.

Ad Eucratium epistola de histrione, quem suadet ne sinat histrionem artẽ suam docere, sed ab ea ad uiam innocentiæ deducat.

CYPR. EVCRATIO FRATRI SAL.

PRo dilectione tua & uerecundia mutua consulendum me existimasti frater charissime, quid mihi uideatur de histrione quodam, qui apud uos constitutus in eiusdem adhuc artis suæ dedecore perseuerat, & magister & doctor non eruditorum, sed perdendorum puerorum, id quod male didicit, cæteris quoq; insinuat, an talis debeat communicare nobiscum. Quod puto ego nec maiestati diuinæ, nec Euangelicæ disciplinæ congruere, ut pudor & honor ecclesiæ tam turpi & infami contagione fœdetur. Nam cum in lege prohibeantur uiri induere mulierem uestem, & maledicti eiusmodi iudicentur, quantò maioris est criminis, non tantum muliebria indumenta accipere, sed & gestus quoque turpes & molles, & muliebres magisterio impudicæ artis exprimere? Nec excuset se quispiam, si à theatro ipse cessauerit, cum tamen hoc cæteros doceat. Non potest enim uidere cessasse, qui uicarios substituit, & qui pro se uno plures succedaneos suggerit contra institutionem Dei, erudiens & docens quemadmodum masculus frangatur in fœminam, et sexus arte mutetur, & diabolo diuinum plasma maculanti

Nũc floreẽt isti.

per

per corrupti atque encruati corporis delicta placeatur.

Necessitas prætexitur turpitudini.

Quòd si penuriam talis & necessitatem paupertatis obtendit, potest inter cæteros, qui alimentis ecclesiæ sustinentur, huius quoq; necessitas adiuuari, si tamen contentus sit frugalioribus & innocentibus cibis. Nec putet salario se esse redimendum, ut à peccatis cesset, quãdo hoc non nobis sed sibi præstet. Cæterum quantum uult inde quærat. Qualis quæstus est qui de conuiuio Abrahæ, Isaac, & Iacob et hominem rapuit, & malè ac pernicioſe in seculo saginatos, ad æternæ famis ac sitis supplicia deducit? Et ideo quantum potes, eum à prauitate & dedecore ad uiam innocentiæ, atque ad spem uitæ suæ reuoca, ut sit contentus ecclesiæ sumptibus, parcioribus quidem, sed salutaribus. Quòd si illic ecclesia non sufficit, ut laborantibus præstentur alimenta, poterit se ad nos transferre, & hic quod sibi ad uictum, atque uestitum necessarium fuerit, accipere, nec alios extra ecclesiam mortalia docere, sed ipse salutaria in ecclesia discere. Opto te frater charißime semper bene ualere.

EPISTOLA XI.

Beati Cypriani epistola, nonnullorumq; coëpiscoporum ad Pomponium de uirginibus: in qua asserunt uirgines Deo dicatas ac derectas dormisse cum uiris, per manus obstetricum debere inspici, & quæ uirgines inuentæ fuerint, ecclesiæ admitti, quæ uerò incorruptæ, ad pœnitentiam plenam duci oportere.

CYPR. CAECILIVS VICTOR, Sedulius, Tertullus, cum presbyteris qui præsentes aderant Pomponio fratri SAL.

LEgimus literas tuas frater charißime, quas per Paconium fratrem nostrum misisti, postulans & desiderans ut tibi reſcriberemus quid nobis de ijs uirginibus uideatur, quæ cum semel statum suum continenter & firmiter tenere de-

re decreuerint, detectæ sint postea in eodem lecto pariter mãsisse cum masculis, ex quibus unum diaconum esse dicis. Plane eadem quæ se cum uiris dormisse confessæ sunt, asseuerare non decet se integras esse. Circa quam rem, quoniam consilium nostrum desiderasti, scias nos ab Euangelicis & apostolicis traditionibus non recedere, quò minus fratribus & sororibus nostris constanter & fortiter consulatur, & per omnes utilitatis & salutis uias ecclesiastica disciplina seructur, cum Dominus loquatur, & dicat: Et dabo uobis pastores secundum cor meum, & pascent uos pascentes eum disciplina: & iterum cum scriptum sit: Disciplinam qui abijcit, infelix est. & in psalmo quoque spiritus sanctus admoneat, & instruat, dicens: Continete disciplinam, ne forte irascatur dominus, & pereatis à uia recta, cum exarserit citò ira eius super uos. Primo igitur in loco frater charißime, & præpositis, & plebi nihil aliud elaborandum est, quàm ut qui Deum timemus, cum omni obseruatione disciplinæ diuina præcepta teneamus, nec patiamur errare fratres nostros, & pro arbitrio, & fructu suo uiuere: sed ad uitam singulis fideliter consulere, nec pati uirgines cum masculis habitare, non dico simul dormire, sed nec simul uiuere, cum & sexus infirmus, & ætas adhuc lubrica per omnia frænari & regi debeat, ne diabolo insidianti & sæuire cupienti ad nocendum detur occasio, cum & Apostolus dicat: Nolite locum dare diabolo. Liberanda est uigilanter de periculosis locis nauis, ne inter scopulos & saxa frangatur. Exuenda est uelociter de incendio sarcina, priusquàm flammis superuenientibus concremetur. Nemo diu tutus est periculo proximus. Nec euadere diabolum Dei seruus potest, qui se diaboli laqueis implicauit. Intercedendum est citò talibus, ut separẽtur dum adhuc separari innocẽtes possunt, quia

Hier. 3.

Sapien. 3.

Psal. 2.

Virginũ et masculorũ periculosa cohabitatio.

Ephes. 4.

quia diuidi postmodum nostra intercessione non poterunt, posteaquàm conscientia grauissima cohæserint. Deniq; quàm graues multorum ruinas hinc fieri uidemus, et per huiusmodi illicitas et periculosas coniunctiones corrumpi plurimas uirgines cum summo animi nostri dolore conspicimus. Quòd si ex fide Christo dicauerunt, pudicè & castè sine ulla fabula perseuerent, ita fortes et stabiles præmium uirginitatis expectent. Si autem perseuerare nolunt, uel non possunt, melius est ut nubant, quàm in ignem delicijs suis cadant. Certè nullum fratribus aut sororibus scandalum faciant, cum scriptum sit: Si cibus scandalizat fratrem, non manducabo carnem in seculum, ne fratrem scandalizem. Nec aliqua putet se posse hac excusatione defendi, quòd ei inspici & probari possit, an uirgo sit, cum et manus obstetricum et oculi sæpe fallantur. Et si incorrupta inuenta fuerit uirgo ex ea parte sui, qua mulier potest esse, potuerit tamen ex alia corporis parte peccasse, quæ corrumpi potest, et tamen inspici non potest. Certè ipse concubitus, ipse complexus, ipsa confabulatio, et inosculatio, et cõiacentium duorum turpis et fœda dormitio, quantum dedecoris et criminis confitetur? Si superueniens maritus sponsam suam iacentem cum altero uideat, non'ne indignatur et fremit? et per zeli dolorẽ fortassis et gladium in manum sumit? Quia Christus Dominus et iudex noster, cum uirginem suam sibi dicatam, et sanctitati suæ destinatam iacere cum altero cernat, quàm indignatur & irascitur? Et quas pœnas incestis eiusmodi coniunctionibus comminatur? Cuius ut gladium spiritualem, & uenturum iudicij diem unusquisq; fratrum possit euadere, omni consilio prouidere & elaborare debemus. Et cum omnes omnino disciplinam tenere oporteat, multò magis præpositos & diaconos curare hoc fas est, qui exemp

Etiam uirginibus sacris permittit nubere.

Mysterium.

Virgo Deo dicata.

exemplum & documentum cæteris de conuersatione & moribus suis præbeant. Quomodo enim possunt integritati & continentiæ præesse, si ex ipsis incipiant corruptelæ, & uitiorum magisteria procedere? Et idcirco consultè & cum uigore feciſti frater charissime, abstinendo diaconum, qui cum uirgine sæpe mansit, sed & cæteros qui cum uirginibus dormire consueuerant. Quòd si pœnitentiam huius illiciti concubitus sui egerint, & à se inuicem recesserint, inspiciantur interim uirgines ab obstetricibus diligenter, & si uirgines inuentæ fuerint, accepta communicatione ad ecclesiam admittantur, hac interminatione, ut si ad eosdem masculos postmodum reuersæ fuerint, aut si cum eisdem in una domo & sub eodem tecto simul habitauerint, grauiore censura eijciantur, nec in ecclesiam postmodum tales facilè recipiantur. Si autem de eis aliquæ corruptæ fuerint deprehensæ, agant pœnitentiam plenam, quia quæ hoc crimen admisit, non mariti, sed Christi adultera est. Et ideo æstimato iusto tempore, postea exomologesi facta ad ecclesiam redeant. Quòd si obstinatè perseuerant, nec se ab inuicem separant, sciant se cum hac sua impudica obstinatione nunquam à nobis admitti in ecclesiã posse, ne exemplum cæteris ad ruinas delictis suis facere incipiãt. Nec putent sibi uitæ aut salutis constare rationem, si episcopis & sacerdotibus obtemperare noluerint, cũ in Deuteronomio Dominus Deus dicat: Et homo quicunq; fecerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotem, aut iudicem, quicunq; fuerit in diebus illis, morietur homo ille, & omnis populus cum audierit, timebit, & non aget impiè etiam nunc. Interfici Deus iussit sacerdotibus suis non obtemperantes, iudicibus à se ad tempus constitutis non obedientes: & tunc quidem gladio occidebantur, quando adhuc & circuncisio carnalis manebat,

1. Ti. 3. & 5.

Abstinere, pro amouere.

Deut. 17.

Gladius spiritualis.

nunc autem quia circuncisio spiritualis esse ad fideles seruos Dei cœpit, spiritualis gladio superbi & contumaces necantur, dum de ecclesia eiciuntur. Neq; enim uiuere foris possunt, cum domus Dei una sit, & nemini salus esse nisi in ecclesia possit. Indisciplinatos autem perire, dum non audiunt, nec obtemperant consilijs salubribus, testatur diuina scriptura, quæ dicit: Non diligit indisciplinatus castigantem se. Qui autem oderunt correptiones, consumentur turpiter. Ergo ne indisciplinati consumantur & pereant, da operam frater charissime, ut quantum potes consilijs salubribus fraternitatem regas, & singulis ad salutē suam consulas. Arcta & angusta est uia per quam ingredimur ad uitam, sed sumus & magnus est fructus cum peruenimus ad gloriam. Qui se semel castrauerunt propter regnum cœlorum, Deo per omnia placeant, nec sacerdotes Dei aut ecclesiam Domini contemnentes scandalo se fratribus offerant. Et si adpræsens à nobis contristari uidentur, nos tamen in salubri persuasione maneamus, scientes & Apostolum dixisse: Ergo ego inimicus factus sum uobis, uerum dicens uobis: Gal.4. *Quòd si obtemperauerint, nobis gratissimum est. Stantes eos ad salutem pariter dignatione nostri sermonis firmabimus. Si autem quidam de peruersis obtemperare noluerint, secundum eundem Apostolum dicentem: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem: si quibusdam suadere non possumus, ut eos uero Christo placere faciamus, nos certè (quod nostrum est) Christi Domini & Dei nostri præcepta seruantes placeamus. Optò te frater charissime semper bene ualere.*

EPISTOLA XII.

Beati Cypriani epistola, quorundam; episcoporum ad Ianuarium, nonnullos; alios, de his qui ab hæreticis baptizari uidentur

dentur, in qua probat neminem baptizari foris extra ecclesiam posse, cum unum baptisma in una catholica ecclesia sit.

CYPR. LIBERALIS, CALYDONIVS, Iunius, Primus, Cæcilius, Polycarpus, Nicomedes, Felix, Maturius, Successus, Lucianus, Honoratus, Fortunatus, Victor, Donatus, Lucius, Herculanus, Põponius, Demetrius, Quintus, Saturninus, Ianuarius, Marcus, alius Saturninus, alius Donatus, Rogatianus, Sedatus, Tertullus, Hortẽsianus: item alius Saturninus, Satius: Ianuario, Saturnino, Maximo, Victori, alio Victori, Cassio, Proculo, Modiano, Cirino, Gargilio, Eutyciano, alio Gargilio, alio Saturnino, Vemesiano, Nãpulo, Antoniano, Rogatiano, Honorato fratribus SAL.

CVm simul in concilio essemus fratres charissimi, legimus literas uestras, quas ad nos fecistis de his qui apud hæreticos & schismaticos baptizati uidentur, an ad ecclesiam catholicam (quæ una est) uenientes baptizari debeant. De qua re quanquam & ipsi illic ueritatem & firmitatem catholicæ regulæ teneatis, tamen quoniam consulendos nos pro communi dilectione existimatis, sententiam nostram nõ nouam promimus, sed iam pridem ab antecessoribus nostris statutam & à nobis obseruatam, uobiscum pari * confessione cõiungimus: censentes scilicet et pro certo tenentes, neminem foris baptizari extra ecclesiam posse, cum sit baptisma unum intra sanctam ecclesiam constitutum, & scriptum sit Domino dicente: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ gratis, & effoderunt sibi lacus detritos, qui non possunt aquam portare. Et iterum diuina scriptura præmoneat & dicat: Ab aqua aliena abstine te, & à fonte aquæ alienæ ne biberis. Oportet uerò mũdari & sanctificari aquã prius à sacerdote, ut possit baptismo suo peccata hominis qui baptizatur, ablucre, quia per Ezechielem prophetam Domi-

* als, consensione

Nemo extra ecclesiam baptizandus.

Hier.2.

Ezech.36.

nus dicit: Et aspergam super uos aquam mundam, & mun-
dabimini ab omnibus immunditijs uestris, & ab omnibus
simulacris uestris, & mundabo uos, & dabo uobis cor no-
uum, & spiritum nouum dabo uobis. Quomodo autem
mundare et sanctificare aquã potest qui ipse immundus est,
& apud quem spiritus sanctus non est? cum Dominus di-
cat in Numeris: Omnia quæcunq; tetigerit immundus, im-
Nume.19. munda erunt. Aut quomodo baptizans dare alteri remissio-
Nemo dat quod non habet. nem peccatorum potest, qui ipse sua peccata deponere ex-
tra ecclesiam non potest? Sed & ipsa interrogatio quæ fit
in baptismo, testis est ueritatis. Nam cum dicimus: Credis in
uitam æternam, & remissionem peccatorum per sanctam
ecclesiam? intelligimus remissionem peccatorum non nisi in
ecclesia dari: apud hæreticos autem ubi ecclesia non sit, non
posse peccata dimitti. Itaq; qui hæreticos asserunt, aut inter-
rogationem mutent, aut uindicent ueritatem, nisi si eis &
ecclesiam tribuunt, quos baptisma habere contendunt, unde
quoq; necesse est eum qui baptizatus sit, ut accepto chrisma-
te, id est, unctione, esse unctus Dei, & habere in se Christi
gratiam possit. Porrò autem eucharistia, & unde bapti-
zati ungũtur oleum in altari sanctificatur. Sanctificare au-
tem non potuit olei creaturam, qui nec altare habuit, nec
ecclesiam. Vnde nec unctio spiritualis apud hæreticos po-
test esse, cum constat oleum sanctificari, & eucharistiam
fieri apud illos omnino non posse. Scire autem & memini-
se debemus scriptum esse: Oleum peccatoris non ungat ca-
put meum: quod ante in psalmis præmonuit spiritus sanctus,
ne quis exorbitans, & à uia ueritatis exerrans, apud hæ-
reticos & Christi aduersarios ungeretur. Sed & baptiza-
to quam facere precem potest sacerdos sacrilegus & pec-
Ioan.9. cator? cum scriptum sit: Deus peccatorem non audit: sed qui
eum

eum coluerit, & uoluntatem eius fecerit, illum audit. Quis
autem potest dare quod ipse non habeat? Aut quomodo po-
test spiritualia agere, qui ipse amiserit spiritum sanctum? Et
idcirco baptizandus est & innouandus qui ad ecclesiam* * al's, nudus
rudis uenit, ut intus per sanctos sanctificetur, quia scriptum Leuit.19.
est: Sancti estote, quia & ego sanctus sum, dicit Dominus: ut & 20.
qui in errorem seductus est, & foris tinctus, in baptismo ue-
ro & ecclesiastico etiam hoc ipsum deponat, quod homo
ad Deum ueniens, dum sacerdotem quærit in sacrilegum
fraude erroris incurrit. Cæterum probare est hæreticorum
& schismaticorum baptisma, consentire in id quod illi ba-
ptizauerint. Neq; enim potest pars illic inanis esse, & pars
prævalere. Si baptizare potuit, & spiritũ sanctum dare po-
terit. Si autem spiritum sanctum dare non potest, quia foris
constitutus cum sancto spiritu non est, nec baptizare uenien
tem potest, quando & baptisma unum sit, & spiritus san-
ctus unus, & una ecclesia à Christo Domino nostro super
petram origine unitatis & ratione fundata. Ita fit, ut cum
omnia apud illos inania & falsa sint, nihil eorum, quæ illi
gesserint, probari à nobis debeat. Quid enim potest ratum
& firmum esse apud Deum, quod illi faciũt? quos Dominus
hostes & aduersarios suos dicit, in Euangelio suo ponens:
Qui non est mecum, aduersum me est: & qui non mecum Luc.11.
colligit, spargit. Et beatus quoq; apostolus Ioannes manda-
ta Domini & præcepta custodiens in epistola sua posuerit:
Audistis quia Antichristus uenit, nunc autẽ multi antichri-
sti facti sunt, unde cognoscimus quia nouissima hora est. Ex
nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex
nobis, nobiscum mansissent. Vnde nos quoq; colligere &
considerare debemus, an qui aduersarij sunt Domini, &
appellati sunt antichristi, possint dare gratiam Christi.

Quare qui cum Domino sumus & unitatem Domini tenemus, & secundum eius dignationem sacerdotium eius in ecclesia administramus, quæcunq; aduersarij eius & antichristi faciunt, repudiare & reijcere, & pro profanis habere debemus, & eis qui de errore & prauitate uenientes agnoscunt unius ecclesiæ ueram fidem, dare illis per omnia diuinæ gratiæ sacramenta, & fidei ueritatem. Opto uos fratres charissimi semper bene ualere.

FINIS LIB. I. EPIST.

LIBER II. EPISTOLARVM DIVI CYPRIANI.

Ad Stephanum epistola de concilio, quod habitum est super iis qui apud hæreticos baptizabantur, ac de presbyteris qui non debent amplius sacerdotio admitti, si semel ad sacrilega sacrificia accesserunt.

EPISTOLA I.

CYPR. ET CAETERI, STEphano fratri salutem.

AD QVAEDAM disponẽda ac communis concilij examinatione limanda, necesse habuimus frater charissime, conuenientibus in unum pluribus sacerdotibus cogere & celebrare cõcilium, in quo quidem multa prolata atque translata sunt. Sed de eo uel maximè tibi scribendum & cum tua grauitate ac sapientia conferendum fuit, quod magis pertineat ad sacerdotalem autoritatem & ad ecclesiæ catholicæ unitatem, pariter et dignitatem, de diuinæ dispositionis ordinatione ueniẽtem, eos qui sint foris extra ecclesiam tincti, & apud hæreticos & schismaticos profanæ aquæ labe maculati, quando ad nos atq; ad ecclesiam, quæ una est uenerint, baptizari oportere, eò quòd parum sit eis manum imponere ad accipiendum spiritum sanctum, nisi & ecclesiæ accipiant baptismum. Tunc enim demum plane sanctificari, & esse filij Dei possunt, si sacramento utroq; nascantur, cum scriptum sit: Nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Inuenimus etiam in Actis apostolorum hoc esse ab apostolis custoditũ, & salutaris fidei ueritate seruatum, ut cum in domo Cornelij Centurionis super Ethnicos qui ibi aderant, fidei calore feruentes, & in Dominum toto corde credentes, descendisset Spiritus sanctus, quo adimpleti uarijs linguis Deum benedicerent, nihilo minus tamen beatum apostolum Petrum diuini præcepti atq; Euãgelij memorem præcepisse, ut baptizarentur illi ijdem, qui iam fuerant sancto spiritu pleni, ut nihil prætermissum uideretur, quò minus per omnia diuini præcepti atq; Euangelij lege apostolica magisteria seruarent. Baptismum autem non esse quo hæretici utuntur, nec quicquam apud eos qui Christo aduersantur, per gratiam Christi posse proficere, diligenter nuper expressum est in epistola quæ ad Quintum collegam nostrum in Mauritania constitutum, super ea re scripta est. Item in literis quas collegæ nostri ad episcopos in Numidia præsidentes ante fecerunt, cuius utriusq; epistolæ exempla subdidi. Addimus plane & adiungimus frater charissime, consensu & autoritate communi, ut etiam si qui presbyteri aut diaconi, qui nec in ecclesia catholica prius ordinati fuerint, et postmodũ perfidi aut rebelles contra ecclesiam steterint,

Ioan. 3.

Acto. 10.

rint, uel apud hæreticos à pseudepiscopis & antichristis contra Christi dispositionem profana ordinatione promoti sint, & contra altare unum atque diuinum sacrificia foris falsa ac sacrilega offerre conati sint, eos quoq; hac conditione suscipi cum reuertuntur, ut communicent laici, & satis habeant quòd admittuntur ad pacem, qui hostes pacis extiterint, nec debere eos reuertentes ea apud nos ordinationis & honoris arma retinere, quibus contra nos rebellauerint. Oportet enim sacerdotes et ministros qui altari & sacrificijs deseruiunt, integros atque immaculatos
Leuit.21. esse, cum Dominus in Leuitico loquatur: Homo in quo fuerit macula & uitium, non accedat offerre dona Deo. Item in Exodo hæc eadem præcipiat & dicat: Sacerdotes qui accedunt ad Dominum Deum sanctificentur, ne forte derelinquat illos Dominus. Et iterum: Et cum accedunt ministrare ad altare sancti, non adducent in se delictum, ne moriantur. Quod autem maius potest esse delictum, aut quæ macula deformior, quàm aduersus Christum stetisse, quàm ecclesiam eius, quam ille sanguine suo parauit & condidit, dissipasse? quàm Euangelicæ pacis ac dilectionis oblitum, contra unanimem & concordem Dei populum hostilis discordiæ furore pugnasse? Qui etsi ipsi postmodum ad ecclesiam redeunt, restituere tamen eos & secum reuocare non possunt, qui ab eis seducti & foris morte præuenti extra ecclesiam sine communicatione & pace perierunt, quorum animæ in die iudicij de ipsorum manibus expetentur, qui perditionis autores & duces extiterunt. Et idcirco satis est talibus reuertentibus ueniam dari, non tamen debent in domo fidei perfidia promoueri. Nam quid bonis & innocentibus, atq; ab ecclesia non recedentibus reseruamus, si eos qui à nobis recesserint, & contra ecclesiam steterint,

rint, honoramus? Hæc ad conscientiam tuam frater charissime, & pro honore communi, & pro simplici dilectione pertulimus, credentes etiam tibi pro religionis tuæ & fidei ueritate placere, uæ & religiosa pariter & uera sunt. Cæterum scimus quosdam quod semel imbiberint nolle deponere, nec propositum suum facile mutare, sed saluo inter collegas pacis & concordiæ uinculo quædam propria, quæ apud se semel sint usurpata, retinere. Qua in re nec nos uim cuiquam facimus, aut legem damus, cum habeat in ecclesiæ administratione uoluntatis suæ arbitrium liberum unusquisque præpositus rationem actus sui Domino redditurus. Opto te frater charissime semper bene ualere.

Quod semel imbibimus difficulter deponi mus.

Vnusquisq; rationē sui actus redditurus.

EPISTOLA II.

Cæcilii Cypriani epistola ad Donatum, in qua qualiter sua conuersio fuerit enarrat, & sancti spiritus uires commemorans, mundiq; laqueos declarans ac damna. Hortatur ad placidam fidem & quietam.

CAECILIVS CYPR. DONATO SAL.

Epistola scholastico stylo elaborator.

BEne admones Donate Charissime: Nam & promisisse me memini, & reddendi tempestiuum prorsus hoc tempus est, quo indulgente uindemia solutus animus in quietem solennes ac statas anni fatigantis inducias sortiatur. Locus etiam cum die conuenit, & mulcendis sensibus ac fouendis ad lenes auras blandietis autumni, hortorum facies amœna consentit. Hic iucundum sermonibus diem ducere, & studentibus fabulis in diuina præcepta conscientiam pectoris erudire, ac ne eloquium nostrum arbiter profanus impediat, aut clamor intemperans familiæ strepentis obtundat, petamus hanc sedem. Dant secessum uicina secreta, ubi dum erratici palmitum lapsus nexibus pendulis per arundines

Secessus studiosis apius.

Vitea porticus. baiulas repunt, uiteam porticum frondea tecta fecerunt. Bene hic studia in aures damus, & dum in arbores & uites, quas uidemus, oblectante prospectu, oculos amœnamus, animam simul & auditus instruit, & pascit obtutus. Quamquàm tibi sola nunc gratia, sola cura sermonis est. Contemptis uoluptariæ uisionis illecebris in me oculus tuus fixus est, tam orc, quàm mente totus auditor es, & hoc amore quo diligis. Cæterum quale uel quantum est, quod in pectus tuum ueniat ex nobis? Exilis ingenij angusta mediocritas tenues admodum fruges parit, nullis ad copiam fœcundi cespitis culmiribus ingraescit. Aggrediar tamen facultate qua ualeo. Nam & materia dicendi facit mecum, In iudicij contentione pro rostris opulenta facundia uolubili ambitione iactetur: cum de Domino & de Deo uox est, uocis pura syncerita, non eloquentiæ uiribus nititur adfici dei argumenta, sed rebus. Denique accipe non diserta, sed fortia: nec ad audientiæ popularis illecebram culto sermone fucata, sed ad diuinam indulgentiam prædicandam rudi ueritate simplicia. Accipe quod sentitur antequàm discitur. Nec per moras temporum longa agnitione colligitur, sed compendio gratiæ maturantis hauritur. Ego cum in tenebris atque in nocte cæca iacerem, cumq; in salo iactantis seculi nutabundus ac dubius uestigijs oberrantibus fluctuarem, uitæ meæ nescius, ueritatis ac lucis alienus, difficile prorsus ac durum pro illis tunc moribus opinabar, quod in salutem mihi diuina indulgẽtia pollicebatur, ut quis renasci denuo posset, utq; in nouam uitam lauacro aquæ salutaris animatus, quod prius fuerat exponeret: corporis licet manente compage, hominem animo ac mente mutaret. Quin impossibilis, aiebam, tanta conuersio est, ut repente ac perniciter exuatur, quod uel genuinum, situ materiæ naturalis obdu-

Simplex de Deo sermo, non fucatus.

Renasci posse meratus Cyprianus.

ruit,

ruit, uel usurpatum diu senio uetustatis inoleuit. Alta hæc et profunda penitus radice sederunt. Quando parsimoniam discit, qui epularibus cœnis, & largis dapibus assuescit? Et qui pretiosa ueste conspicuus in auro atque in purpura fuit, ad plebeium se ac simplicem cultum quando deponit? Fascibus ille oblectatus & honoribus, esse priuatus & inglorius non potest. Hic stipatus clientum cuneis, & frequẽtiore comitatu officiosi agminis honestatus pœnam putat esse cũ solus est. Tenacibus semper illecebris necesse est (ut solebat) uinolentia inuitet, inflet superbia, iracundia inflammet, rapacitas inquietet, crudelitas stimulet, ambitio delectet, libido præcipitet. Hæc egomet sæpe mecum. Nam ut ipse quàm plurimis uitæ prioris horroribus implicatus tenebar, quibus exui me posse non crederem, sic uitijs adhærentibus obsecundans eram, desperatione meliorum malis meis uelut iam proprijs ac uernaculis affabam. Sed postquàm undæ genitalis auxilio, superioris æui labe detersa, in expiatum pectus ac purum desuper se lumen infudit, postquàm cœlitus spiritu hausto in nouum me hominem natiuitas secunda reparauit, mirum in modum protinus confirmare se dubia, patere clausa, lucere tenebrosa, facultatem dare, quod prius difficile uidebatur: geri posse, quod impossibile putabatur: ut esset agnoscere terrenum fuisse, quod prius carnaliter natum delictis obnoxium uixisset, Dei esse cœpisse, quod iam spiritus sanctus animaret. Scis ipse profectò & mecum pariter recognoscis, quid detraxerit nobis, quid uetuerit mors ista criminum, uita uirtutum. Scis ipse, nec prædico in proprias laudes. Otiosa iactatio est, quamuis non iactatum possit esse, sed gratum, quicquid non uirtuti hominis adscribitur, sed Dei muneri prædicatur, ut iam non peccare, esse cœperit fidei, quod antè peccatum est, fuerit

Naturæ uis & consuetudinis.

Renatus Cyprianus nubem exuit.

erroris

Dei est quod possumus.

erroris humani. Dei est, inquam, Dei est omne quod possumus: inde uiuimus, inde pollemus, inde sumpto & concepto uigore, hic adhuc positi futurorum indicia prænoscimus. Sit tantum timor in nobis innocentiæ custos, ut quod in mente nostra indulgentiæ cœlestis allapsu clementer Dominus influxit, in animi oblectantis hospitio iusta operatione teneatur, nec accepta securitas indiligentiam pariat, & uetus denuo hostis obrepat. Cæterum si tu innocentiæ, si iustitiæ uiam teneas illapsa firmitate uestigij tui: si autem in Deum uiribus totis ac toto corde suspensus, hoc sis tantum quod esse cœpisti, tantum tibi ad licentiam datur, quantum gratiæ spiritualis augetur. Non enim (qui beneficiorum terrestrium mos est) in capessendo munere cœlesti mensura ulla uel modus est, profluens largiter spiritus nullis finibus premitur, nec coërcentibus claustris intra certa metarum spatia refrænatur. Manat iugiter, exuberat affluenter, nostrum tantum sitiat pectus & pateat. Quantis illuc fidei capacis afferimus, tantum inde gratiæ inundantis haurimus. Inde iam facultas datur castitate sobria, mente integra, uirtute syncera, uoce pura, in medulla adolescentium posse uenenorum uirus extinguere, animorum desipientium labes reddita sanitate purgare, infestis iubere pacem, uiolentis quietem, ferocientibus lenitatem, immundos & erraticos spiritus qui se expugnandis hominibus immerserint, ad confessionem minis increpantibus cogere ut recedant, duris uerberibus urgere, conflictantes, eiulantes, gementes, incrementoto pœnæ propagantis extendere, flagris cædere, igne torrere: res illic geritur, nec uidetur: occulta plaga, sed pœna manifesta. Ita quod esse iam cœpimus, acceptus spiritus licentia sua potitur, sed quòd necdum corpus ac membra mutauimus, adhuc carnalis aspectus seculi nube cæcatur. Quan-

Cœlestis numeris nulla mensura.

tus

tus hic animi potentatus est, quanta uis est, non tantum ipsum esse subtractum perniciosis contractibus mundi, ut quis expiatus et purus nulla incursantis inimici labe capiatur, sed adhuc maiorem & fortiorem uiribus fieri, ut in omnem aduersarij grassantis exercitum, imperioso iure dominetur? Atque ut illustrius ueritate patefacta diuini muneris indicia clarescant, lucem tibi ad cognitionem dabo, & malorum blandientium caligine absterſa, operti seculi tenebras reuelabo, paulisper te crede subduci in montis ardui uerticem celsiorem. Speculare inde rerum infra te iacentium facies, & oculis in diuersa porrectis, ipse à terrenis contactibus liber fluctuantis mundi turbines intuere. Iam seculi & ipse misereberis, tuiq; admonitus & plus in Deum gratus maiore lætitia, quod euaseris, gratulaberis. Cerne tu itinera latronibus clausa, maria obsessa prædonibus, cruento horrore castrorũ bella ubiq; diuisa. Madet orbis mutuo sanguine, et homicidiũ cum admittunt singuli, crimen est: uirtus uocatur cum publicè geritur. Impunitatem sceleribus acquirit non innocẽtiæ ratio, sed sæuitiæ magnitudo. Iam si ad urbes ipsas oculos tuos atq; ora conuertas, celebritatem offendas omni solitudine tristiorem. Paratur gladiatorius ludus, ut libidinem crudelium luminum sanguis oblectet. Impletur in succum cibis fortioribus corpus* & aruina assidui ni doris membrorum moles robusta pinguescit, ut saginatus in pœnam charius pereat. Homo occiditur in hominis uoluptatẽ: et ut quis possit occidere peritia est, usus est, ars est. Sceolus non tantũ geritur, sed docetur. Quid potest inhumanius, quid acerbius dici? disciplina est, ut perimere quis possit: & gloria est, quòd peremit. Quid illud oro te, quale est, ubi se feris obijciũt, quos nemo damnauit? Aetate integra, honesta satis forma, ueste pretiosa uiuentes in ultroneum funus ornantur,

Animi expiati potentia.

Bellum, multorum homicidium.

al', & aruinæ toris membrorum moles robusta.

tur, malis suis miseri gloriantur: pugnant ad bestias, non cr
mine, sed furore. Spectāt filios suos patres. Frater in cauea
& soror præsto est, & spectaculi licet pretium largior m
neris apparatus amplificet, ut mœroribus suis mater inter
sit. Hoc proh dolor mater & redimit in tam impijs spectā
culis, tumq; diris sceleribus esse se non putant oculis parri
cidas. Conuerte hinc uultus ad diuersi spectaculi non minu
pœnitenda contagia, in theatris quoque conspicies, quod ti
bi & dolori sit & pudori. Cothurnus est tragicus prisc
facinora carmine recensere, de parricidis & incestis
horror antiquus, expressa ad imaginem ueritatis actione
replicatur, ne seculis transeuntibus exoleſcat quod aliquan
do commissum est. Admonetur omnis ætas auditu fieri
posse, quod aliquando factum est. Nunquàm æui senio dele
cta moriuntur, nunquàm crimen temporibus obruitur, me
quàm scelus obliuione sepelitur. Exempla fiunt, quæ iam
esse facinora desiterunt. Tunc delectat in mimis turpitudi
num magisterio uel quid domi gesserit, recognoscere, uel
quid gerere posit, audire. Adulterium discitur dū uidetur
& lenocinante ad uitia publicæ autoritatis malo, qua
pudica fortasse ad spectaculum matrona processerat, de spec
taculo reuertitur impudica. Adhuc deinde morum quanti
labes, quæ probrorum fomenta, quæ alimenta uitiorum, hi
strionicis gestibus inquinari! uidere contra fœdus iusq; na
scendi patientiā incestæ turpitudinis elaboratam! Euirantur
mares, omnis honor & uigor sexus eneruati corporis de
decore emollitur, plusq; illic placet quisquis uirum in fœm
nam magis fregerit. In laudem creſcit ex crimine, & cò pe
ritior quò turpior iudicatur. Spectatur hic proh nefas, &
libenter. Quid non potest suadere qui talis est? Mouet sen
sus, mulcet affectus, expugnat boni pectoris conscientiam

Cothurni tragici mala.

Epiphonema.

Histrionicis gestibus inquinātur omnia.

fortiorem,

fortiorem, nec deest probri blandientis autoritas, ut auditu
molliore pernicies hominibus obrepat. Exprimunt impudi
cam Venerem, adulterum Martem, Iouem illum suum, non
magis regno quàm uitijs principem, in terrenos amores cū
ipsis suis fulminibus ardentem: nunc in plumas oloris * fla- al. albescere,
uescere, nunc aureo imbre defluere, nunc in puerorum pu
bescentium raptus ministris auibus prosilire. Quære iam
nunc an possit esse, qui spectat, integer uel pudicus, cum de
os suos quos uenerantur, imitantur. Fiunt miseris & delicta
religiosa. O si & possis in illa sublimi specula constitutus
oculos tuos inserere secretis, recludere cubiculorum obdu
ctas fores, & ad conscientiam luminum penetralia occulta
reserare, aspicias ab impudicis geri, quod nec aspicere possit
frons pudica. Videas quod crimen sit et uidere: uideas quod
uitiorum furore gementes gessisse se negant, & gerere festi
nant: libidinibus insanis in uiros uiri proruunt. Fiunt quæ
nec ipsis, nec illis possunt placere, qui faciunt. Mentior nisi
alios qui talis est, increpat, turpis turpes infamat, & quasi se
se conscium credit, quasi conscientia satis non sit. Iidem in
publico accusatores, in occulto rei, in semetipsos censores
pariter & nocentes. Damnant foris, quod intus operantur.
Admittunt libenter, quod cum admiserint, criminantur. Au
dacia prorsus conuicijs * faciens, & impudentia congruens al. faucens,
impudicis. Nolo mireris quæ loquuntur huiusmodi ore illo
polluto. Quicquid iam uoce delinquitur, minus est. Sed tibi
post insidiosas uias, post dispersos orbe toto multiplices pu
gnas, post spectacula uel cruenta, uel turpia, post libidinum
probra, uel lupanaribus prostituta, uel domesticis parietibus
obsepta, quorum quò secretior culpa, maior audacia est,
forum fortasse uideatur immune, quod ab iniurijs lacessen- *Fori mala.*
tibus liberum nullis malorum contactibus polluatur.

Illuc

Inciſæ leges negliguntur.

Illuc aciem tuam flecte. Plura illic quæ deteſteris inuenies, magis oculos tuos inde diuertes. Inciſæ ſint licet leges duo-
als. præfixa decim tabulis, et publico ære* præfixo iura præſcripta ſunt, inter leges ipſas delinquitur, inter iura peccatur: innocentia nec illic ubi defenditur, reſeruatur. Sæuit inuicem diſcordantium rabies, & inter togas pace rupta fórum litibus magis insanum, haſta illic & gladius, & carnifex præſto eſt, ungula effodiens, equuleus extendens, ignis exurens, ad hominis corpus unum ſupplicia plura quam membra ſunt. Quis in-

Patronus prævaricator.

ter hæc uero ſubueniat? Patronus? ſed præuaricatur & de-

Iudex uenalis.

cipit. Iudex? ſed ſententiam uendit. Qui ſedet crimina uindicaturus, admittit, & ut reus innocens pereat, fit nocens iudex. Flagrant ubiq; delicta et paſſim multiformi genere peccandi per improbas mentes nocens uirus operatur. Hic teſtamentum ſubijcit: ille falſum capitali fraude conſcribit: hic arcentur hæreditatibus liberi: illic bonis donantur alieni. Inimicus inſimulat, calumniator impugnat, teſtis infamat, utrobique graſſatur in mendacium criminum proſtitutæ uocis uenalis audacia, cum interim nocentes, nec cum innocentibus pereunt. Nullus de legibus metus eſt: de quæſitore, de

Legibus nullus honor.

iudice pauor nullus. Quod poteſt redimi, non timetur: eſſe iam inter nocentes innoxium, crimen eſt: malos quiſquis non imitatur, offendit. Conſenſere iura peccatis, & cœpit eſſe licitum quod publicum eſt. Quis illic rerum pudor? quæ eſſe poſſit integritas? ubi qui damnent improbos deſunt? Soli ibi qui damnentur occurrunt. Sed ne nos uideamur eligere fortaſſe peiora, & ſtudio deſtruendi per ea oculos tuos ducere, quorum triſtis atque auerſandus aſpectus ora & uultus conſcientiæ melioris offendat, iam tibi illa

Ignorantiæ bona opinata.

quæ ignorantia ſecularis bona opinatur, oſtendam. Illic etiã

fugienda

fugienda conſpicies. Quos honores putas eſſe? quos faſces? quam affluentiam in diuitijs? quam potentiam in caſtris? in magiſtratu purpuræ ſpeciẽ? in principatu licentiæ poteſtatem? Malorum blandientium uirus occultum eſt, & arridentis nequitiæ facies quidẽ læta, ſed calamitatis abſtruſæ illecebroſa fallacia, inſtar quoddam ueneni, ubi in letales ſuccos dulcedine aſperſa calliditate fallendi ſapore medicato pocu-
lum uidetur eſſe quod ſumitur: ubi epota res eſt, pernicies hauſta graſſatur. Quippe illum uides, qui amictu clariore conſpicuus fulgere ſibi uidetur in purpura. Quibus hoc ſordibus emit, ut fulgeat? quos arrogantium faſtus prius pertulit? quas ſuperbas fores matutinas ſalutator obſedit? quot tumentium contumelioſa ueſtigia ſtipatus clientium cuneis antè præceſſit, ut ipſum etiam ſalutantum comes poſtmodum pompa præcederet, obnoxia non homini, ſed poteſtati? Neq; enim moribus coli meruit ille, ſed faſcibus.

Anceps temporũ palpator.

Horum deniq; uideas exitus turpes: cum anceps temporum palpator abſceſſerit, cum priuati latus nudũ deſertor aſſecla fœdauerit, tunc lacerate domus plagæ conſcientiam ſeriunt, tunc rei familiaris exhauſta damna cognoſcuntur, quibus redemptus fauor uulgi, & caducis atq; inanibus uotis popularis aura quæſita eſt. Stulta prorſus & uana iactura frustrantis ſpectaculi uoluptatem, id parare uoluiſſe, quod nec populus acciperet, & perderet magiſtratus. Sed & quos diuites opinaris continuantes ſaltibus ſaltus, & de confinio pauperibus excluſis infinita ac ſine termino rura latius porrigentes, quibus argenti & auri maximum pondus et pecuniarum ingentium uel extructi aggeres, uel defoſſæ ſtrues, hos etiam inter diuitias ſuas trepidos cogitationis incertæ ſolicitudo diſcruciat, ne prædo uaſtet, ne percuſſor infeſtet, ne inimica cuiuſque locupletioris inui-

Aura populãris.

Diuites diſcruciat ſolicitudo.

dia calumnioſis litibus inquietet. Non cibus ſecurus ſom-
nus ue contingit. Suſpirat ille in conuiuio, bibat licet gem-
ma, & cum epulis marcidum corpus torus mollior di-
ſinu condiderit, uigilat in pluma. Nec intelligit miſer ſpe-
cioſa eſſe ſibi ſupplicia: auro ſe alligatum teneri, & poſ-
deri magis, quàm poſſidere diuitias. Atq; ô deteſtabilis ce-
citas mentium, & cupiditatis inſanæ profunda caligo, cu-
exonerare ſe poſſit & releuare ponderibus, pergit ma-
fortunis augentibus incubare, pergit pœnalibus cumu-
pertinaciter adhærere. Nulla in clientes inde largitio
cum indigentibus fit nulla partitio, & pecuniam ſuam
cunt, quam uelut alienã domi clauſam ſolicito labore cuſto-
diunt. Ex qua non amicis, non liberis quicquam, non fo-
denique ipſis impartiunt. Poſſident ad hoc tantum, ne poſ-
dere alteri liceat. Et ô nominum quanta diuerſitas: bona
pellant, ex quibus nullus illis, niſi ad res malas, uſus eſt. A-
putas uel illos tutos ſaltem inter* bonorum inſulas & op-
largas ſtabili firmitate ſecuros, quos regalis aulæ ſplendor
fulgentes armorum excubantium tutela circunſtat? Maio-
illis, quàm cæteris metus eſt: tam ille timere cogitur, quã
timetur. Exigit pœnas pariter de potentiore ſublimitas
Sit licet ſatellitum manu ſeptus, & clauſum ac protectum
latus numeroſo ſtipatore tueatur, quàm ſecuros non ſim
eſſe ſubiectos, tam neceſſe eſt ut non ſit & ipſe ſecurus
Ante ipſos terret poteſtas ſua, quos facit eſſe terribiles
Arridet, ut ſæuiat: blanditur, ut fallat: illicit, ut occidat: ex
tollit, ut deprimat. Fœnore quodam nocendi quàm fueri
amplior ſumma dignitas & honorum, tam maior exigi-
tur & uſura pœnarum. Vna igitur placida & fida tran-
quillitas. Vna ſolida, & firma, & perpetua ſecuritas, ſi quis
ab his inquietantis ſeculi turbinibus extractus, ſalutaris por-
tus ſtatione fundatus, ad cœlum oculos tollit à terris, & ad
Domini munus admiſſus, ac deo ſuo mente iam proximus,
quicquid apud cæteros in rebus humanis ſublime ac ma-
gnum uidetur, intra ſuam conſcientiam iacere gloriatur.
Nihil appetere iam, nihil deſiderare de ſeculo poteſt, qui ſe-
culo maior eſt. Quàm ſtabilis, quàm inconcuſſa tutela eſt,
quàm perennibus bonis cœleſte præſidiũ implicantis mun-
di laqueis ſolui, in lucem immortalitatis æternæ de terrena
fæce purgari, uiderit quæ in nos prius infeſtantis inimici
pernicies inſidioſa graſſata ſit, plus amare compellimur,
quod futuri ſumus, dum & ſcire conceditur, & damnare
quod eramus. Nec ad hoc pretijs, aut ambitu, aut manu
opus eſt, ut hominis ſumma uel dignitas uel poteſtas elabo-
rata mole pariatur, ſed gratuitum de Deo munus, religioſa
mente concipitur, & facile eſt: & ut ſponte ſol radiat, dies
illuminat, fons rigat, imber irrorat, ita ſe ſpiritus cœleſtis
infundit, poſtquàm autorem ſuum cœlum intuens diuina
cognouit, ſole altior eſt, ac omni terrena poteſtate ſubli-
mior, id eſſe incipit quod eſſe ſe credit. Tu tantum quem iam
ſpiritualibus caſtris cœleſtis militia ſignauit, tene incor-
ruptam, tene ſobriam religioſis uirtutibus diſciplinam. Sit
tibi uel oratio aſſidua, uel lectio: nunc cum Deo loquere,
nunc Deus tecum: ille te præceptis ſuis inſtruat, ille diſpo-
nat: quem ille diuitem fecerit, nemo pauperem faciet. Penu-
ria eſſe nulla iam poterit, cum ſemel pectus cœleſtis ſagina
ſaturauerit. Iam tibi auro diſtincta laquearia, & pretioſi
marmoris cruſtis ueſtita domicilia ſordebunt. Cum ſcieris
te eſſe excolendum magis, te potius ornandum, domum
tibi hanc eſſe potiorem, quam Dominus inſedit templi ui-
ce, in qua ſpiritus ſanctus cœpit habitare. Pingamus hanc
domum, pinganus innocentia, luminemus luce iuſtitiæ.

Auro alligan tur diuites.
Cæcitas diuitũ.
Quærit & in-uẽtis miſer abſ-tinet & timet uti.
** al's, honorũ inſulas*
Regibus anxie tas & metus.
Timere cogitur qui timetur.
Aſſidua lectio uel oratio.
Deo proximus nihil terrenum appetit.

Non hæc unquam procumbet in lapsum senio uetustatis
nec pigmento parietis aut auro exolescente fœdabitur. C
caduca omnia fucata. duca sunt, quæcunq; fucata sunt, nec fiduciam præbe
possidentibus stabilem, quæ possessionis non habent uerita
tem. Hoc manet cultu iugiter uiuido, honore integro, spl
dore diuturno, aboleri non potest nec extingui, potest ta
als, Hæc tum in melius corpore redeunte formari.* Hoc interim
uibus Donate charissime, nam etsi facilem de bonitate p
tientiam, mentem in Deum solidam, fidem tutam salutar
auditus oblectat, nihilq; tam tuis auribus gratum est, qua
quod in Deo gratum est: moderari tamen dicenda debem
simul iuncti, & sæpius locuturi. Et quoniam feriata nu
quies ac tempus est otiosum, quicquid inclinante iam s
in uesperam diei superest, ducamus hunc diem læti, nec
uel hora conuiuij gratiæ cœlestis immunis. Sonet Psalm
conuiuium sobrium, ut tibi tenax memoria est, uox can
ra, aggredere hoc munus ex more. Magis charissimos p
sces, si sit nobis spiritualis auditio, prolectet aureis re
giosa mulcedo.

EPISTOLA III.

Epistola beati Cypriani ad Cæcilium de sacramento domini
ci calicis, docens per multas patrum ueteris testamenti simili
dines & prophetarum testimonia hoc antè fuisse significatu
Nec calicem cum aqua sine uino rectè offerri, nec uinum ab
aqua iuxta Christi traditionem consecrari posse.

CYPR. CAECILIO FRATRI SAL.

QVanquàm sciam frater charissime, episcopos plu
mos ecclesijs dominicis in toto mundo diuina digna
tione præpositos, Euangelicæ ueritatis, ac dominicæ tra
ditionis tenere rationem, nec ab eo quod Christus magi
ster & præcepit & gessit, humana & nouella institui
ne decedere: tamen quoniam quidam uel ignoranter, uel sim
plici

pliciter in calice dominico sanctificando, & plebi ministran
do non hoc faciunt, quod IESVS Christus Dominus &
Deus noster sacrificij huius autor & doctor fecit & do-
cuit: religiosum pariter ac necessarium duxi de hoc ad te
literas facere, ut si quis in isto errore adhuc tenebatur, ue-
ritatis luce perspecta ad radicem atq; originem traditionis
dominicæ reuertatur. Nec hoc putes frater charissime no-
stra & humana mente conscribere, aut ultronea uoluntate
hoc nobis audaciter assumere, cum mediocritatem nostram
semper humili & uerecunda moderatione teneamus: sed
quando aliquid Deo inspirante & mandante præcipitur,
necesse est Domino seruus fidelis obtemperet, excusatus
apud omnes quòd nihil sibi arroganter assumat, qui offen-
sam Domini timere compellitur, nisi faciat quod iubetur.
Admonitos autem nos scias, ut in calice offerendo dominica
traditio seruetur, neq; aliud fiat à nobis, quàm quòd pro no
bis Dominus prior fecit. Vt calix qui in commemorationem
eius offertur, mistus uino offeratur. Nam cum dicat Chri-
stus, ego sum uitis uera, sanguis Christi non aqua est utiq;,
sed uinum. Nec potest uideri sanguis eius quo redempti &
uiuificati sumus, esse in calice, quando uinum desit calici,
quo Christi sanguis ostenditur, qui scripturarum omnium
sacramento ac testimonio prædicatur. Inuenimus enim &
in Genesi sacramentum circa Noë hoc idem præcucurrisse, Gen. 9.
& figuram Dominicæ passionis illic extitisse, quòd uinum Figura domini
bibit, quòd inebriatus est, quòd in domo sua nudatus est, cæ passionis.
quòd fuit recumbens nudis & patentibus femoribus, quòd
nuditas illa patris à medio filio denotata est, & foras nun-
tiata, à duobus uerò maiore & minore contecta. Et cæ-
tera quæ necesse non est excequi, cum satis sit hoc solum com
plecti, quòd Noë typum futuræ ueritatis ostendens, non

aquam, sed uinum biberit, & sic imaginem dominicæ pas-
Melchisedech typus dominici sacramenti. sionis expresserit. Item in sacerdote Melchisedech sacrifi-
cium dominici sacramentum præfiguratum uidemus secundum
Gen.14. quod scriptura diuina testatur & dicit, Et Melchisedech
rex Salem protulit panem & uinum. Fuit autem sacerdos
Dei summi, & benedixit Abraham. Quòd autem Melchi-
sedech typum Christi portaret, declarat spiritus sanctus in
psalmis ex persona patris ad filium dicens: Ante luciferum
genui te. Iurauit Dominus & non pœnitebit eum, tu es
Psal.109. sacerdos in æternum secundum ordinẽ Melchisedech. Qui
ordo utiq; hic est de sacrificio illo ueniens & inde descen-
dens quòd Melchisedech sacerdos Dei summi fuit, quod
panem & uinum obtulit, quòd Abraham benedixit. Nam
qui magis sacerdos Dei summi, quàm Dominus noster Je-
sus Christus, qui sacrificium Deo patri obtulit? Et obtulit
hoc idem quod Melchisedech obtulerat, id est, panem &
uinum, suum scilicet corpus & sanguinem. Et circa Abra-
ham benedictio illa præcedens, ad nostrum populum per-
tinebat. Nam si Abraham Deo credidit, & deputatum est
ei ad iustitiam: utique quisquis Deo credit & fide uera
iustus inuenitur, & iampridem in Abraham fideli benedi-
Galat.3. ctus & iustificatus ostenditur, sicut beatus Paulus apos-
tolus probat dicens: Credidit Abraham Deo, & deputatum
est ei ad iustitiam. Cognoscitis ergo quia qui ex fide sunt,
Gene.26. sunt filij Abrahæ. Præuidens autem scriptura, quia ex fide
iustificat Deus gentes, pronuntiauit Abrahæ, quia benedi-
centur in illo omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt, bene-
Matth.3. dicentur cum fideli Abraham: unde in Euãgelio inuenimus
Luc.19. de lapidibus excitari, id est, de gentibus colligi filios Abra-
hæ. Et cum Zachæum laudaret Dominus, respondit &
dixit: Salus hodie domui huic facta est: quia & hic filius

est Abrahæ. Vt ergo in Genesi per Melchisedech sacerdo-
tem benedictio circa Abraham posit rite celebrari, præce-
dit antè imago sacrificij in pane & uino scilicet constituta.
Quam rem perficiens & adimplens Dominus panem &
calicem mistum uino obtulit, & qui est plenitudo ueritatem
præfiguratæ imaginis adimpleuit. Sed & per Salomonem
spiritus sanctus typum dominici sacrificij præmonstrat im-
molatæ hostiæ panis & uini, sed & altaris & apostolo-
rum faciens mentionem: Sapientia, inquit, ædificauit sibi Prouerb.9.
domum, & subdidit columnas septem. Mactauit suas ho-
stias, miscuit in cratere uinum suum, & parauit mensam
suam. Et misit seruos conuocans cum excelsa prædicatione
ad craterem, dicens: Qui est insipiens, declinet ad me: &
indigentibus sensu dixit: Venite & edite de meis panibus,
& bibite uinum quod miscui uobis. Vinum mistum de-
clarat, id est, calicem Domini aqua & uino mistum pro-
phetica uoce denunciat, ut appareat in passione dominica
id esse gestum, quod fuerat prædictum. In benedictione
quoq; Iudæ hoc idem significatur, ubi & illic Christi figu-
ra exprimitur, quòd à fratribus suis laudari & adorari
haberet, quòd inimicorum dorsa cedẽtium atq; fugientium
manibus, quibus crucem pertulit & mortem uicit, com-
pressurus fuisset, quodq; ipse sit leo de tribu Iuda, & re-
cubet dormiens in passione, & surgat, & sit ipse spes gen-
tium, quibus scriptura diuina adiungit & dicit: Lauabit
in uino stolam suam, & in sanguine uuæ amictum suum. Gene.49.
Quando autem sanguis uuæ dicitur, quid aliud quàm ui-
num calicis dominici sanguinis ostenditur? Necnõ & apud
Esaiam hoc idem & spiritus sanctus de Domini passione
testatur dicens: Quare rubicunda sunt uestimenta tua, & Esaiæ 63.
indumenta tua uelut à calcatione torcularis pleni & per-

calcati? Nunquid rubicunda uestimenta aqua potest facere aut in torculari aqua est, quæ pedibus calcatur uel præ exprimitur? Vini utiq; mentio est, & ideo ponitur ut Do mini sanguis uino intelligatur. Et quod in calice dominico postea manifestatum est, prophetis annũtiantibus prædica tur. Torcularis quoq; calcatio & pressura taxatur, quia quomodo ad potandum uinum ueniri non potest, nisi botrus calcetur ante & prematur: sic nec nos sanguinem Christi possemus bibere, nisi Christus calcatus prius fuisset & pressus, & calicem prior biberet, quem credentibus propi naret. Quotiescunq; autem aqua sola in scripturis sanctis no minatur, baptisma prædicatur, ut apud Esaiam significari Esa.43. uidemus: Nolite, inquit, priorum meminisse, & antiqua no lite reputare. Ecce ego facio noua, quæ nunc oriẽtur, & co *Figura sacramẽti baptismalis.* gnoscetis, & faciam in deserto uiam, & flumina in loco ina quoso adaquare genus meum electũ, plebem meã quam ac quisiui, ut uirtutes meas annuntiet. Prænuntiauit illic pr prophetam Deus, quòd apud gentes in locis, quæ in aquos prius fuissent, flumina postmodum redundarẽt, & electum genus Dei, id est, per regenerationẽ baptismi filios Dei fi ctos adaquarẽt. Item denuo præcanitur, & antè prædicitur, Iudæos si sitierint, & Dominum Christũ quæsierint, apud Esa.48. nos esse potaturos, id est, baptismi gratiam consecuturos. Si sitierint, inquit, per deserta adducet illis aquam, de pe tra producet illis. Findetur petra, & fluet aqua, & bibet plebs mea. Quod in Euangelio adimpletur, quando Chri stus qui est petra, finditur ictu lanceæ in passione. Qui & admonens quid per prophetam sit antè prædictum, clamat Ioan.6. & dicit: Si quis sitit, ueniat & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Atq; ut magis posit esse manifestum, quia non de calice, sed

sed de baptismo illic loquitur Dominus, addidit scriptura, di cens: Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant, qui in eum credebãt. Per baptisma enim spiritus sanctus accipi tur, & sic à baptizatis, & spiritum sanctum consecutis ad bibendum Domini calicem peruenitur. Neminem autem moueat, quòd cum de baptismo loquatur scriptura diuina, sitire nos dicit & bibere, quando & Dominus in Euange lio dicat: Beati esurientes & sitientes iustitiam, quia quod Luc.6. auida & sitienti cupiditate suspicitur, plenius & uberius hauritur. Sicut & alio loco ad Samaritanam mulierem Do minus Christus loquitur, docens: Omnis qui biberit ex aqua Ioan.4. ista, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dede ro, non sitiet in æternum. Quo & ipso baptisma salutaris aquæ significatur, quod semel scilicet sumitur, nec rursus ite ratur. Cæterum in ecclesia calix Domini semper & sititur & bibitur. Nec argumentis plurimis opus est frater cha rissime, ut probemus appellatione aquæ baptisma significa tum semper esse, & sic nos intelligere debere, cum Domi nus aduenies baptismi & calicis manifestauerit ueritatem, qui aquam illam fidelem, aquam uitæ æternæ præceperit in baptismo dari, calicem uerò docuerit exemplo magisterij sui uini & aquæ coniunctione misceri. Calicem etenim sub die passionis accipiens, benedixit, & dedit discipulis suis, di cens: Bibite ex hoc omnes, hoc est enim sanguis noui testa- Matth.26. menti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorũ. Dico uobis, non bibã amodo ex ista creatura uitis usq; in di em illum, quo uobiscum bibam nouum uinũ in regno patris mei. Qua in parte inuenimus calicem mistum fuisse quem Dominus obtulit, et uinũ fuisse, quod sanguinem suum dixit. Vnde apparet sanguinẽ Christi non offerri, si desit uinũ ca lici: nec sacrificium dominicum legitima sanctificatione ce

lebrari, nisi oblatio & sacrificium nostrum responderit pa-
sioni. Quomodo autem de creatura uitis nouum uinum cum
Christo in regno patris bibemus, si in sacrificio Dei patris &
Christi uinum non offerimus, nec calicem Domini Domino
ca traditione miscemus? Beatus quoque apostolus Paulus
Domino electus & missus, & prædicator Euangelicæ ue-
ritatis constitutus, hæc eadem in epistola sua ponit, dicens:
1. Corint. 11. Dominus IESVS in qua nocte tradebatur, accepit panem
et gratias egit, et fregit, et dixit: Hoc est corpus meum quod
pro uobis tradetur, hoc facite & uos in meam commemo-
rationem. Simili modo & calicem postquàm cœnatum est
accepit, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo san-
guine. Hoc facite quotiescunq; biberitis in meam commemo-
rationem: Quotiescunq; enim ederitis panẽ istum, & calicẽ
biberitis, mortem Domini annuntiabitis quoadusq; ueniat.
Quod si & à Domino præcipitur, et ab Apostolo eius hoc
idẽcõfirmatur et traditur, ut quotiescũq; biberimus, in cõ-
morationem Domini hoc faciamus, quod fecit & Dominus,
inuenimur non obseruari à nobis quod mandatũ est, nisi ea-
dem quæ Dominus fecit, nos quoq; faciamus, & calicem pa-
ri ratione miscentes à diuino magisterio non recedamus. Ab
Euangelicis autem præceptis omnino recedendum non est,
et eadem quæ magister docuit et fecit, discipulos quoq; ob-
seruare & facere debere constantius & fortius, alio in loco
Galat. 1. beatus Apostolus docet, dicens: Miror quòd sic tam citò de-
mutamini ab eo qui uos uocauit in gratiam, ad aliud Euan-
gelium, quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui uos turbãt, et
uolunt conuertere Euangelium Christi. Sed licet nos, aut
Angelus de cœlo aliter annuntiet, præter quam quod annũ-
tiauimus uobis, anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc
iterum dico: Si quis uobis annuntiauerit præter quàm quod
accepi-

accepistis, anathema sit. Cum ergo neque ipse Apostolus,
neq; Angelus de cœlo annũtiare posset aliter aut docere, præ
ter quàm quod semel Christus docuit, & Apostoli eius
annuntiauerunt, miror satis unde hoc usurpatum sit, ut con-
tra Euangelicam & Apostolicam disciplinam quibusdam
in locis aqua offeratur in dominico calice, quæ sola Christi
sanguinem non possit exprimere. Cuius rei sacramentum
nec in psalmis tacet spiritus sanctus, faciens mentionem do-
minici calicis, & dicens: Calix tuus inebrians perquàm o- Psal. 22.
ptimus. Calix autẽ qui inebriat, utique uino mistus est. Ne-
que enim aqua inebriare quenquam potest. Sic autem calix
dominicus inebriat, ut & Noë in Genesi uinum bibens in-
ebriatus est. Sed quia ebrietas dominici calicis & sanguinis
non est talis, qualis est ebrietas uini secularis, cum diceret
spiritus sanctus in psalmo: Calix tuus inebrians, addidit
perquàm optimus, quòd scilicet calix dominicus sic biben-
tes inebriat, ut sobrios faciat, ut mentes ad spiritualem sa-
pientiam redigat, ut à sopore isto seculari ad intellectum
Dei unusquisque resipiscat, & quemadmodum uino isto
communi mens soluitur, & anima relaxatur, & tristitia
omnis exponitur: ita & potato sanguine Domini & poculo
salutari, exponatur memoria ueteris hominis, et fiat obliuio
conuersationis pristinæ secularis, et mœstũ pectus, ac triste,
quod prius peccatis angentibus premebatur, diuinæ indul-
gentiæ lætitia resoluatur. Quod tunc demum potest lætifi-
care in ecclesia Domini bibentem, si quod bibitur domini-
cam teneat ueritatem. Quàm uerò peruersum est, quamq; Ioan. 2.
contrarium, ut cum Dominus in nuptijs de aqua uinum
fecerit, nos de uino aquam faciamus, cum sacramentum
quoque rei illius admonere & instruere nos debeat, ut
in sacrificijs dominicis uinum potius offeramus. Nam
quia

quia apud Iudæos defecerat gratia ſpiritualis, defecit & uinum. Vinea enim Domini ſabaoth domus erat Iſraël, Chriſtus autem docens & oſtendens gentium populum ſuccedere, & in locum quem Iudæi perdiderant, nos poſtmodum merito fidei peruenire, de aqua uinum fecit, id eſt, quod ad nuptias Chriſti & eccleſiæ Iudæis ceſſantibus plebs magis gentium conflueret & conueniret, oſtendit. Aquas namque populos ſignificare in Apocalypſi ſcriptura diuina de-
Apoc. 17. clarat, dicens: Aquæ quas uidiſti, ſuper quas ſedet meretrix illa, populi, & turbæ, & gentes ethnicorum ſunt & linguæ. Quod ſcilicet perſpicimus & in ſacramento dominici calicis cõtineri. Nam quia nos omnes portabat Chriſtus, qui & peccata noſtra portabat, uidemus in aqua populum intelligi, in uino oſtendi ſanguinem Chriſti. Quando autem in calice uino aqua miſcetur, Chriſto populus adunatur, & credentium plebs ei, in quem credidit, copulatur & iungitur. Quæ copulatio & coniunctio aquæ & uini ſic miſcetur in calice Domini, ut commiſtio illa non poſſit ab inuicem ſeparari. Vnde eccleſiam, id eſt, plebem in eccleſia conſtitutam fideliter & firmiter in eo, quod credidit, perſeuerantem, nulla res ſeparare poterit à Chriſto
als, indiuidua quòd minus hæreat ſemper & maneat in diuina dilectione. Sic autem in ſanctificando calice Domini offerri aqua ſola non poteſt, quomodo nec uinum ſolum poteſt. Nam ſi uinum tantùm quis offerat, ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis. Si uerò aqua ſit ſola, plebs incipit eſſe ſine Chriſto. Quãdo autem utrunque miſcetur, et adunatione confuſa ſibi inuicem copulatur, tunc ſacramentum ſpirituale et cœleſte perficitur. Sic uerò calix Domini non eſt aqua ſola, aut uinum ſolum niſi utrunque ſibi miſceatur, quomodo nec corpus Domini poteſt eſſe farina ſola, aut aqua ſola, niſi utrunq; adunatum

adunatum fuerit & copulatum, & panis unius compage ſolidatum. Quo & ipſo ſacramento populus noſter oſtenditur adunatus, ut quemadmodum grana multa in unum collecta, & commolita, & commiſta, panem unum faciunt: ſic in Chriſto qui eſt panis cœleſtis, unum ſciamus eſſe corpus, cui coniunctus ſit noſter numerus & adunatus. Non eſt ergo frater chariſſime quòd aliquis exiſtimet ſequendam eſſe quorundam conſuetudinem, ſi qui in præteritum in calice dominico aquam ſolam offerendam putauerunt. Quærendum eſt enim, ipſi quem ſint ſecuti. Nam ſi in ſacrificio quod Chriſtus eſt, nõ niſi Chriſtus ſequendus eſt, utique id nos obaudire & facere oportet, quod Chriſtus fecit, & quod faciendum eſſe mandauit, cum ipſe in Euangelio ſuo dicat: Si feceritis quod mando uobis, iam non dico uos ſeruos, ſed amicos. Et quòd Chriſtus debeat ſolus audiri, pater etiam de cœlo conteſtatur, dicens: Hic eſt filius dilectiſſimus in quo bene ſenſi, ipſum audite. Quare ſi ſolus Chriſtus audiendus eſt, non debemus attendere quid aliquis ante nos faciendum putauerit, ſed quid, qui ante omnes eſt, Chriſtus prior fecerit. Neque enim hominis conſuetudinem ſequi oportet, ſed Dei ueritatem, cum per Eſaiam prophetam Deus loquatur & dicat: Sine cauſa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes. Et iterum Dominus in Euangelio hoc idem repetat, dicens: Reijcitis mandatum Dei, ut traditionem ueſtram ſtatuatis. Sed & alio in loco ponit, & dicit: Qui ſoluerit unum ex mandatis iſtis minimis, & ſic docuerit homines, minimus uocabitur in regno cœlorum. Quòd ſi nec minima de mandatis dominicis licet ſoluere, quantò magis tam magna, tam grandia: tam ad ipſum dominicæ paſſionis & noſtræ redemptionis ſacramentum pertinentia fas non eſt infringere, aut in aliud, quàm

Ambroſius hoc fecit.

Ioan. 15.

Matth. 17.

Eſa. 29.

Matth. 5.

quàm quod diuinitus institutum sit, humana traditione mutare? Nam si IESVS Christus Dominus & Deus noster ipse est summus sacerdos Dei patris, & sacrificiũ Deo patri ipse primus obtulit, & hoc fieri in sui commemorationem præcepit, utique ille sacerdos uice Christi uerè fungetur, qui id quod Christus fecit, imitatur. Et sacrificium uerum & plenum tunc offert in ecclesia Deo patri, si sic incipiat offerre secundum quod ipsum Christum uideat obtulisse. Cæterum omnis religionis & ueritatis disciplina subuertitur, nisi id quod spiritualiter præcipitur, fideliter reseruetur, nisi si in sacrificijs matutinis hoc quis uereatur, ne per saporem uini redoleat sanguinem Christi. Sic ergo incipit & in passione Christi in persecutionibus fraternitas retardari dum in oblationibus discit de sanguine eius & cruore confundi. Porrò autem Dominus in euãgelio suo dicit: Qui confusus me fuerit, confundetur eum filius hominis. Et Apostolus quoque loquitur dicens: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Quomodo autem possumus propter Christum sanguinem fundere, qui sanguinem Christi erubescimus bibere? An illa sibi aliquis contemplatione blanditur, quòd & si mane aqua sola offerri uidetur, tamen cum ad cœnandum uenimus, mistum calicem offerimus? Sed cum cœnamus, ad conuiuium nostrum plebem conuocare non possumus, ut sacramenti ueritatem fraternitate omni præsente celebremus. At enim non mane, sed post cœnam mistum calicem obtulit Dominus. Nunquid ergo dominicum possumus cœnam celebrare debemus, ut sic mistum calicem frequentandis dominicis offeramus? Christum offerre oportebat circa uesperam diei, ut hora ipsa sacrificij ostenderet occasum & uesperam mundi, sicut in Exodo scriptum est: Et occident illum omne uulgus synagogæ filiorum Israël ad uesperam.

Confundi ponit pro erubescere.

Galat. 1.

An uespere, an mane sit celebrandum.

Et iterum in psalmis: Eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum. Psal. 114.

Nos autem resurrectionem Domini mane celebramus. Et quia passionis eius mentionem in sacrificijs omnibus facimus (passio est enim Domini, sacrificium quod offerrimus) nihil aliud quàm quod ille fecit, facere debemus. Scriptura enim dicit: Quotiescunque enim ederitis panem istum & calicem istum biberitis, mortem Domini annuntiabitis quoadusque ueniat. 1. Cor. 11.

Quotiescunque ergo calicem in commemorationem Domini & passionis eius offerimus, id quod constat Dominum fecisse, faciamus. Et ideo frater charissime, si quis de antecessoribus nostris, uel ignoranter, uel simpliciter non hoc obseruauit & tenuit, quod nos Dominus facere exemplo & magisterio suo docuit, potest simplicitati eius de indulgentia Domini uenia concedi, nobis uerò non poterit ignosci, qui nunc à Domino admoniti & instructi sumus, ut calicem Dominicum uino mistum, secundum quod Dominus obtulit, offeramus. Et de hoc quoque ad collegas nostros literas dirigamus, ut ubique lex Euangelica & traditio Dominica seruetur, & ab eo quod Christus & docuit & fecit, non recedatur. Quæ ultra iam contemnere, & in errore pristino perseuerare, quid aliud est quàm incurrere in obiurgationem Domini increpantis in psalmo, & dicentis: Ad quid exponis iustificationes meas, et assumis testamentum meum per os tuum? Tu autem odisti disciplinam, et abiecisti sermones meos retro. Si uidebas furem, concurrebas, & inter mœchos partem tuam ponebas. Exponere enim iustificationes & testamentum Domini, & non hoc idem facere quod fecit Dominus, quid aliud est, quàm sermones eius abijcere, & disciplinam dominicam contemnere? nec terrena, sed spiritualia furta & adulteria committere, dum quis de Euangelica

Psal. 49.

gelica ueritate furatur Domini nostri uerba & facta, & corrumpit atque adulterat præcepta diuina? sicut apud
Hiere.23. Hieremiam scriptum est: Quid est, inquit, paleis ad triticum? propter hoc ecce ego ad prophetas, dicit Dominus, qui furantur uerba mea unusquisque à proximo suo, & seducunt populum meum in mendacijs suis, & in erroribus suis. Item apud eundem alio loco: Et mœchata est, inquit, lignum & lapidem, & in his omnibus non est reuersa ad me. Quod furtum & adulterium ne in nos etiam cadat, cauere solicitè & timidè, ac religiosè obseruare debemus. Nam si sacerdotes Dei & Christi sumus, non inueniio quem magis sequi, quàm Deum & Christum debea-
Ioan.8. mus, cum ipse in euangelio maximè dicat: Ego sum lumen mundi. Qui me secutus fuerit, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Ne ergo in tenebris ambulemus, Christum sequi & præcepta eius obseruare debemus, quia
Matth.28. & ipse alio in loco mittens Apostolos, dixit: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Ite ergo & docete gentes omnes, tingentes eos, in nomine patris & filij & spiritus sancti. Docete eos obseruare omnia quæcunque præcepi uobis. Quare si in lumine Christi ambulare uolumus, à præceptis eius & monitis non recedamus, agentes gratias, quòd dum instruit in futurum quid facere debeamus, de præterito ignoscit quòd simpliciter errauimus. Et quia iam secundus aduentus nobis appropinquat, magis ac magis benigna eius & larga dignatio corda nostra luce ueritatis illuminat. Religioni igitur nostræ congruit & timori, & ipsi loco atque officio sacerdotij nostri frater charissime, in dominico calice miscendo & offerendo custodire traditionis dominicæ ueritatem, & quod prius apud quosdam uidetur erratum, Domino monente corrigere, ut cum in claritate

ritate sua & maiestate cœlesti uenire cœperit, inueniat nos tenere quod monuit, obseruare quod docuit, facere quod fecit. Opto te frater charissime semper bene ualere.

EPISTOLA IIII.

Ad Moysen & Maximum epistola. ac cæteros confessores de confessione eorum, in qua docet quemadmodum per unius anni circulum cuncta ducuntur ad frugem, sic per annum quo carcerem perpessi fuerant, ad æternam illos messem uenisse.

CYPRIANVS MOYSI ET MAXIMO presbyteris, & cæteris confessoribus dilectissimis fratribus SAL.

ET cunctos uos pariter & singulos repræsentauit affectibus nostris fratres charissimi, Celerinus aduenies fidei ac uirtutis uestræ comes, & gloriosis congressoribus Dei miles. Vniuersos uos in illo ueniente conspeximus, & cu de charitate circa me uestra dulciter ac sæpe loqueretur, in eius sermonibus uos audiebamus. Satis ac plurimum gaudeo, quando nobis per tales talia proferuntur. Vobiscum illic in carcere quodammodo & nos fuimus, diuinæ dignationis hortamenta uobiscum sentire nos credimus, qui sic uestris cordibus inhæremus. Honori nos uestro charitas indiuidua connectit. Separari dilectionem spiritus non sinit. Charitas.
Vos illic confessio, me affectio concludit. Et nos quidem uestri diebus ac noctibus memores, & quando in sacrificijs precem cum pluribus facimus, & cum in secessu priuatis precibus oramus, coronis ac laudibus uestris plenam domum frequentiam postulamus. Sed ad reddendam uobis uicem murus est nostra mediocritas. Plus uos datis quando nostri in oratione meministis, qui seruantes iam sola cœlestia & tantum diuina meditantes, ad fastigia celsiora mora ipsa passionis ascenditis, longoq; temporum ductu glorias ue-

Confessio beatos facit.

stras non subtrahitis, sed augetis. beatum facit prima & una confessio. Vos toties confitemini, quoties rogati ut de carcere recedatis, carcerem fide & uirtute præeligitis. Tot uestræ laudes, quot dies: quot mensium curricula, tot incrementa meritorum. Semel uincit qui statim patitur. At qui manens semper in pœnis congreditur cum dolore necessitatis, quotidie uincitur, quotidie coronatur. Eant nunc magistratus & consules siue proconsules, annuæ dignitatis insignibus & duodecim fascibus glorientur. Ecce dignitas cœlestis in uobis honoris annui claritate signata est. Et iam reuertentis anni uolubilem circulum uictricis gloriæ diuturnitate transgressa est. Illuminabat mundum sol oriens & luna decurrens, sed uobis idē, qui solē fecit & lunā, maius in carcere lumen

Consolatur incarceratos.

*als. fudit

*fuit, & in corde ac mentibus uestris Christi claritudo resplendens, horribiles carceris atq; funestas pœnalis loci tenebras æterna illa & candida luce radiauit. Per uicissitudines mensium transmeant hybernum, sed uos inclusi tempora hyemis persecutionis hyemis pensabatis. Successit hyemi una temperies rosis læta, & floribus coronata, sed uobis rosæ & flores de paradisi deliciis aderant, & cingula uestrum serta cœlestia coronabant. Aestas ecce messium fœcunditate fœcunda est, & area frugibus plena est, sed uos qui gloriam seminastis, frugem gloriæ metitis. Atq; in Domini area constituti, excuti paleas inextinguibili igne conspicitis, ipsi ut tritici grana purgata & frumenta pretiosa, iam probati & conditi, hospitium carceris horreum computatis. Nec deest animo ad munera fungenda, temporis gratia spiritualis. Vindemia foris premitur, & profusa in torcularibus uua calcatur. Vos de Domini uinea pingues racemi, & iam maturis fructibus botri, pressuræ secularis infestatione calcati, torcular nostrum carcere

torq

torquente sentitis. Vini uice sanguinem funditis, ad passionis tolerantiam fortes martyrij poculum libenter hauritis. Sic apud seruos Dei annus euoluitur. Sic spiritualibus meritis, & cœlestibus præmijs temporum uicissitudo celebratur. Beati satis qui ex uobis per hæc gloriarum uestigia commeantes, iam de seculo recesserunt, confectoq; itinere uirtutis ac fidei ad complexum & osculum Domini, Domino ipso gaudente uenerunt. Sed & uestra non minor gloria, qui adhuc in certamine constituti, & comitum glorias secuturi pugnam diu geritis, immotaq; & inconcussa fide stabiles quotidie spectaculum Deo de uestris uirtutibus exhibetis. Quò longior uestra pugna, hoc corona sublimior. Agon unus, sed multiplici præliorum numerositate congestus. Famem uincitis, & sitim spernitis, & squallorem carceris ac receptaculi pœnalis horrorem roboris uigore calcatis. Pœna illic subijcitur, cruciatus obteritur, nec mors metuitur, sed optatur. Quæ scilicet immortalitatis præmio uincitur, ut uitæ æternitate qui uicerit, honoretur. Quis nunc in uobis animus, quàm sublime, quàm capax pectus, ubi talia ac tanta uoluuntur? Vbi non nisi Dei præcepta & Christi præmia cogitantur, uoluntas est illic tantum Dei, & in carne adhuc licet uobis positis, uita iam uiuitur non præsentis seculi, sed futuri. Nunc est fratres charissimi, ut memores mei sitis, ut inter magnas atque diuinas cogitationes uestras nos quoq; animo ac mente uoluatis, simq; in precibus & orationibus uestris, cum uox illa purificatione confessionis illustris, & iugi honoris sui tenore laudabilis, ad Dei aures penetrat, & aperto sibi cœlo de subactis mundi partibus ad superna transmissa, impetrat de Domini bonitate quod postulat. Quid enim petitis de indulgentia Domini, quod non impetrare mereamini, qui

Exhortatur ad patientiam.

Pugna longior coronā dat sublimiorem.

sic Domini mandata seruatis, qui Euangelicam uiam fi
cero fidei uigore tenuistis, qui incorrupto honore uirtu
cum præceptis Domini, & cum Apostolis eius fortiter
tes nutantem multorum fidem martyrij uestri ueritate so
datis? Verè Euangelij testes, & uerè martyres Christi
dicibus eius innixi, super petram robusta mole fundati
sciplinam cum uirtute iunxistis, ad timorem Dei cæter
prouocastis, martyria uestra exempla fecistis. Opto u
fortissimi ac beatissimi fratres semper bene ualere.

EPISTOLA V.

Ad clerum & plebem epistola de quodam Aurelio ordina
lectore, in qua asserit non fuisse necessarium iuxta morem q
ab eis de meritis eius quærere, quoniam expectanda huma
iudicia non sunt, ubi diuina suffragia præcedunt.

CYPR. PRESBYTERIS ET
Diaconis, & plebi uniuersæ SAL.

IN ordinãdis clericis fratres charissimi, solemus uos ad
consulere, & mores ac merita singulorum communi c
silio ponderare. Sed expectanda non sunt testimonia h
mana, cum præcedant diuina suffragia. Aurelius frater
ster illustris adolescens, à Domino iam probatus & D
charus, est in annis adhuc nouellus, sed in uirtutis ac fi
laude proiectus. Minor in ætatis suæ indole, sed maior in
nore. Gemino hic agone certauit, bis confessus, & bis co
fessionis suæ uictoria gloriosus, & quando uicit in curs
ctus extorris, & cum denuo certamine fortiore pugna
triumphator & uictor in prælio passionis. Quoties
uersarius prouocare seruos Dei uoluit, toties fortissim
ac promptissimus miles & pugnauit & uicit. Parum fe
rat sub oculis antè paucorum, quando extorris fiebat, co
gressum fuisse, meruit & in foro congredi clariore uirtu

Aurelij commendatio.

Aurelij agon.

te, ut post magistratus & proconsulem uinceret, & post
exilium tormenta superaret. Nec inuenio quid in eo prædi-
care plus debeam, gloriam uulnerum, an uerecundiam mo-
rum, quòd honore uirtutis insignis est, an quòd pudoris ad-
miratione laudabilis. Ita & dignitate excelsus est, & humi-
litate submissus, ut appareat illum diuinitus reseruatum, qui
ad ecclesiasticam disciplinam cæteris esset exemplo, * quo-
modo serui Dei in confessione uirtutibus uincerent, post
confessionem moribus eminerent. Merebatur talis clericæ
ordinationis ulteriores gradus & incrementa maiora, non
de annis suis, sed de meritis æstimandus. sed interim placuit,
ut ab officio lectionis incipiat, quia & nihil magis cõgruit
uoci, quæ Dominum gloriosa prædicatione confessa est,
quàm celebrandis diuinis lectionibus personare post uerba
sublimia, quæ Christi martyrium prolocuta sunt: Euange-
lium Christi legere, unde martyres fiunt: Ad pulpitum
post catastam uenire: illic fuisse conspicuum gentilium mul-
titudini, hic à fratribus conspici: Illic auditum esse cum
miraculo circunstantis populi, hic cum gaudio fraternitatis
audiri. Hunc igitur fratres dilectissimi à me & à collegis,
qui præsentes aderant, ordinatum sciatis, quòd uos scio
& libenter amplecti, & optare tales in ecclesia nostra
quàm plurimos ordinari. Et quoniam semper gaudium pro-
perat, nec potest moras ferre lætitia, dominico legit. Inte-
rim uobis hoc die auspicatus est pacem, dum dedicat lectio-
nem. Vos orationi frequenter insistite, & preces nostras
uestris precibus adiuuate, ut Domini misericordia * fauens
nobis citò plebi suæ, & sacerdotem reddat incolumem, &
martyrem cum sacerdote lectorem. Opto uos in Deo patre
& Christo Iesu semper bene ualere.

Aurelius exemplar ecclesiasticæ disciplinæ.

* al's, Vt quo modo in passione uirtutibus uicerat, ita post confessionẽ moribus eminerct.

Catasta, id est, compes lignea quæ uinciuntur serui.

Gaudium properat.

* al's, parcens

EPISTOLA VI.

Ad martyres epistola, in qua eos ad amorẽ martyrii inuitans, docet Dominum non tantum seruos in certamine spectare, sed & ipsum unà luctari, & coronare pariter & coronari.

CYPR. MARTYRIBVS ET CONfessoribus IESV Christi & Domini nostri perpetuam SALVTEM.

EXulto lætus et gratulor fortißimi ac beatißimi fratres cognita fide ac uirtute uestra, in quibus mater eccleſia gloriatur, gloriata & nuper quidem cũ confeßione* præſtante ſuſcepta pœna eſt, quæ confeſſores Chriſti fecit extorres. Confeßio tamen præſens quantò in paßione fortior, tantò clarior & maior in honore. Creuit pugna, creuit & pugnãtium gloria. Nec retardati eſtis ab acie tormẽtorum metu, ſed ipſis tormentis magis eſtis ad aciem prouocati, fortes & ſtabiles ad maximi certaminis pretium prompta deuotione prodiſtis. Ex quibus quoſdam iam comperi coronatos, quoſdam uerò ad coronam uictoriæ proximos: uniuerſos uerò, quos agmine glorioſo carcer incluſit, pari ac ſimili calore uirtutis ad gerendum certamen animatos, ſicuti eſſe oportuit in diuinis caſtris milites Chriſti, ut incorruptam fidei firmitatem non blanditiæ decipiant, non minæ terreant, non cruciatus ac tormenta deuincant, quia maior eſt qui præeſt in nobis, quàm qui in hoc mundo eſt. Nec plus ad deijciendum poteſt terrena* pœna, quàm ad erigendum tutela diuina. Probata res eſt certamine fratrum glorioſo, qui ad tormenta uincenda cæteris duces facti exemplum uirtutis ac fidei præbuerunnt, congreſſi in acie donec acies ſuccumberet uicta. Quibus ego uos laudibus fortißimi prædicem fratres? robur pectoris uestri, & perſeuerantiam fidei

*al's, per tantos

Milites Christi nullo uincuntur tormento.

Commendatio martyrum.

fidei quo præconio uocis exornem? Toleraſtis uſq; ad conſummationem gloriæ duriſſimam quæſtionem, nec ceßiſtis ſupplicijs, ſed uobis potius ſupplicia ceſſerunt. Finem doloribus quẽ tormenta non dabant, coronæ dederunt.* Quæſtio grauior ad hoc diu perſeuerauit, non ut ſtantem fidem deijceret, ſed ut homines Dei ad Deum uelocius mitteret. Vidit admirata præſentiũ multitudo cœleſte certamẽ, certamen Dei, certamẽ ſpirituale, prælium Chriſti, ſtetiſſe ſeruos eius uoce libera, mente incorrupta, uirtute diuina, telis quidem ſecularibus nudos, ſed armis fidei credenteis armatos. Steterunt torti torquẽtibus fortiores, & pulſantes ac lanian tes ungulas, pulſata ac laniata membra uicerunt. Inexpugnabilem fidem ſuperare non potuit ſæuiens diu plaga repetita, quamuis rupta compage uiſcerum torquerentur in ſeruis Dei iam non membra ſed uulnera. Fluebat ſanguis, qui incendium perſecutionis extingueret, qui flammas & ignes gehennæ glorioſo cruore ſopiret. O quale illud fuit ſpectaculum Deo, quàm ſublime, quàm magnum, quàm Dei oculis ſacramento ac deuotione militis eius acceptum. Sicut ſcriptum eſt in pſalmis ſpiritu loquente ad nos: Pretioſa in conſpectu Domini mors iuſtorum eius: pretioſa mors hæc eſt quæ emit immortalitatem pretio ſui ſanguinis, quæ accepit coronam de conſummatione uirtutis. Quàm lætus in illis Chriſtus fuit, quam libens in talibus ſeruis ſuis & pugnauit & uicit protector fidei, dans credentibus tantum, quantum ſe credit capere, qui ſumit. Certamini ſuo affuit, præliatores atq; aſſertores ſui nominis erexit, corroborauit, animauit. Et qui pro nobis mortem ſemel uicit, ſemper uincit in nobis. Cum uos, inquit, tradiderint, nolite cogitare quid loquamini. Dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus

*al's, Laniena

Mors ſanctorũ pretioſa. Pſal. 115.

Matth. 10.

patris uestri qui loquitur in uobis. Documentum rei præ-
sens prælium exhibuit. Vox plena spiritu sancto de marty-
Mappalicus martyr. ris ore prorupit, cum Mappalicus beatissimus inter cru-
ciatus suos proconsuli diceret: Videbis cras agonem. E
quod ille cum uirtutis atq; fidei testimonio dixit, Domin
impleuit. Agon cœlestis exhibitus est. Dei seruus in ago-
nis promissi certamine coronatus est. Hic est agon quem
Esa.7. propheta Esaias ante promisit, dicens: Non pusillum uo-
bis certamen cum hominibus, quoniam Deus præst
agonem. Et ut ostenderet quis hic agon esset futurus ad
didit, dicens: Ecce uirgo in utero accipiet & pariet fi
lium, et uocabitis nomen eius Emmanuel. Hic est agon fidei
nostræ qua congredimur, qua uincimus, qua coronamur.
Hic est agon quem nobis ostendit beatus apostolus Paulus
in quo oportet nos currere, & ad coronam gloriæ perue-
1.Cor.9. nire. Nescitis, inquit, quia qui in stadio currunt, omnes qui-
dem currunt, unus tamen accipit palmam? Sic currite, u
omnes occupetis. Omnis enim qui agonizatur, in omnibus
continens est, & illi quidem ut corruptibilem coronam ac-
cipiant, nos autem incorruptam. Item suum ostendens cer-
tamen, & hostiam se Domino citò futurum esse promi-
2.Tim.4. tens ait: Ego iam delibor, & tempus instat assumptionis
meæ. Bonum agonem certaui, cursum perfeci, fidem seruaui.
Iam supereſt mihi corona iustitiæ, quam mihi reddet Do-
minus in illum diem iustus iudex: non solum autem mihi,
sed & omnibus qui dilexerunt aduentum eius. Hunc igi-
tur agonem per prophetas ante prædictum, per Dominum
commissum, per apostolos gestum, Mappalicus suo & col-
legarum suorum nomine proconsuli repromisit, nec fefelli
Hortatur ad martyrium. in promisso suo uox fidelis: pugnam, quam spopondit, ex-
hibuit, & palmam quam meruit accepit. Istum hunc be-
tissi

tissimum martyrem & alios participes eiusdem congressio-
nis, & comites, in fide stabiles, in dolore patientes, in quæ-
stione uictores, ut cæteri quoque sectemini & opto pariter
& hortor, ut quos uinculum confessionis & hospitium car
ceris simul iunxit, iungat etiam & consummatio uirtutis,
et corona cœlestis, ut lacrymas matris ecclesiæ, quæ plangũt
ruinas & funera plurimorum, uos uestra lætitia tergeatis,
& cæterorum quoq; stantium firmitatem uestri exempli
prouocatione solidetis. Si uos acies uocauerit, si certaminis *Certantibus præest dominus.*
uestri dies uenerit, militate fortiter, dimicate constanter, sci-
entes uos sub oculis præsentis Domini dimicare, confessione
nominis eius ad ipsius gloriam peruenire. Qui non sic est, ut
seruos suos tantum spectet, sed & ipse luctatur in nobis,
ipse congreditur, ipse in certamine agonis nostri & coro-
nat pariter & coronatur. Quòd si ante diem certaminis
nostri de indulgẽtia Dei pax superuenerit, uobis tamen ma-
net uoluntas integra & conscientia gloriosa. Ne contriste-
tur aliquis ex uobis quasi illis minor, qui ante uos tormen-
ta perpessi uicto & calcato seculo ad Dominum glorioso
itinere uenerunt. Dominus scrutator est renis, & cordis ar- *Dominus cordis scrutator.*
cana perspicit, & intuetur occulta. Ad coronam Dei pro-
merendam sufficit ipsius testimonium solum, qui iudicatu-
rus est. Ergo utraq; res fratres dilectissimi, sublimis est pari
ter & illustris. Illa securior, ad Dominum nostrum uicto-
riæ cõsummatorem properare: hæc lætior, accepto post glo
riam commeatu, in ecclesia laude florere. O beatam eccle-
siam nostram, quam sic honor diuinæ dignationis illumi-
nat, quam temporibus nostris gloriosus martyrum sanguis
illustrat. Erat antè in operibus fratrũ cãdida, nunc facta est
in martyrum cruore purpurea. Floribus enim nec rosæ nec
lilia desunt. Certẽt nũc singuli ad utriusq; honoris amplissi-

mam dignitatem. Accipiant coronas uel de operibus can-
das, uel de sanguine purpureas. In cœlestibus castris et pa-
& acies habent flores suos, quibus milites Christi ob gl-
riam coronantur. Opto uos fortissimi ac beatissimi fratr-
semper in Domino bene ualere, & nostri meminisse.

EPISTOLA VII.

Epistola presbyterorum & diaconorum Romæ consistentiu
ad beatum Cyprianum, in qua illi gratias agunt, quòd ipsos co
siliorum suorum & laudis participes esse uoluerit.

CYPR. PAPAE PRESBYTERI ET diaconi Romæ consistentes SAL.

QVanquàm bene sibi conscius animus, & Euangelic
disciplinæ uigore subnixus, & ucrus sibi in dcrcti
cœlestibus testis effectus soleat se solo Deo iudice esse con-
tentus, nec alterius aut laudes petere, aut accusationes per-
timescere, tamen gemmata sunt laude condigni, qui cum co
scientiam sciant Deo soli debere se iudici, actus tamen suos
desiderant & ab ipsis suis fratribus comprobari. Quod
frater Cypriane facere non mirum est, qui pro tua ucrecun
dia & ingenita industria consiliorum tuorum nos non tan
iudices uoluisti, quàm participes inueniri, ut in tuis rebus
gestis laudẽ tecum, dũ illas probamus, inueniremus, et tuorũ
consiliorũ cohæredes, quia & affirmatores esse possemus.
Idem enim omnes crederemur operati, in quo deprehẽderc-
mur eadem omnes censuræ et disciplinæ cõsensione sociati.
Quid enim magis, aut in pace tam aptum, aut in bellis per-
sequutionis tam necessarium, quàm debitam seueritatẽ diuinæ
uigoris tenere? quam qui remiserit, instabili rerum cursu
errct necesse est, & huc atque illuc uarijs & incertis negotiorum tempestatibus dißipetur, & quasi extorto de
manibus consiliorum gubernaculo, nauem ecclesiasticæ salutis

Disciplinæ gubernaculum in tempestate.

salutis illidat in scopulos, ut appareat non aliter saluti eccle
siasticæ consuli posse, nisi si qui & contra ipsam faciunt,
quasi quidam aduersi fluctus repellantur, & disciplinæ
ipsius semper custodita ratio, quasi salutare aliquod guber-
naculum in tempestate seructur. Nec hoc nobis nunc nuper
consilium cogitatum est, nec hæc apud nos aduersus im-
probos modò superuenerunt repentina subsidia, sed antiqua
fides disciplina legitur antiqua, quoniam nec tantas de no-
bis laudes Apostolus protulisset, dicendo: Quia fides uestra
prædicatur in toto mundo, nisi iam exinde uigor iste ra-
dices fidei de temporibus illis mutuatus fuisset, quarum lau-
dum & gloriæ degenerem fuisse, maximum crimen est. *Honoris iacturam facere de decoro sum.*
Minus est enim dedecoris, nunquàm ad præconium laudis
accessisse, quàm de fastigio laudis ruisse. Minus est criminis,
honoratum bono testimonio non fuisse, quàm honorem bo-
norum testimoniorum perdidisse. Minus est, sine prædicatio
ne uirtutum ignobilem sine laude iacuisse, quàm exhære-
dem fidei factum laudes proprias perdidisse. Ea enim quæ
in alicuius gloriam proferuntur, nisi anxio & solicito labo
re seruantur, in inuidiam maximi criminis intumescunt.
Hocnos non falsò dicere superiores nostræ literæ probauc-
runt, in quibus uobis sententiam nostram dilucida exposi-
tione protulimus, & aduersus eos qui seipsos infideles illi- *Libellaui.*
cita nefariorum libellorum professione prodiderunt, quasi
hoc euasuri irretientes illos diaboli laqueos uiderentur, quo
non minus quàm si ad nefarias aras accessissent, hoc ipso
quod ipsum contestati fuerant, tenerentur, sed etiam ad-
uersus illos qui acta fecissent, licet præsentes cum fierent
non affuissent, cum præsentiam suam utique ut sic scri-
berentur mandando fecissent. Non est enim immunis à
scelere, qui ut faceret impetrauit: nec alienus à crimi-

ne,

ne cuius consensu, licet non à se admissum crimen, tamen p
blice legitur, & cum totum fidei sacramentum in confes
ne CHRISTI nominis intelligatur esse digestum, qui fa
laces in excusatione præstigias quæri negauit, & qui
uideri paruisse, negasse uoluit, necnon etiam contra illo
quoque qui illicitis sacrificijs manus suas atque ora pollue
rant, pollutis ante mentibus proprijs, unde etiam sunt ipsi
manus atque ora polluta, fidem nostram consensumq; mo
strauimus. Absit enim ab ecclesia Romana uigorem sum
tam profana facilitate dimittere, & nisi uos seueritatis euer
sa fidei maiestate dissoluere, ut cum adhuc non tantum la
ceant, sed & cadant euersorum fratrum ruinæ, propera
nimis remedia communicationum utique non profutur
testentur, & noua per misericordiam falsam, uulnera
teribus transgressionis uulneribus imprimantur, ut miser
ad euersionem maiorem eripiatur & pœnitentia. Vbi enim
indulgentiæ poterit medicina proficere, si etiam ipse medi
cus inter præcepta pœnitentiæ indulget periculis. si tantum
modo perit uulnus, nec sinit necessaria temporis remedia
conducere circatricem? Hoc non est curare, sed si dicer
uerum uolumus, occidere. Quanquam confessorum quo
que, quos hic adhuc in carcerem dignitas suæ confessionis
inclusit, & ad certamen Euangelicum sua fides in confessio
ne iam gloriosa semel coronauit, literas habeas conspiran
tes cum literis nostris, quibus seueritatem Euangelicæ dis
ciplinæ protulerunt, & illicitas petitiones ab ecclesia pu
dore reuocarunt. Nisi hoc fecissent disciplinæ Euangelicæ,
ruina non facilè sarciretur, præsertim cum nulli magis tam
congruès esset tenorem Euangelici uigoris illibatū dignita
temq; seruare, quàm qui se excruciandos et excarnificandos
pro Euāgelio furētibus trādidissent, ne martirij honorē me
rito

Criminis particeps est qui consentit.

Sacrificati.

rito perdidissent, si in occasione martyrij præuaricatores
Euangelij esse uoluissent. Nā qui quod habet, non custodit in
eo ex quo illud posśidet, dum id ex quo posśidet, uiolat, amit
tit illud quod posśidebat. In quo loco maximas tibi atq; ube-
res gratias referre debemus & reddimus, quòd illorum car-
ceris tenebras literis tuis illuminasti, quòd ad illos uenisti,
quomodo introire potuisti, quòd illorum animos sua fide et
confessione robustos, tuis alloquutionibus literisq; recreasti,
quòd felicitates eorū cōdignis laudibus prosequutus, accēdi-
sti ad multò ardentiorem cœlestis gloriæ cupiditatē, quòd
pronos impulisti, quòd ut credimus et optamus uictores futu
ros uiribus tui sermonis animasti, quanquam hoc totū de fi-
de confitentiū & de diuina indulgētia uenire uideatur, tamē
in martyrio suo tibi ex aliquo debitores facti esse uideātur.
Sed ut ad id, unde digressus sermo uidebatur esse, rursus re-
uertatur, quales literas in Siciliam quoque miserimus, subie-
ctas habebis. Quanquàm nobis differentiæ huius rei, necessi
tas maior incumbat, quibus (post excessum nobilissimæ me-
moriæ uiri Fabiani) nondum est episcopus propter rerum
et temporum difficultates constitutus, qui omnia ista mode-
retur, & eorum qui lapsi sunt, possit cum autoritate & cū
consilio habere rationem. Quanquàm nobis in tam ingenti
negotio placeat, quod & tu ipse tractasti prius, ecclesiæ pa
cem sustinendam, deinde sic collatione consiliorum cum epi
scopis, presbyteris, diaconis, confessoribus, pariter astan-
tibus laicis, facta, lapsorum tractare rationem. Per-
quàm enim nobis & inuidiosum & onerosum uidetur
non per multos examinare, quod per multos commis-
sum uideatur fuisse, & unam sententiam dicere, cum tam
grande crimen per multos diffusum notetur exisse, quoni-
am nec firmum decretum potest esse, quod non plurimorum

Gratias agunt Cypriano.

uidebi

uidebitur habuisse consensum. Aspice totum orbem penè ut statum, & ubiq; iacere deiectorum reliquias, & idcirco tam grande expeti consilium, quàm latè propagatum uidetur esse malum. Non sit minor medicina quàm uulnus est, non sint minora remedia quàm funera, ut quomodo qui ruerunt, ob hoc ruerunt, quòd cæca temeritate nimis incauti fuerunt: ita qui hoc disponere nituntur, omni consiliorum moderamine utantur, ne quod non oportet factum, tanquàm irritum ab omnibus iudicetur. Vno igitur eodemq; consilio, iisdem precibus & fletibus tam nos qui usque adhuc uidemur temporis istius ruinas subterfugisse, quàm illi qui in hac temporis uidentur clades incidisse, diuinam maiestatem deprecantes, pacem ecclesiastico nomine postulemus. Mutuis uotis nos inuicem foueamus, custodiamus, armemus: oremus pro lapsis, ut erigantur: oremus pro stantibus, ut non ad ruinas usque tententur: oremus ut qui cecidisse referuntur, delicti sui magnitudinem agnoscentes, intelligant non momentaneam neque præproperam desiderare medicinam. Oremus ut effectus indulgentiæ lapsorum subsequatur pœnitentiam, ut intellecto suo crimine uelint nobis interim præstare patientiam, nec adhuc fluctuantem turbare ecclesiæ statum, ne interiorem nobis persecutionem ipsi incendisse uideantur, & accedat ad criminum cumulum, quòd etiam inquieti fuerunt. Maximè enim illis congruit uerecundia, quorum in delictis damnatur mens inuerecunda. Pulsent sanè fores, sed non utique confringant. Adeant ad limen Ecclesiæ, sed non utique ut transiliant. Castrorum cœlestium excubent portis, sed armati modestia, qua intelligant se desertores fuisse. Resumant precum suarum tubam, sed qua non bellicum clangant. Arment se quidem modestiæ telis, & quem negando mortis metu, fidei dimiserant,

Orationi instandum monet.

Modestia tela sumenda.

rant clypeum, resumant, sed ut contra hostem diabolum uel nunc armati, non contra ecclesiam, quæ illorum dolet casus, armatos esse se credant. Multum illis proficiet petititio modesta, postulatio uerecunda, humilitas necessaria, patientiæ non otiosa. Mittat legatos pro suis doloribus lacrymas. Aduocatione fungantur ex intimo pectore prolati gemitus, dolorem probantes commissi criminis & pudorem. Imò si dedecoris admissi magnitudinem perhorrescunt, si pectoris & conscientiæ suæ letalem plagam & sinuosi uulneris altos recessus uerè medica manu tractant, erubescant & petere, nisi quia maioris est rursum & periculi & pudoris, auxilium pacis non petisse. Sed hoc totum in sacramento, sed in ipsius postulationis lege temporis facto temperamento, sed postulatione demissa, sed prece subdita, quoniam & qui petitur flecti debet, non incitari, & sicut respici debet diuina clementia, sic respici debet & diuina censura, & sicut scriptum est: Donaui tibi omne debitum, quia me rogasti: sicut scriptum est: Qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, & coram angelis eius. Deus enim ut est indulgens, ita est præceptorum suorum exactor, & quidem diligens, & sicut ad conuiuia uocat, sic habitum nuptiarum non habentem ligatis manibus & pedibus extra sanctorum cœtum foras iactat. Parauit cœlũ, sed parauit & tartarum. Parauit refrigeria, sed parauit etiam æterna supplicia. Parauit inaccessibilem lucem, sed parauit etiam perpetuæ noctis uastam æternamq; caliginem. Cuius temperamenti moderamen nos hic tenere quærentes diu, & quidem multi, et quidem cum quibusdã episcopis uicinis nobis et appropinquãtibus, et quos ex alijs prouincijs longè positis persecutionis istius ardor eiecerat, ante cõstitutionẽ episcopi nihil innouãdum

Lacrymæ legati dolorum.

Matth. 18.

Matth. 10.

dum putauimus, sed lapsorum curam mediocriter tempe-
dam esse credidimus, ut interim dum episcopus dari à D
nobis sustinetur, in suspendio eorum qui foris possunt dil
tione sustineri, causa teneatur: eorum autem, quorum
tæ suæ fine urgens exitus dilationem non potest ferre, de
pœnitentia & professa frequenter suorum detestatione
ctorum, si lacrymis, si gemitibus, si fletibus dolentis ac ue
pœnitentis animi signa prodiderint, cum spes uiuendi fec
dum hominem nulla substiterit, ita demum caute & solic
subueniri, Deo ipso sciente quid de talibus faciat, qualis
iudicij sui examinet pondera, nobis tamen anxiè curanti
ut nec pronam nostram improbi homines laudent facilita
tem, nec uerè pœnitentes accusent nostram quasi duram
delitatem. Optamus te beatissime ac gloriosissime Papa fe
per in Domino bene ualere.

EPISTOLA VIII.

Epistola beati Cypriani ad Cornelium Papam Romanu
quibusdam, Nouatio & Nouato schismaticis, ubi illorum p
bra commemorat.

CYPR. CORNELIO FR. S. Æ.

ET cum diligentia & dilectione fecisti frater charis
me festinato ad nos mittendo Nicephorum acolu
qui nobis & de confessoribus regressis gloriosam læti
nuntiaret, & aduersus Nouatiani & Nouati nouas
perniciosas ad impugnandum Christi ecclesiam machin
planissime instrueret. Nam cum pridie istuc uenisset hæ
ticæ prauitatis nocens factio, ipsa iam perdita, & adi
qui sibi consenserint perditura, posteró die Nicepho
rus cum uestris literis superuenit, quibus & didicimu
& docere atque instruere ceteros cœpimus. Euaristu
de ep

Euaristus relicto episcopatu uagus.

de episcopo iam nec laicum remansisse cathedræ & plebis
extorrem, & de Ecclesia Christi exulem, per alias longè
prouincias oberrare, & ipsum ueritatis ac fidei naufra-
gum factum, circa quosdam sui similes paria naufragia con
citare: Nicostratum uerò diacono sanctæ administrationis
amisso, ecclesiasticis pecunijs sacrilega fraude subtractis,
& uiduarum ac populorum depositis denegatis, non tam in
Africam uenire uoluisse, quàm conscientia rapinarum &
criminum nefandorum illinc ab urbe fugisse: & nunc eccle
siæ desertor ac profugus, quasi mutasse sit hominem, mu-
tare regionem: confessorem se ultro iactat & prædicat, cum
Christi confessor nec dici, nec esse iam posit, qui ecclesiam
Christi negauit. Nam cum Paulus apostolus dicat: Propter
hoc relinquet homo patrem & matrem, & erunt duo in
unam carnem: Sacramentum istud magnum est, ego autem
dico in Christum & in ecclesiam. Cum hoc, inquam, bea-
tus Apostolus dicat, & Christum pariter atq; ecclesiæ uni-
tatem indiuiduis nexibus cohærentem, sancta sua uoce te-
statur, quomodo potest esse cum Christo, qui cum sponsa
Christi atq; in eius ecclesia non est? Aut quomodo assumit
sibi regendæ aut gubernandæ ecclesiæ curam, qui spoliauit
& fraudauit ecclesiam Christi? Nam de Nouato nihil in-
de ad nos fuerat nuntiandum, cum magis per nos uobis de-
beat Nouatus ostèdi rerum nouarum semper cupidus, aua-
ritiæ inexplebilis, rapacitate furibundus, arrogantia & stu-
pore superbi tumoris inflatus, semper istic episcopis male
cognitus, quasi hæreticus semper & perfidus omnium sa-
cerdotum uoce damnatus, curiosus semper ut prodat, ad
hoc adulatur ut fallat, nunquam fidelis ut diligat, fax &
ignis ad conflanda seditionis incendia, turbo & tempestas
ad fidei facienda naufragia, tranquillitatis aduersarius, pacis

Nicostratus desertor ecclesiæ.

Ephes. 5.

Nouatus nouarum rerum cupidus.

Nouati cura in circũueniendo.

inimicus. Deniq; Nouato illinc à nobis recedente, id est, pro
cella & turbine recedente, ex parte illic quies facta est, &
glorioſi ac boni confeſſores, qui de eccleſia illo incitante d
ceſſerant, poſteaquàm ab urbe ille diſceßit, ad eccleſiam re
uerterunt. Idem eſt Nouatus qui apud nos primum diſco
diæ & ſchiſmatis incendium ſeminauit, qui quoſdam iſti
ex fratribus ab epiſcopo ſegregauit, qui in ipſa perſequ
tione ad auertendas fratrum mẽtes alia quædam perſequ
tio noſtris fuit. Ipſe eſt, qui Feliciſſimum ſatellitem ſuum
conum nec permittente me, nec ſciente, ſua factione &
bitione conſtituit, & cum ſua tempeſtate Romæ quoq;
euertendam eccleſiam, nauigans ſimilia illic & paria mo
tus eſt, à clero portionem plebis auellens, fraternitatis ben
ſibi cohærentis et ſe inuicem diligentis concordiam ſcind
Plane quoniam pro magnitudine ſua debeat Carthagine
Roma præcedere, illic maiora & grauiora commiſit. Q
iſtic aduerſus eccleſiam diaconum fecerat, illic epiſcopu

Mali ſuo ſemper ſeruitur malo.

fecit. Nec hoc quiſquam miretur in talibus. Feruntur ſempe
mali ſuo furore dementes, & poſteaquàm ſcelera fecerint
conſcientia ipſa ſceleratæ mentis agitantur. Nec remanere
in eccleſia Dei poſſunt, qui deificam & eccleſiaſticã diſci
plinam nec actus ſui conuerſatione, nec morum pace tenue
runt. Spoliati ab illo pupilli, fraudatæ uiduæ, pecuniæ quoq
eccleſiæ denegatæ, has de illo exigunt pœnas, quas in eius f
rore conſpicimus. Pater etiam eius in uico fame mortuus, &
ab eo in morte poſtmodum nec ſepultus. Vterus uxoris ca

Nouati parricidium.

ce percuſſus, & partione properãte in parricidium partu
expreſſus. Et damnare nunc audet ſacrificantium manus
cum ſit ipſe nocentior pedibus, quibus filius qui naſcebatur
occiſus eſt. Hanc conſcientiam criminum iam pridem time
bat propter hoc ſe non de preſbyterio excitari tantum, ſed
& com

& communicatione prohiberi pro certo tenebat. Et urgen
tibus fratribus imminebat cognitionis dies, quo apud nos
cauſa eius ageretur, niſi perſequutio antè ueniſſet, quàm iſte
uoto quodã euadendæ & lucrandæ damnationis excipiens,
hæc omnia commiſit & miſcuit, ut qui eijci de eccleſia &
excludi habebat, iudicium ſacerdotum uoluntaria diſceſſio-
ne præcederet, quaſi euaſiſſe ſit pœnam præueniſſe ſenten-
tiam. Circa cæteros autem fratres elaboramus, quos ab eo
circumuentos dolemus, ut ueteratoris perniciosum latus fu-
giant, ut letales laqueos ſolicitantis euadant, ut de qua ille
pelli diuinitus meruit, eccleſiam repetant. Quos quidem,
Domino adiuuante, per eius miſericordiam regredi poſſe
confidimus. Neq; enim poteſt perire, niſi quem conſtat eſſe
periturum, cum Dominus in Euangelio ſuo dicat: Omnis Matth. 15.
plantatio, quam non plantauit pater meus cœleſtis, eradica-
bitur. Qui plantatus non eſt præceptis Dei patris & mo-
nitis, ſolus poterit de eccleſia ille diſcedere, ſolus epiſcopis
derelictis cum ſchiſmaticis & hæreticis in furore manere.
Cæteros ucrò nobiſcum adunabit Dei patris miſericordia,
& Chriſti Domini noſtri indulgentia, & noſtra patientia.
Opto te frater chariſſime ſemper bene ualere.

EPISTOLA IX.

Eiuſdem ad eundem Cornelium epiſtola.

CYPR. CORNELIO FRA. SAL.

ET religioſum nobis & neceſſarium exiſtimaui frater
chariſſime ad confeſſores, qui illic ſunt & Nouatiani
& Nouati obſtinatione & prauitate ſeducti, de eccleſia re-
ceſſerunt, literas breues facere, quibus eos pro affectione
mutua cõuenirem, ut ad matrẽ, id eſt, eccleſiam catholicam
reuertantur, quas literas tibi ab Ethippo diacono legi prius
mandaui, ne quis aliud me ſcripſiſſe fingeret, quàm quod

meis literis continetur. Mandaui tamen eidem Ethippo a
ad uos missō, ut de tuo arbitrio rem gerat, & si easdem l
ras confessoribus putaueris esse credendas, ut eas tra
Opto te frater charissime semper bene ualere.

EPISTOLA X.

Eiusdem ad eundem epistola, in qua cum nequiuerit C
stianæ charitatis uinculo uagantes copulare, ait eos neg
& nihil temere à maledicis audire, ac ordinationem suam p
& collegas stabilire.

CYPR. CORNELIO FRA. SAL.

QVod seruis Dei & maximè sacerdotibus iusti
pacificis congruebat frater charissime, miser
nuper collegas nostros Calydonium & Fortunatum
non tantum persuasione literarum nostrarum, sed præse
sua & consilio omnium uestrum eniterentur quantum p
sent, & elaborarent, ut ad catholicæ ecclesiæ unitatem
corporis membra componerent, & Christianæ charit
uinculo copularent. Sed quoniam diuersæ partis obsti
& inflexibilis pertinacia non tantum radicis & matri
num atq; complexum recusauit, sed etiam glisccnte, &
peius recrudescente discordia episcopum sibi constituit
contra sacramentum semel traditum diuinæ dispositi
& catholicæ unitatis, adulterum & contrarium caput
tra ecclesiā fecit, acceptis literis tam tuis, quàm collegar
nostrorum, item aduentantibus bonis uiris & nobis c
rissimis collegis nostris Pompeio & Stephano, à qui
hæc omnia nobis cum lætitia communi assceuerata sunt
miter & probata, secūdum quod diuinæ traditionis &
clesiasticæ institutionis sanctitas ac pariter ueritas exi
bat, literas nostras ad te direximus. Sed & per prouinci
nostram hæc eadem collegis nostris singulis in notitiā p
fer

ferentes, ab his quoq; fratres nostros cum literis dirigen-
dos esse mandauimus. Quanquàm mens nostra & propo-
situm iam tunc fratribus & plebi istic uniuersæ manife-
stum fuisset, quando literis nuper ab utraq; parte susceptis
tuas literas legimus, & episcopatus tui ordinationem singu
lorum auribus intimauimus. Honoris etiam communis me-
mores, & *grauitatis sacerdotalis, ac sanctitatis respectum *als. gratiæ
tenentes, ea quæ ex diuerso in librum missum congesta fue-
rant, aceruationibus criminosis respuimus, considerantes pa
riter & ponderantes, quòd in tanto fratrum religioso cœtu
considentibus Dei sacerdotibus & altari posito nec legi de-
beant, nec audiri. Neq; enim facilè promenda sunt, & incau-
tè ac temere publicanda, quæ discordioso stylo audientibus
scandalum moueant, & fratres longe positos ac trans mare
constitutos incerta opinione confundant. Viderint qui uel
furori suo, uel libidini seruientes, & diuinæ legis ac sancti-
tatis immemores, iactitare interim gestiunt quæ probare
non possunt: & cum innocentiam destruere atque expu-
gnare non ualeant, satis habent fama mendacij, & falsorum
ore maculas inspergere. Certè quod præpositis & sacerdo-
tibus congruit, danda opera est, ut talia cum à quibusdam
scribuntur, per nos respuantur. Vbi enim erit quod disci-
mus, ac docemus scriptum esse? Contine linguam tuam à ma- Psal. 33. &
lo, & labia tua ne loquantur insidiosè. Item alibi: Os tuum 49.
abundauit malitia, & lingua tua complectebatur insidias:
sedens aduersus fratrem tuum detrahebas, & aduersus fi-
lium matris tuæ ponebas scandalum. Item quod Apostolus Ephes. 4.
dicit: Omnis sermo malus de ore uestro non procedat, sed
bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus.
Porrò hæc fieri debere ostendimus, si quando talia quorun-
dam calumniosa temeritate conscripta sunt, legi apud nos

non patimur, & idcirco frater charißime cum ad me t
aduersum te & compresbyteros tecum considentes scri
uenissent, clero & plebi legi præcepi, quæ religiosam s
plicitatem sonabant, nec ullis maledicorum & conuicior
latratibus perstrepebant. Quòd autem scripta collega
nostrorum qui illic ordinationi tuæ affuerant, desider
mus, non ueteres mores obliti, nouum aliquid quæreba
Nam satis erat, ut tu te episcopum factis literis nuntia
nisi esset ex diuerso discrepans factio, quæ criminosis &
lumniosis commentis suis collegarum pariter ac frat
plurimorum turbaret mentes, & corda confunderet. Cu
sopiendæ necessarium duximus, ut scribentium nobis i
collegarum nostrorũ firma & solida autoritas parere
Qui moribus ac uitæ & disciplinæ tuæ condigna literar
suarum testimonia prædicantes, æmulis quoq; & rer
uel nouitate, uel prauitate gaudentibus, omnem ambige
& discrepandi scrupulum sustulerunt, & secundum c
silium nostrũ salubri ratione liberatas in hoc fluctu æst
tium fratrum mẽtes, syncerè ac firmiter tuum sacerdot
probauerunt. Hoc enim uel maximè frater & laboram
& laborare debemus, ut unitatem à Domino, & per ap
stolos nobis successoribus traditam quantum possumus,
tinere curemus, & quod in nobis est palabundas & err
tes oues, quas quorundam peruicax factio, & hæretica
tatio à matre secernit, in ecclesiam colligamus, illis solis f
remanentibus, qui in obstinatione sua uel furore perse
rauerunt, & ad nos redire noluerunt, discretionis & sep
rationis à se factæ, & ecclesiæ derelictæ ipsi rationem D
mino reddituri. Quantum uerò hic ad presbyterium q
rundam & Felicißimi causam pertinet, quid hic actum s
ut scire posses, literas ad te collegæ nostri manu sua subscr
pt

Vnitas à Deo & apostolis data successoribus seruanda.

ptas miserunt. Qui auditis eis quid senserint, & quid pronuntiauerint, ex eorum literis disces. Melius autem frater facies, si etiam exemplaria literarum, quæ ad te legẽda pro dilectione communi per Calydonium & Fortunatum collegas nostros proximè miseram, quæ de eodem Felicißimo & de presbyterio eiusdem* ad clerum istic, non ad plebem scripseram, legi illic fratribus iubeas, quæ & ordinationem & rationem rei gestæ loquantur, ut tam istic, quàm illic circa omnia per nos fraternitas instruatur. Exemplaria autem eadem nunc quoq; per Meßium hypodiaconum à me missum & Nicephorum acoluthum transmisi. Opto te frater charißime semper bene ualere.

*al's, ad ecclesiam nostrã & ad plebẽ

EPISTOLA XI.

Ad eundem epistola de supradictis hæreticis, qui Cornelium male papam creatum asserebant, uolentes alium constituere.

CYPR. CORNELIO FRA. SAL.

VEnerunt ad nos frater charißime mißi à Nouatiano Maximus presbyter, & Augendus diaconus, & Mecheus quidam, & Longinus. Sed enim cum ex literis quas secum ferebant, & ex eorum sermone atq; asseueratione Nouatianum episcopum factum comperissemus illicitè, & contra ecclesiam catholicam factæ ordinationis prauitate commoti, à communicatione eos nostra statim cohibendos esse censuimus, refutatis interim ac retusis, quæ obstinatè ac pertinaciter asserere tentabant: nam ego & collegæ mei plurimi, qui ad me conuenerant, expectauimus aduentum collegarum nostrorum Calydonij & Fortunati, quos ad te nuper & coëpiscopos nostros, qui ordinationi tuæ affuerant, legatos miseramus, ut eis aduentantibus, & rei gestæ ueritatem reportantibus, maiore autoritate & elucidata per

eos probatione partis aduersæ improbitas frangeretur. S
peruenerunt uerò Pompeius & Stephanus collegæ nostr
qui & ipsi quoq; ad instruendos istic nos manifesta sce
dum grauitatem ac fidem suam indicia ac testimonia pr
tulerunt, ut nec necesse fuerit audiri ultrà eos qui à Nou
tiano uenerant missi. Qui cùm statione inuidiosis quoq; c
uicijs & clamoribus turbulentis prorueret & flagitare
ut crimina quæ se afferre ac probare dicebant publicè à n
bis, & à plebe cognoscerentur: grauitati nostræ nega
mus conuenire, ut collegæ nostri iam delecti et ordinati, c
laudabili multorum sententia comprobati, uentilari ulti
famam ore maledico, & æmulantium uocc pateremur, c
qui à quibus refutati & compressi sunt, & illicitis conat
bus hæresim fecisse nudati sunt, in epistolam congerere le
gum fuit, ex Primitiuo compresbytero nostro plenissi
singula, cum ad uos uenerit, audietis. Ac ne eorum furo
audacia unquam desisteret, hic quoq; in schismatis parti
Christi membra distrahere, & catholicæ ecclesiæ corpu
unum scindere ac laniare nituntur, ut ostiatim per multi
rum domos, uel oppidatim per quasdam ciuitates discurre
tes obstinationis suæ, & erroris sciſi sibi quærant comites
Quibus semel responsum dedimus, nec mandare desistimus
ut perniciosa dissensione & concertatione deposita, impie
tatem esse sciant, matrem deserere: & agnoscant atq; inte
ligant, episcopo semel facto, & collegarum ac plebis testi
monio & iudicio comprobato, alium constitui nullo modo
posse: proinde pacificè sibi ac fideliter consuluisse, ut sit
assertores Euangelij & Christi esse confitentur, prius ad
ecclesiam reuertantur. Opto te frater semper bene ualere.

EPISTOLA XII.

Ad eundem epistola, in qua congratulatur de quibusdam

dam ad ecclesiæ unitatem reuersis, qui à schismaticis depraua-
ti fuerant.

CYPR. CORNELIO FR. SAL.

ET egisse nos & agere frater charissime maximas gratias sine cessatione profitemur Deo patri omnipotenti & Christo eius Domino & deo nostro salutari, quòd sic ecclesia diuinitus protegatur, ut unitas eius & sanctitas non iugiter, nec in totum perfidiæ & hæreticæ prauitatis obstinatione uitietur. Legimus enim literas uestras, & uoti communis amplissimũ gaudium exultanter excepimus. Maximum presbyterum & Vrbanum confessores cum Sidonio & Macario ad ecclesiam catholicam regressos esse, lid est, errore deposito & schismatico, imò hæretico furore deserto, unitatis ac ueritatis domicilium fidei sanitate repetisse, ut unde ad gloriam processerant, illuc glorioſi redirent, ne qui Christum confessi essent, Christi postmodum castra desererent, nec tentarent charitatis, atq; unitatis fidem, qui uicti robore & uirtute non fuerant. Ecce incolumis & immaculata laudis integritas, ecce incorrupta & solida confitentium dignitas, à desertoribus & profugis receſſisse, proditores fidei & ecclesiæ catholicæ impugnatores reliquisse. Merito illos reuertentes summo, ut scribitis, gaudio & clerus & plebs, fraternitas omnis excepit: quoniam in confessoribus gloriam suam conseruãtibus et ad unitatem reuertentibus nemo non socium se & participem eorum gloriæ computat. Huius rei lætitiam de nostris possumus sensibus æstimare, nam cum istic ad literas uestras, quas de eorum confessione misistis, lætus sit omnis fratrum numerus, & summa alacritate hunc nuncium communis gratulationis exceperit, quid illic ubi res ipsa & præsens lætitia sub oculis omnium gerebatur? Cum enim dominus in

Vnitatem ecclesia seruari gaudet.

Luc.15. euangelio suo dicat esse summum gaudium in cœlo super peccatore pœnitentiam agente, quanto magis est gaudium & in terris pariter, & in cœlo super confessoribus ad ecclesiam dei cum gloria sua & cum laude redeuntibus, & redundi uiam cæteris exemplo sui fide & probatione facientibus? Hic enim quosdam fratres nostros error induxerat quòd sibi communicationem confessorum sequi uiderentur. Quo errore sublato, lux omnium pectoribus infusa est, & ecclesia catholica una esse, nec scindi, nec diuidi posse, monstrata est. Nec quisquam iam facilè poterit schismatici furentis uerbis loquacibus decipi, cum probatum sit, bonos & glorioſos Christi milites non potuisse diu aliena fallacia & perfidia extra ecclesiam detineri.

LIBRI II. EPIST. FINIS.

LIBER III. EPI

STOLARVM DIVI CYPRIANI.

EPISTOLA I.

Ad Lucium Papam Romanum ab exilio reuersum epistola ubi de reditu ipsius congaudēs, mirificas ei laudes cōmemorat.

CYPR. CVM COLLEGIS LV-CIO FRATRI SAL.

ET NVPER quidem tibi frater charissime gratulati sumus, cùm te honore gemmato in ecclesiæ suæ administratione confessorem pariter & sacerdotem constituit diuina dignatio, sed & nunc non minus tibi & comitibus tuis atq; uniuersæ fraternitati gratulamur, quòd cū eadē gloria & laudibus uestris reduces uos denuo ad

ad suos fecerit benigna domini & larga protectio, ut pascendo gregi pastor, & gubernandæ naui gubernator, & plebi regendæ rector redderetur, ut appareret relegationem uestram sic diuinitus esse dispositam, non ut episcopus relegatus & pulsus ecclesiæ deesset, sed ut ad ecclesiam maior rediret. Neq; enim in tribus pueris minor fuit martyrij dignitas, quia morte frustrata de camino ignis incolumes exierunt: aut non consummatus Daniel extitit in suis laudibus, quia qui leonibus missus fuerat ad prædam, protectus à Domino, uixit ad gloriam. In confessoribus Christi dilata martyria non meritum confessionis minuunt, sed magnalia diuinæ protectionis ostendunt. Repræsentatum in uobis uidemus, quod apud regem fortes atq; illustres pueri prædicauerunt: Ipsos quidem paratos ardere flammis, ne dijs eius seruirent, aut imaginem quam fecerat, adorarent, deum tamen quem colebant, quemq; & nos colimus, potentem esse ut eos de camino ignis eximeret, & de regis manibus ac de pœnis præsentibus liberaret. Quod inuenimus in confessionis uestræ fide, & in Domini circa uos protectione nunc gestum, ut cum uos parati fueritis & prompti omne subire supplicium, Dominus tamen uos pœnæ subtraheret, & ecclesiæ reseruaret. Regredientibus uobis breuiata non est in episcopo confessionis suæ dignitas, sed magis creuit sacerdotalis autoritas, ut altari dei assistat antistes, qui ad confessionis arma sumenda & facienda martyria, non uerbis plebem, sed factis cohortetur, & imminente antichristo paret ad prælium milites non solum sermonis & uocis incitamento, sed fidei & uirtutis exemplo. Intelligimus frater charissime: & tota cordis nostri luce perspicimus diuinæ maiestatis salutaria & sancta consilia, unde illic repentina persecutio nuper exorta sit, inde contra ecclesiā Christi &

Lucius episcopatui restitutus.

Tempestas ostē dit probatos.

sti & episcopum Cornelium beatum martyrem, uosq; omnes, secularis potestas subito proruperit, ut ad confundendos hæreticos & retundendos ostenderet Dominus, quid esset ecclesia, quis episcopus eius unus diuina ordinatione delectus, qui cum episcopo presbyteri sacerdotali honore coniuncti, quis adunatus, et uerus Christi populus dominici gregis charitate cõnexus, qui essẽt quos inimicus lacesseret, quos ecõtra, quibus diabolus ut suis parceret. Neque enim persequitur et impugnat Christi aduersarius, nisi castra & milites Christi, hæreticos postratos semel & suos factos contemnit & præterit. Eos quærit deijcere, quos uidet stare. Atque utinã nunc facultas daretur frater charissime, ut interesse illic uobis regredientibus possemus, qui uos matre charitate dilegimus, ut aduentus uestri lætissimum fructũ præsentes cum cæteris ipsi quoque caperemus. Quæ illic exultatio omniũ fratrũ? qui concursus atq; cõplexus occurrentium singulorũ? Vix oculis adhærentiũ potest satisfieri, uix uultibus ipsi atq; oculi plebis possunt uidendo satiari de aduentus uestri gaudio. Cognoscere illic fraternitas cœpit qualis & quãta sit secutura Christo ueniẽte lætitia, cuius quia cito propinquabit aduentus, imago iam quædã præcessit in uobis, ut quomodo Ioannes præcursor eius et præuius uenien prædicauit Christũ uenisse, sic nunc episcopo cõfessore Domini & sacerdote redeũte, appareat & Dominũ iam redire. Vicarias uero pro nobis ego & collegæ & fratres omnis has ad uos literas mittimus frater charissime, & præsentantes uobis per epistolam gaudium nostrum, filiobsequia charitatis exprimimus, hic quõque in sacrificijs atq; in orationibus nostris non cessantes Deo Patri & Christo filio eius Domino nostro gratias agere, & orare pariter ac petere, ut qui perfectus est, atque perficiens, custodiat &

Iam tum expectabatur aduentus Christi.

diat & perficiat in uobis confessionis uestræ gloriosam coronam, qui & ad hoc uos fortasse reuocauit, ne gloria esset occulta, si foris essent confessionis uestræ consummata martyria. Nam uictima quæ fraternitati præbet exemplum uirtutis & fidei, præsentibus debet fratribus immolari. Optamus te frater charissime semper bene ualere.

EPISTOLA II.

Ad Maximum & Nicostratum epistola de unitate, petens & rogans, ut ad ecclesiæ redeant unitatem.

CYPR. MAXIMO ET NICOSTRATO & cæteris confessoribus SAL.

CVM frequenter charissimi cognoueritis ex literis meis, quem & confessionis uestræ honorem, & fraternitatis connexæ dilectionem meo sermone seruauerim, credatis quæso, & acquiescatis his literis meis, quibus uos & actui ac laudibus uestris & scribo, & simpliciter & fideliter cõsulo. Grauat enim me atq; contristat intolerabilis perculsi & penè prostrati pectoris mœstitia & perstringit, cum uos illic comperissem contra ecclesiasticam dispositionem, contra euangelicam legem, contra institutionis catholicæ unitatem episcopum alium fieri censuisse, id est, quod nec fas est, nec licet fieri, ecclesiam alteram institui, Christi membra discerpi, dominici gregis animum et corpus unum discissa æmulatione lacerari. Quod quæso ut in uobis saltẽ ilicitũ istud fraternitatis nostræ lissidiũ non perseueret. Sedet cõfessionis uestræ & diuinæ traditionis memores ad matrẽ reuertimini unde prodistis, unde ad cõfessionis gloriã cũ eiusdẽ matris exultatione uenistis. Nec putetis sic uos euãgeliũ Christi asserere, dũ uosmetipsos à Christi grege et ab eius

Ecclesiæ unitatem seruari suadet.

pace

pace et concordia separatis, cũ magis militibus gloriosis & bonis congruat intra domestica castra consistere, & inter positos ea quæ in comunne tractanda sunt, agere ac procedere. Nam cum unanimitas & concordia nostra scindi omnino non debeat, quia nos ecclesia derelicta & foras exire & ad uos uenire non possumus, ut uos magis ad ecclesiam matrem & ad nostram fraternitatem reuertamini, quibus possumus hortamentis petimus & rogamus. Opto uos fratres charissimi semper bene ualere.

EPISTOLA III.

Ad Maximum presbyterum & Vrbanum & Sidonium & Macarium ad ecclesiam reuersos epistola mirifice gratulãs, ad eorum laudẽ referens quicquid in confessione gesserant.

CYPR. MAXIMO PRESBYTERO item Vrbano & Sidonio & Macario fratribus SAL.

LEctis literis uestris fratres charissimi, quas ad me de uestra regressione, & de ecclesiastica pace, ac fraterna redintegratione fecistis, in tantum me lætatum esse confiteor, in quantum fueram & antè lætatus, quando confessionis uestræ gloriam comperi, & militiæ uestræ cœlestem ac spiritualem laudem lætabundus excepi. Nam & hæc fidei & laudis uestræ alia confessio est, unam esse ecclesiam confiteri, nec alieni erroris uel potius prauitatis participem fieri, repetere eadem castra unde prodistis, unde ad gerendum prælium & aduersarum subigendum fortissimis uiribus prosilistis. Illuc enim erant de acie trophæa referenda, unde ad aciem fuerant arma susceptа, ne quos ad gloriã Christi ecclesia parasset, eosden gloriosos Christi ecclesia non haberet. Nunc uero & uos congruentem fidei uestræ tenorem, atque individuæ charitatis & concordiæ legem dominica

nica pace tenuistis, & exemplum cæteris dilectionis & pacis uestro itinere fecistis, ut ecclesiæ ueritas & euangelici sacramenti unitas, quæ à nobis tenebatur, uestro etiam consensu ac uinculo necteretur: nec confessores Christi erroris duces fierent, qui uirtutis & honoris autores laudabiles extitissent. Viderint quantum uobis cæteri gratulentur, uel quantum apud se ipsos singuli glorientur, ego me & gratulari satis uobis, & plus cæteris in hac uestra pacifica regressione & charitate confiteor, simpliciter enim quid in meo corde fuerit, debetis audire. Dolebam uehementer, & grauiter angebar, quòd eis communicare non possem, quos semel diligere cœpissem. Postquàm uos de carcere prodeuntes schismaticus, & hæreticus error excepit, sic res erat, quasi uestra gloria in carcere remansisset. Illic enim resedisse uestri nominis dignitas uidebatur, quando milites Christi non ad ecclesiam de carcere redirent, in quem prius cum ecclesiæ laude & gratulatione uenissent. Nam etsi uidentur in ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet aut fides aut charitas nostra, ut quoniam zizania esse in ecclesia cernimus, ipsi de ecclesia recedamus. Nobis modo laborandũ ut frumentũ esse possimus, ut cum cœperit frumentũ Dominicis horreis cõdi, fructũ pro opere nostro & labore capiamus. Apostolus in epistola sua dicit: In domo autẽ magna non solum uasa sunt aurea & argẽtea, sed & lignea & fictilia, & quæda quidẽ honorata, & quædã uerò inhonorata. Nos operam demus, et quantum possumus laboremus, ut uas aureum uel argenteum simus. Cæterum fictilia uasa cõtra est. Esse non potest maior Domino suo seruus. Nec quisquam sibi quod soli filio pater tribuit, uendicare se putet, ut ad aream uentilandam & purgandam paleam iam ferre

Gratulatur Cyprianus, reuersis ad fidem.

Suspicor fuisse scriptum modo, quod alij uerè rint in imò.

2. Tim. 2.

Ioan. 15.

se

se posse, aut à frumento uniuersa zizania humano iudicio
gregare. Superba est ista obstinatio, & sacrilega præs
ptio, quam sibi furor prauus assumit. Et dum Domin
sibi semper quidem plusquam mitis iustitia deposcit, ass
munt, de ecclesia pereunt: & dum se insolenter extollu
ipso suo tumore excæcati, ueritatis lumen amittunt. Pro
pter quod & nos temperamentum tenentes, & libram D
mini contemplantes, & Dei patris pietatem ac misericor
diam Domini cogitantes, diu multumq; tractatu inter no
habito iusta moderatione agenda librauimus, quæ omn
penitus potestis inspicere lectis libellis, quos hic nuper le
geram, & ad uos quoque legendos pro communi dilectio
ne trãsmiserã, ubi lapsis nec censura deest quæ increpet, no
medicina quæ sanet. Sed et catholicæ ecclesiæ unitatem qua
tum potuit, expressit nostra mediocritas. Quem libellu
magis ac magis nunc uobis placere confido, quando eu
iam sic legitis, ut & probetis, & ametis. Siquidem quo
uos uerbis conscripsimus, uos factis impletis, quando a
ecclesiam charitatis ac pacis unitate remeatis. Opto uos fr
tres charissimi & desideratissimi semper bene ualere.

EPISTOLA IIII.

Ad presbyteros Romæ consistentes epistola, ut curent quædam ipsius scripta plebi nota fieri.

CYPR. PRESBYTERIS ET Diaconis Romæ consistentibus fratribus SAL.

QVales literas ad clerum Romæ agentem fecerim
quidq; illi mihi rescripserint, quid etiam Moyses, &
presbyteri, & Nicostratus, & Ruffinus diaconi, & cæter
cum eis confessores in custodia constituti, quæ ad litera
me

meas rescripserint, ut scire possetis fratres charissimi, exemplaria uobis legenda transmisi. Vos curate quantum potestis pro diligentia uestra, ut scripta nostra, & illorum rescripta fratribus uestris * innotescant. Sed & si qui de peregrinis * al's, innote-
episcopi collegæ mei, uel presbyteri, uel diaconi præsentes scatis
fuerint, uel superuenerint, hæc omnia de uobis audiant. Et si
exẽplaria epistolarum transcribere, & ad uos perferre uolue-
rint, facultatem transcriptionis accipiant. Quamuis & Sa-
tyro lectori fratri nostro mandaui, ut singulis desiderantibus scribendi faciat potestatem, ut in ecclesiarum statu quomodo interim componendo seruetur ab omnibus una fidei consensio. De cæteris uerò quæ agenda erunt, sicut & collegis meis plurimis scripsi, plenius consilio tractabimus, quando conuenire in unum, permittente Domino cœperimus. Opto uos fratres charissimi ac desideratissimi semper bene ualere. Fraternitatem salutate. Valete.

EPISTOLA V.

Ad eosdem epistola, in qua commemorat quicquid tempore persecutionis gesserit, & à maledicis se expurgat.

CYPR. PRESBYTERIS ET Diaconis Romæ consistentibus fratribus SAL.

QVoniam comperi fratres charissimi minus simpliciter & minus fideliter uobis renunciari quæ hic à nobis gesta sunt, & geruntur, necessarium duxi has ad uos literas facere, quibus actus nostri, & disciplinæ, & diligentiæ ratio redderetur. Nam sicut Domini mãdata instruunt, statim turbationis impetu primo, cum me clamore uiolento frequẽter populus flagitasset, non tam meam salutem, quàm quietem fratrum publicam cogitans interim secessi, ne per

Populus desiderabat episcopum.

l inuer

inuerecundam præsentiam nostram seditio quæ cœper
plus prouocaretur. Absens tamen corpore, nec spiritu,
actu, nec monitis meis defui, quò minus secundum Dom
præcepta fratribus nostris in quibus possem, mea medio
Tredecim epistolæ. tate consulerem. Et quid egerim, loquuntur uobis epis
pro temporibus missæ numero tredecim, quas ad uos tra
misi, in quibus nec clero consilium meum, nec confessori
exhortatio, nec extorribus, quæ oportuit, obiurgatio,
uniuersæ fraternitati ad deprecandam Dei misericordi
allocutio & persuasio nostra defuit, quantum secundum
gem fidei & timorem Dei domino suggerente, nostra
diocritas potuit niti. Posteà uero quàm & tormenta
runt, siue iam tortis fratribus nostris, siue adhuc ut tor
rentur inclusis, ad corroborandos & confortandos eos
ster sermo penetrauit. Item cum comperissem eos qui fa
legis contactibus manus suas, atq; ora maculassent, uel
fandis libellis, nihilominus conscientiam polluissent, ex
Ad pro apud. bire ad martyres passim, confessores quoq; importuna
gratiosa deprecatione corrumpere, ut sine ullo discrim
Libellui. atq; examine singulorum darentur quotidie libellorum
lia contra euangelij legem, literas feci, quibus martyres
confessores consilio meo, quantũ possem, ad Dominica p
cepta reuocarem. Item presbyteris & diaconis non de
sacerdotij uigor, ut quidam minus disciplinæ memores
temeraria festinatione præcipites, qui cum lapsis comm
nicare iam cœperant, comprimerentur. Intercedentibus
bis plebi ipsi quoq; quantum potuimus, composuimus, &
in ecclesiastica disciplina seruarentur, instruximus. P
modùm uerò cum quidam de lapsis, siue sua sponte, siue
quo incitatore audaci flagitatione prorueret, ut pacem
à martyribus & confessoribus promissam extorquere
fec

lento impetu niterentur, de hoc etiam bis ad clerum literas
feci: & legi eis mandaui, ut ad illorum uiolentiam interim
quoquo genere mitigandam, si qui libello à martyribus ac-
cepto de seculo excederẽt, exomologesi facta & manu eius
in pœnitẽtiã imposita, cum pace sibi à martyribus promissa
ad Dominum remitterentur. Nec in hoc legem dedi, aut me
autorem temere constitui. Sed cum uideretur & honor mar
tyribus habendus, & eorum qui omnia turbare cupiebant,
impetus comprimẽdus, & præterea uestra scripta legissem,
quæ ad clerum nostrum per Crementum hypodiaconum
nuper feceratis, ut ijs qui post lapsum infirmitate apprehen
si essent, & pœnitentes communicationem desiderarent,
subueniretur, standum putaui & cum uestra sententia, ne
actus noster qui adunatus esse & consentire circa omnia de-
bet, in aliquo discreparet, planè cæterorum causas quamuis
libello à martyribus accepto differri mandaui, & in no-
stram præsentiam reseruari, ut cùm pace à Domino nobis
data plures præpositi conuenire in unum cœperimus, com-
municato etiam uobiscum consilio disponere singula & for
mare possimus. Opto uos fratres charissimi semper bene
ualere.

EPISTOLA VI.

Ad eosdem epistola, rogans ut his fratribus qui in carcere erant constituti, omnis humanitas præbeatur, ac tempus eorum annotetur qui diem suum obeunt.

CYPR. PRESBYTERIS ET Diaconis fratribus SAL.

QVanquàm sciam uos fratres charissimi literis meis frequenter admonitos esse, ut gloriosa uoce Domino confessis, & in carcere constitutis omnis diligentia præ-
beatur, tamen identidem uobis incumbo, ne quid ad curam

deſit ijs quibus ad gloriam nihil deeſt. Atq; utinam loci gradus mei conditio permitteret, ut ipſe nunc præſens poſſem, promptus & libens ſolenni miniſterio cuncta fortißimos fratres noſtros dilectionis obſequia complere Sed officium meum uestra diligentia præſentet, & fi omnia quæ fieri oportet circa eos, quos in talibus me fidei ac uirtutis ſuæ illuſtrauit diuina dignatio. Corpor etiam omnium (qui etſi torti non ſunt, in carcere tamen g rioſo exitu mortis excedunt) impartiatur & uigilantis cura propenſior. Neq; enim uirtus eorum aut honor m eſt, quo minus ipſi quoq; inter beatos martyres agrega tur. Quod in illis eſt, tolerauerunt quicquid tolerare pa & prompti fuerant. Qui ſe tormentis & morti ſub oc Dei obtulit: paſſus eſt quicquid pati uoluit. Non enim tormentis, ſed tormenta ipſi defuerunt. Sicut ſcriptum

Marci 8. Qui in me confeſſus fuerit coram hominibus, & ego in confitebor coram patre meo qui in cœlis eſt. Confeſſi

Matth.10. Dicit Dominus: Qui tolerauerit uſq; in finẽ hic ſaluus Tolerauerunt, & ad finem uſq; incorrupta & immacu

Apoc.2. uirtutum ſuarum merita pertulerunt. Et iterum ſcrip eſt, Eſto fidelis uſq; ad mortem, & dabo tibi coronam Vſq; ad mortẽ fideles & ſtabiles, & inexpugnabiles p uenerunt. Cum uoluntati noſtræ & confeßioni in carc

* al's, accedit Martyrum cõmemoratio.

& uinculis * accidit moriendi terminus, conſummata ma tyris gloria eſt. Deniq; & dies eorum quibus excedun notate, ut commemorationes eorum inter memorias mar rum celebrare poßimus. Quanquam Tertullus fideliſſim & deuotißimus frater noſter inter cætera ſolicitudin & curam ſuam cum fratribus in omni obſequio opera nis impartit, qui nec illic circa curam corporum deeſt, ſe pſerit ac ſcribat, ac ſignificet mihi dies quibus in carc

beati fratres noſtri ad immortalitatem glorioſæ mortis exitu tranſeunt, & celebrentur hic à nobis oblationes & ſacrificia ob commemorationes eorum, quæ cito uobiſcum domino proſperante celebrabimus. Pauperibus quoq; (ut ſæpe iam ſcripſi) cura ac diligentia uestra non deſit, ijs tamen qui in fide ſtantes, & nobiſcum fortiter militantes, Christi caſtra non reliquerunt: quibus quidem nunc maior à nobis dilectio & cura præſtanda eſt, quòd nec paupertate adacti, nec perſecutionis tempeſtate proſtrati, dum Domino fideliter ſeruiunt, cæteris quoq; pauperibus exemplum fidei præbuerunt. Opto uos fratres chariſſimi ac deſideratiſſimi ſemper bene ualere, & noſtri meminiſſe. Fraternitatem meo nomine ſalutate.

Pauperes commendat.

EPISTOLA VII.

Ad Lucium & qui cum eo ſunt epiſtola, de acceptis literis non mediocres gratias referens.

CYPR. FRATRI ET COLLEGAE Lucio, & qui cum eo ſunt fratres omnes, in Deo SALVTEM.

EXultantibus nobis & lætantibus in Deo, quòd nos in congreßione armauerit, & in prælio uictores ſua dignatione fecerit, ſuperuenerunt literæ tuæ frater chariſſime, quas per Herennianum hypodiaconum, & Lucanum, & Maximum, & Amantium acoluthos miſiſti nobis, quibus lectis recepimus in uinculis laxamentum, in preſſura ſolatium, & in neceßitate præſidium, & excitati ſumus & robuſtius animati ad ſi quid amplius fuerit pœnarum. Nam ante paßionem à te ſumus ad gloriam prouocati, qui prior nobis ducatum ad confeßionem nominis Christi præbuiſti. Nos uero ſecuti ueſtigia confeßionis tuæ parem gratiam

tecum speramus. Nam qui prior est in cursu, prior est ad præmium, & qui prior occupasti, de quo cœpisti, hoc nobis communicasti, demonstrationem scilicet & in uiduam charitatem, qua semper nos dilexisti, ut qui unus fuit spiritus in coniunctione pacis, esset precum rum gratia & una corona confessionis. Accessit autem frater charissime ad confessionis coronam retributio rum abundans mensura, quam accipies à Domino in dic munerationis, qui te nobis literis tuis repræsentasti, ut ctus illud tuum cãdidum & beatum, quod semper nouim manifestares, & secundum latitudinem eius nobiscum l des deo diceres, non quantũ nos meremur audire, sed qu tum tu potes dicere. Tuis enim uocibus & quæ minu nobis instructa erant & ornasti, & confirmasti ad susti tationem earundem passionum, quas patienter ferimus, curi de præmio cœlesti & de corona martyrij, & de gno Dei ad prophetiam quam literis tuis spiritu sancto p nus spopondisti. Hoc totum fiet dilectissime, si nos orati nibus tuis in mente habueris. Quod & te facere confi sicut & nos utiq; facimus. Accepimus itaq; frater desider tissime, id quod à Quirino, & à te ipso misisti sacrificia ex omni opere mundo, sicut & Noë obtulit Deo, & de ctatus est Deus in odore suauitatis, & respexit in sacri cium eius: Ita & in uestrum respiciat, & delectetur red re uobis huius tam boni operis mercedem. Peto autem ut l teras quas ad Quirinũ fecimus, transmitti præcipias. Op te frater charissime ac desideratissime semper bene ualere & nostri meminisse. Saluta omnes qui tecum sunt.

EPISTOLA VIII.

Ad Fidum presbyterum epistola de infantibus baptizandis.

CYPR.

CYPR. ET CAETERI COLLEGÆ qui in concilio affuerunt numero LXVI. Fido fratri SALVTEM.

LEgimus literas tuas frater charissime, quibus significasti de Victore quodam presbytero, quòd ei antequàm pœnitentiam plenam egisset, & Domino Deo in quem deliquerat, satis fecisset, temere Therapius collega noster immaturo tempore & præpropera festinatione pacem dederit. Quæ res nos satis mouit, recessum esse à decreti nostri autoritate, ut ante legitimum, & plenum tempus satisfactionis, & sine petitu & conscientia plebis nulla infirmitate urgente, ac necessitate cogente pax ei concederetur. Sed librato apud nos diu cõsilio, satis fuit obiurgare Therapium collegam nostrum, quòd temere hoc fecerit, & instruxisse ne quid tale de cætero faciat. Pacem tamen quomodocunq; à sacerdote Dei semel datam non putauimus auferendam, ac per hoc Victori communicationem sibi traditam usurpare permisimus. Quantum uero ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum uel tertium diem quo nati sunt constitutos baptizari non oportere, & considerandam legem esse circuncisionis antiquæ, ut intra octauum diem eum qui natus est, baptizandum & sanctificandum non putares, longe aliud in concilio nostro omnibus uisum est. In hoc enim quod tu putabas esse faciendum, nemo consensit, sed uniuersi potius iudicauimus, nulli hominum nato misericordiam Dei & gratiam denegandam. Nam cum Dominus in euangelio suo dicat: Filius hominis non uenit animas hominum perdere, sed saluare, quantum in nobis est, si fieri potest, nulla anima perdenda est. Quid enim ei deest, qui semel in utero, Dei manibus formatus est? Nobis enim atq; oculis nostris secundum dierum secularium cursum ac-

Therapius decreti transgressor.

Baptizandi institutio.

Luc. 9.

cipere qui nati sunt incrementum uidentur, cæterum q
Opera dei perfecta. cunque à Deo fiunt, Dei factoris maiestate & opere pe
cta sunt. Esse deniq; apud omnes siue infantes, siue maio
natu unam diuini muneris æqualitatem, declarat nobis
pturæ diuinæ fides cum Helisæus super infantem uidua
lium qui mortuus iacebat, ita se Deum deprecans sup
4. Reg. 4. strauit, ut capiti caput, & facici facies applicaretur,
superfusi Helisæi membra singulis paruuli membris &
des pedibus iungerentur. Quæ res si secundum natiuita
nostræ & corporis qualitatem cogitetur, adulto & p
uecto infans non posset æquari, nec cohærere & suffic
possent parua membra maioribus. Sed illic æqualitas d
na & spiritualis exprimitur, quòd pares atq; æquales
Homines pares. omnes homines, quando à Deo semel facti sunt, & p
ætatis nostræ incremẽtis corporum secundum seculum,
secundum Deum habere discrimen, nisi & gratia ipsa,
& baptizatis datur pro ætate accipientium uel minor
maior tribuitur, cum spiritus sanctus non de mensura
de pietate, atque indulgentia paterna, æqualis omni
Coloss. 3. præbeatur. Nam Deus ut personam non accipit, sic nec
tem, cum se omnibus ad cœlestis gratiæ consequution
æqualitate librata præbeat patrem. Nam & quòd uet
gium infantis in primis partus sui diebus constituti, m
dum non esse dixisti, quod unusquisq; nostrum adhuc
reat exosculari, nec hoc putamus ad cœlestem gloriam d
Titum. 1. dam impedimento esse oportere. Scriptum est enim: Om
sunt munda mundis. Nec aliquis nostrum id debet ho
rere, quod Deus dignatus est facere. Nam etsi adhuc
fans à partu nouus est, non ita est tamen ut quisquam
lum in gratia danda, atq; in pace facienda horrere debe
osculari, quando in osculo infantis unusquisq; nostrum p

sua religione ipsas adhuc recentes dei manus debeat cogita
re, quas in homine modò formato & recens nato quodam
modo exosculamur, quando id quod Deus fecit amplecti
mur. Nam quod in Iudaica circuncisione carnali octauus *Circuncisionis dies.*
dies obseruabatur, sacramentum est in umbra, atq; imagine
antè præmissum, sed ueniente Christo in ueritate comple
tum. Nam quia octauus dies * idem post sabbatum primus * als, id est
dies futurus erat, quo Dominus resurgeret & nos uiuifica
ret, & circũcisionem nobis spiritualem daret, hic dies octa
uus, id est, post sabbatum primus & Dominicus præcessit
in imagine. Quæ imago cessauit postmodum superuenien
te ueritate, & data nobis spirituali circuncisione. Propter
quod neminem putamus à gratia consequenda impediẽdum
esse ea lege, quæ iam statuta est, nec spiritualem circuncisio
nem impediri carnali circuncisione debere. Sed omnem o- *Gratia nulli de neganda.*
mnino hominem admittendum esse ad gratiam Christi, cum Actu. 10.
& Petrus in Actibus Apostolorum loquatur & dicat: Do
minus mihi dixit neminem hominem communem dicendum
& immundum. Cæterum, si homines impedire ad aliud
consecutionem gratiæ posset, magis adultos & proue
ctos, & maiores natu possent impedire peccata grauiora.
Porrò autem si etiam grauissimis delictoribus & in
Deum multum antè peccantibus, cum posteà credide
rint, remissa peccatorum datur, & à baptismo, atque *Baptismus ne-*
gratia nemo prohibetur: quanto magis prohiberi non debet *mini deneganda.*
infans, qui recens natus nil peccauit, nisi quòd secundum
Adam carnaliter natus contagium mortis antiquæ prima
natiuitate contraxit? Qui ad remissam peccatorum accipi
endã hoc ipso facilius accedit, quòd illi remittũtur non pro
pria, sed aliena peccata. Et idcirco frater charissime hæc fuit
in concilio nostra sententia à baptismo atq; à gratia Dei (qui

omnibus misericors & benignus & pius est) neminem p
nos debere prohiberi. Quod cum circa uniuersos obser
dum sit atq; retinendum, tum magis circa infantes ipsos
recẽs natos obseruandum putamus, qui hoc ipso de ope
stra ac de diuina misericordia plus merentur, quòd im
mo statim natiuitatis suæ ortu plorantes ac flentes nil al
faciunt, quàm deprecantur. Optamus te frater charissi
semper bene ualere.

EPISTOLA IX.

Ad Rogatianum episcopum epistola de diacono qui con
episcopum contẽdit, in qua docet quæ sit sacerdotalis potest
debereq; diaconum audaciæ suæ pœnitentiam agere.

CYPR. ROGATIANO FR. SAL.

GRauiter & dolenter commoti sumus, ego & colleg
mei, qui præsentes aderant, frater charissime, lectis l
teris tuis, quibus de diacono tuo conquestus es, quòd immo
mor sacerdotalis loci tui, ac ministerij sui oblitus, contume
lijs & iniurijs suis te exacerbauerit, & tu quidem honor
fice circa nos & pro solita tua humilitate fecisti, ut malis
de eo conqueri, cum pro episcopatus uigore & cathedr
autoritate haberes potestatem, qua posses de illo statim uin
dicari: certus quòd collegæ tui omnes ratum haberem
quodcunq; circa diaconum tuum contumeliosum sacerdo
tali potestate fecisses, habens circa huiusmodi homines præ
cepta diuina, cum Dominus Deus in Deuteronomio dicat:
Deut.17. Et homo quicunq; fuerit in superbia, ut non exaudiat sacer
dotem aut iudicẽ, quicunq; fuerit in diebus illis, morietur ho
mo ille, & omnis populus cum audierit, timebit: & non a
gent impie etiam nunc, & ut sciamus hanc Dei uocem cum
uera & summa maiestate eius processisse ad honorandos ac
uindicandos sacerdotes suos, cum aduersus Aaron sacerdo
tem

tem tres de ministris Chore, Dathan, & Abiron, ausi Numeri 16.
sunt superbisse, & ceruicẽ suam extollere, sacerdoti præpo-
sito se adæquare, hiatu terræ absorpti ac deuorati, pœnas
statim sacrilegæ audaciæ persoluerunt. Nec soli illi, sed &
cæteri ducenti quinquaginta, qui eis comites ad audaciam
fuerunt, prorumpente à Domino igne consumpti sunt, ut
probarentur sacerdotes Dei ab eo qui sacerdotes facit uin-
dicari. In libro quoque Regum, cum Samuel sacerdos à Iu- 1.Reg.8.
dæorum populo ob senectutem (sicut tu modo) contemne-
retur, exclamauit iratus Dominus & dixit: Non te spreue-
runt, sed me spreuerunt. Et ut hoc ulciscereturexcitauit eis
Saul regem, qui eos iniurijs grauibus affligeret, & per o-
mnes contumelias & pœnas superbum populum calcaret
& premeret, ut contemptus sacerdos de superbo populo ul-
tione diuina uindicaretur. Sed & Salomon in spiritu sancto
constitutus, testatur & docet, quæ sit sacerdotalis autoritas
& potestas, dicens: Ex tota anima tua time Deum, & sacer Eccles.7.
dotes eius sanctifica. Et iterum: Honora Deum ex tota ani-
ma tua, & honorifica sacerdotes eius. Quorum præce-
ptorum memor beatus Apostolus Paulus, secundũ quod in
Actis Apostolorum legimus, cum ei diceretur: Sic insilis in Actuum 23.
sacerdotem Dei maledicendo? Respondit & dixit: Nescie-
bam fratres quia pontifex est: scriptum est enim: Princi- Exod.22.
pem populi tui non maledices. Dominus etiam noster ipse
IESVS Christus rex & iudex & Deus noster usque ad
passionis diem seruauit honorem pontificibus & sacerdoti-
bus, quamuis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Christi
seruassent. Nam cum leprosum emundasset, dixit illi: Vade Luc.5.
& monstra te sacerdoti, & offer donum. Humilitate ea qua
nos quoque esse humiles docuit, sacerdotem adhuc appel-
labat, quem sciebat esse sacrilegum. Item sub ictu passio-
nis

Ioan.18. nis cum alapam accepisset, & ei diceretur: Sic respond
pontifici? nihil ille contumelioſe loquutus est in perſon
pontificis, ſed magis innocentiam ſuam tuitus est, dicen
Si malè loquutus ſum, exprobra de malo: ſi autem bene
quid me cædis? Quæ omnia ab eo ideò facta ſunt humil
ter et patienter, ut nos humilitatis ac patientiæ haberem
exemplum. Docuit enim ſacerdotes ueros legitimè & p
nè honorare, dum circa falſos ſacerdotes ipſe talis extit

Ordinis eccleſiaſtici ſeries. Meminiſſe autem diaconi debent, quoniam Apoſtolos,
eſt, epiſcopos & præpoſitos Dominus elegit: Diacono
autem poſt aſcenſum Domini in cœlos, Apoſtoli ſibi co
ſtituerunt epiſcopatus ſui & eccleſiæ miniſtros. Quòd ſi
nos aliquid audere contra Deum poſſumus, qui epiſcopo
facit, poſſunt & ij contra nos audere, à quibus diaconi fi
unt, & ideo oportet diaconum de quo ſcribis, agere au
daciæ ſuæ pœnitentiam, ut honorem ſacerdotis agnoſcat, &
epiſcopo præpoſito ſuo plena humilitate ſatisfacere. Hæ
ſunt enim initia hæreticorum, & ortus atque conatus ſchiſ
maticorum malè cogitantium, ut ſibi placeant, ut præpoſi
tum ſuperbo tumore contemnant. Sic de eccleſia recedi
tur, ſic altare profanum foris collocatur, ſic contra pacem
Chriſti & ordinationem atque unitatem Dei rebellatur.
Quòd ſi ultrà te contumelijs ſuis exacerbauerit & pro
uocauerit, fungaris circa eum poteſtate honoris tui, ut eum
uel deponas uel abſtineas. Nam ſi Apoſtolus Paulus de

1.Tim.4. Timotheum ſcribens dixit: Iuuentutem tuam nemo deſpi
ciat: quanto magis tibi à collegis tuis dicendum eſt: Se
nectutem tuam nemo deſpiciat? Et quoniam ſcripſiſti quer
dam cum eodem diacono tuo ſe miſcuiſſe, & ſuperbiæ eius
atque audaciæ participem eſſe, hunc quoque, & ſi qui
alij tales extiterint, & contra ſacerdotem Dei fecerint, uel
coërce

coërcere poteris, uel abſtinere. Niſi quod hortamur & mo-
nemus, ut peccaſſe ſe potius intelligant & ſatisfaciant, &
nos propoſitum noſtrum tenere patiantur. Magis enim *Votum ſacer-*
optamus & cupimus contumelias & iniuriam ſingulorum *dote dignum.*
clementi patientia uincere, quàm ſacerdotali licentia uindi-
care. Opto te frater chariſſime ſemper bene ualere.

EPISTOLA X.

Ad presbyteros & diaconos epiſtola, ut diligentiores ſint cir
ca ea gerenda, quæ adminiſtratio religioſa depoſcit.

CYPRIANVS PRESBYTE-
ris & Diaconis fratrib. SAL.

OPtaueram quidem fratres chariſſimi, ut uniuerſum
clerum noſtrum integrum & incolumem meis literis
ſalutarem. Sed quoniam infeſta tempeſtas, quæ plebem no-
ſtram ex maxima parte proſtrauit, hinc quoque addit no-
ſtris doloribus cumulum, ut etiam cleri portionem ſua ſtra-
ge perſtringeret, oramus Dominum, ut uos, quos in conſtan
tia & fidei uirtute ſtare cognouimus, tutos quoq; in poſte-
rum per diuinam miſericordiam ſalutemus. Et quanquàm
cauſſa compelleret, ut ipſe ad uos properare & uenire de-
berem, primò cupiditate & deſiderio ueſtri, quæ res in uo-
tis meis ſumma eſt, tum deinde ut ea quæ circa eccleſiæ gu-
bernaculum utilitas comunis expoſcit, tractare ſimul &
plurimorum conſilio examinata delimare poßimus: tamen
potius uiſum eſt adhuc interim latebram & quietem tenere
reſpectu utilitatum aliarum, quæ ad pacem omnium noſtro-
rum pertinent & ſalutem, * quarum uobis à Tertullo fra- *als, quorum*
tre noſtro chariſſimo ratio reddetur, qui pro cætera ſua cu-
ra, quam impensè diuinis operibus impartit, etiam huius
conſilij autor fuit, ut cautus & moderatus exiſterem, nec
eis

eis locis in quibus toties flagitatus & quæsitus fuissem, temere committerem. Fretus ergo dilectione & religio uestra, quam satis noui, his literis & hortor & mando ut uos quorum minime illic inuidiosa & non adeo per culosa præsentia est, uice mea fungam in circa gerenda ea, quæ administratio religiosa deposcit. Habeatur interea quantum potest pauperum cura, sed qui tamen incõcussa de stantes gregem Christi non reliquerunt, ut his ad tolera dam penuriam sumptus per uestram diligentiam suggeratur, ne quod circa fidentes tempestas non fecit, circa labo rantes necessitas faciat. Confessoribus etiam gloriosis im partiatur cura propensior. Et quanquàm sciam plurimos ex his fratrum uoto & dilectione susceptos, tamen si qui sunt, qui uel uestitu, uel sumptu indigeant, sicut etiam pri dem uobis scripseram, cum adhuc essent in carcere constitu ti, subministrentur eis quæcunque necessaria sunt, ut sciant ex nobis, & instruantur et discant, quid secundum scriptu rarum magisterium ecclesiastica disciplina deposcat, huma les & modestos & quietos esse debere, ut honorem sui mi nimis seruent, ut qui gloriosi uocc fuerunt, sint & mori gloriosi. Faciant se dignos, ut in omnibus Dominum pro rẽtes, ad cœlestem coronam laudis suæ consummatione per ueniant. Plus enim supereſt, quàm quod transactum uidetur. Eccles.11. cum scriptum sit: Ante mortem ne laudes hominem quem Apoc.2. quam. Et iterum: Esto fidelis usq; ad mortem, & dabo tibi Matth.10. coronã uitæ. Et Dominus quoq; dicat: Qui toleraverit usq; ad finem, hic saluabitur. Imitentur Dominum, qui sub ipso Ioan.13. tempore passionis non superbior, sed humilior fuit. Tunc e nim discipulorum suorum pedes lauit, dicens: Si ego laui pe des uestros magister & Dominus, & uos debetis alio rum pedes lauare. Exemplum enim dedi uobis, ut sicut ego fe & uos

Non cuiuis pauperi subueniendum.

& uos alijs faciatis. Item Pauli Apostoli documenta testantur, qui post carcerem sæpe repetitum, post flagella, post be stias, circa omnia mitis & humilis perseuerauit, nec post tertium cœlum & paradisum quicquam sibi insolenter assumpsit, dicens: Neq; enim gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore et fatigatione nocte & die operantes, ut ne quem uestrum grauaremus. Hæc singula oro uos in simuate fratribus nostris. Et quia is exaltabitur, qui se humiliauerit, nunc est ut magis insidiantem aduersarium metuant, qui fortiorem quenq; magis aggreditur, & acrior fa ctus hoc ipso, quia uictus est, superantem superare conatur. Dominus faciat, ut & ego iterum illos uidere & salutari exhortatione componere mentes eorum ad seruandam glo riam suam possim. Doleo enim quando audio quosdam im probe & insolenter discurrere ad ineptias, uel ad discordias uocare, Christi membra etiam Christum confessa per con cubitus illicitos inquinari, nec à diaconis, aut presbyteris re gi posse: sed id agere, ut per paucorum prauos et malos mo res, multorum & bonorum confessorum gloria honesta ma culetur: quos uereri debent, ne ipsorum testimonio & iudi cio condemnati ab eorum societate priuentur. Is enim de mum confessor illustris & uerus est, de quo postmodum non erubescit ecclesia, sed gloriatur. Ad id uerò quod scri pserunt mihi compresbyteri nostri Donatus et Nouatus, & Curdius, solus rescribere nil potui, cum à primordio episco patus mei statuerim nihil sine consilio uestro, & sine con sensu plebis meæ priuatim sententia gerere. Sed cum ad uos per Dei gratiam uenero, tunc de ijs quæ uel gesta sunt, uel gerẽda, sicut honor mutuus poscit, in cõmune tractabimus.

Paucorum malitia cæteros infecit.

EPISTOLA XI.

Ad Cornelium Papam epistola, de nonnullis ad ecclesiam reuersis,

uersis, qui schismaticorum uenenata astutia circumuenti fue-

CYPR. CORNELIO FRATRI SAL.

QVantam solicitudinem & anxietatem sustinuimus his confessoribus, qui dolo & malitia hominis callidi & ueteratoris fuerant circumuenti et pene decep & ab ecclesia alienati, tantam lætitiam adepti sumus, Deo omnipotenti, Christo Domino nostro gratias ag cum eos cognito suo errore intelligamus homunis m uelut serpentis astutia uenenata derelicta, ad ecclesiam de exierant, sicut ipsi ex suo corde profitentur, simplici luntate uenisse. Et primò quidem fratres nostri proba dei, amantes pacem, unitatem optantes, tumorem illorum rum mollitiem nuntiabant. Fides tamen non idonea, ut lè nobis credere daretur, illos penitus esse mutatos. P uerò quàm Vrbanus & Sidonius confessores ad presb ros nostros uenerunt, affirmantes Maximum confess & presbyterum secum pariter cupere in ecclesiam re sed quoniam multa præcesserant ab eis designata, qua quoque episcoporum nostrorum & meis literis cogn sti, ne temere eis fides haberetur, ex ipsorum ore & con sione ista quæ per legationem mandauerant, placuit au Qui cum uenissent, et à presbyteris quæ gesserāt exigere tur, nouissime quod per omnes ecclesias literæ calumnijs maledictis plenæ eorum nomine frequēter missæ fuissent pene omnes ecclesias perturbassent, circūuentos se esse a mauerunt, neque in istis literis quid inesset, scisse tantūmo circunductos se commisisse quoque schismata & hæresi tores fuisse, ut paterētur & manus quasi episcopatum im ni,* qui cum et cæteris fuissent exprobrarētur, aut abol tur, & de memoria tollerentur, deprecati sunt. Omni actu me perlato placuit cōtrahi presbyterium. Affuerunt et epis-

*Forte sic legēdum, qui cū & in cæteris fuisse exprobarentur, ut aboleren tur & de memoria, &c.

episcopi quinq;, qui & hodie præsentes fuerunt, ut firmato consilio, quid circa personam eorum obseruari deberet consensu omnium statueretur. Et ut motum omnium & consilium singulorum dignosceres, etiam sententias nostras placuit in notitias uestras perferri, quas et subiectas leges. His gestis in presbyterium uenerunt Maximus, Vrbanus, Sidonius, & pleriq; fratres qui eis se adiunxerunt, summis precibus desiderantes, ut ea quæ ante fuerant gesta, in oblionem cederent, nullaq; eorum mentio haberetur, perinde atq; si nihil esset uel commissum, uel dictum inuicem, omnibus remissis cor mundum & purum, sequentes Euangelicam uocem, beatos esse puros corde, quòd iam sperent Dominum. Quod erat consequens omnis hic actus populo fuerat insinuandus, ut & ipsos uiderent in ecclesia constitutos, quos errantes & palabundos iam uiderāt & dolebant: quorum uoluntate cognita, magnus fraternitatis concursus factus est. Vna uox erat omnium gratias Deo agentium, gaudium pectoris lacrymis exprimentes, complectentes eos quasi hodie pœna carceris fuissent liberati. Et ut ipsorum propria uerba designem: Nos, inquiunt, Cornelium episcopum sanctissimæ catholicæ ecclesiæ erectum à Deo omnipotente & Christo Domino nostro scimus. Nos errorem nostrum confitemur. Cicumuenti sumus perfidiæ loquacitate factiosa amentes. Videbamur quasi quandam communicationem cum schismatico homine habuisse. Sycera tamen mens nostra semper in ecclesia fuit, nec ignoramus unum Deum esse, & unum Christum esse Dominum, quem confessi sumus, unum spiritum sanctum, unum episcopum in catholica ecclesia esse debere. Ista eorum professione nō moueremur, ut quod apud potestatem seculi erant confessi, in ecclesia constituti comprobarent. Quapropter

Reuersi ad fidē.

Solœcismus.

Maximum presbyterum locum suum agnoscere iussi
Cæteros cum ingenti populi suffragio recepimus. Om
autem remisimus Deo omnipotenti, in cuius potestate
omnia reseruata. Hæc igitur frater eadem hora, eodem
mento ad te perscripta transmisimus, & Nicephorum
luthum descendere ad nauigandum festinantem, ad uos
tim dimisi, ut nulla procrastinatione habita, uelut pre
in isto clero, & in isto populi cœtu Deo omnipotenti
Christo Domino nostro gratias ageres. Credimus au
fore, quinimo iam pro certo confidimus, cæteros quos
in hoc errore sunt constituti, in ecclesiam breui reuersu
cum autores suos uiderint nobiscum agere. Has literas p
te debere frater & ad cæteras ecclesias mittere, ut om
sciant schismatici huius & hæretici dolum & præsu
tionem de die in diem euacuari.

EPISTOLA XII.

Ad eundem de quibusdam schismaticis epistola.

CYPR. CORNELIO FRA. SAL.

NE quid minus ad pœnam futuram huius sceleratis
minis deesset, prostratus uirtutibus Dei (cum Ma
nus & Longinus, & Macheus inde fuissent expulsi) ad
resurrexit, & sicut prioribus literis tibi, quas per Aug
dum confessorem misi, significaueram Nicostratum &
uatum, & Euaristum, & Primum, & Dionysium illic
peruenisse. Inuigiletur ergo ut omnibus coëpiscopis no
Nicostratus ceus criminũ. & fratribus innotescat, Nicostratum multorum crimi
rum, & non solum patronæ suæ carnali, cuius rati
gessit, fraudes & rapinas fecisse, uerum etiam, quod e
ad perpetuam pœnam reseruatum, ecclesiæ deposita nõ
Euaristus schismatis autor. dica abstulisse: Euaristum uerò autorem schismatis fuisse
successorem plebi, cui antea præfuerat, in locum eius p

pum esse constitutum. Maiora uerò & grauiora hic de
signauit malitia & inexplebili prauitate sua, quàm quæ
illic apud suos semper exercuit, ut scias quales duces &
protectores schismaticus & hæreticus lateri suo semper
iunctos habeat.

EPISTOLA XIII.

Ad Stephanum epistola de Martiano Arelatẽsi episcopo hæ
resiarcha, ut eo abstento, alius loco eius substituatur, & in refo
uendis Christi ouibus diligentia plena exhibeatur.

CYPR. STEPHANO FR. SAL.

EVastinus collega noster Lugduni consistens frater cha
rissime semel atq; iterum mihi scripsit, significans ea
quæ etiam uobis scio utiq; nuntiata tam ab eo, quàm cæteris
coëpiscopis nostris in prouincia constitutis, quòd Martia
nus Arelate consistens, Nouatiano se coniunxerit, & à ca
tholicæ ecclesiæ ueritate atq; à corporis nostri & sacerdo
tij consensione disiunxerit, tenens hæreticæ præsumptionis
durissimam prauitatem, ut seruis Dei pro eo dolentibus, &
ad ecclesiam lacrymis & gemitu, & dolore pulsantibus
diuinæ pietatis & lenitatis paternæ solatia & subsidia clu
dantur, nec ad fouenda uulnera admittantur uulnerati, sed
sine spe pacis & communionis relicti ad luporum ra
pinam & prædam diaboli proiciantur. Cui rei nostrum
est consulere & subuenire frater charissime, qui diuinam
clementiam cogitantes, & gubernandæ ecclesiæ libram te
nentes, sic censuram uigoris peccatoribus exhibemus, ut ta
men lapsis erigendis, & curandis uulneratis, bonitatis &
misericordiæ diuinæ medicinam non denegemus. Quapro
pter facere te oportet plenissimas literas ad coëpiscopos
nostros in Gallijs constitutos, ne ultrà Martianum perui
cacem & superbum, & diuinæ pietatis ac fraternæ salutis

Lapsis medicina danda.

inimicum collegio nostro insultare patiantur, quòd
dum à nobis uidetur abstentus, qui iam pridem iacta
prædicat quòd Nouatiano studens, & eius peruicacia
Nouatianus ec- quens, à communicatione se nostra segregauerit, cum
clesiæ hostis. uatianus ipse quem sequitur, olim abstentus & hostis co
siæ iudicatus sit, & cum ad nos in Africam legatum
set, optans ad communicationem nostram admitti, ho
concilio plurimorum sacerdotum qui præsentes eramus
tentiam retulerit se foris esse cœpisse, nec posse à quoq
Antipapa. nostrum sibi communicari qui episcopo Cornelio in ca
lica ecclesia de Dei iudicio & cleri ac plebis suffragio
dinato profanum altare erigere, & aduleram cathe
collocare, & sacrilega contra uerum sacerdotem sacri
offerre tentauerit. Proinde si rescripsere, & ad sanæ
tis consilium redire uellet, ageret pœnitentiam, &
clesiam supplex rediret. Quàm uanum est frater cha
me, ut Nouatiano nuper retuso & refutato, & per to
orbem à sacerdotibus Dei abstento, nunc adulatores a
nobis patiamur illudere, & de maiestate ac dignitate e
siæ iudicare. Dirigantur in prouinciam & ad plebem
late cõsistentẽ à te literæ, quibus abstento Martiano
in locũ eius substituatur, & grex Christi qui in hodier
ab illo dißipatus & uulneratus contẽnitur, colligatur.
ficiat multos illic ex fratribus nostris annis istis super
bus exceßisse sine pace, uel cæteris subueniatur qui su
sunt, & diebus ac noctibus ingemiscũt, & diuinã ac p
nam misericordiam deprecantes, solatium nostræ opi
tionis expoſcunt. Idcirco enim frater charißime copio
Sacerdotũ cor- corpus est sacerdotum concordiæ mutuæ glutine atq
pus cur copio- tatis uinculo copulatum, ut si quis ex collegio nostro
sum. resim facere, & gregem Christi lacerare & uastare te
ue

uerit, subueniant cæteri, & quasi pastores utiles & miseri-
cordes, oues dominicas in gregem colligant. Quid enim si in
mari portus aliquis munitionibus suis ruptis infestus & pe
riculosus esse nauibus cœperit, non ne nauigantes ad pro-
ximos portus naues suas dirigunt, ubi sit tutus & salutaris
introitus, & statio secura? Aut si in uia stabulum aliquod *Stabulum pro diuersorio.*
obsideri & teneri à latronibus cœperit, ut quisquis ingres-
sus fuerit, insidiantium illic infestatione capiatur, non ne
commeantes, hac opinione comperta, stabula alia in itinere
appetunt tutiora, ubi sint fida hospitia & receptacula com
meantibus tuta? Quod necesse est: apud nos esse frater cha-
rissime debet, ut fratres nostros, qui iactati Martiani sco-
pulis petunt ecclesiæ portus salutares, suscipiamus ad nos
prompta & benigna humanitate, & stabulum commean-
tibus præbeamus tale, quale est in Euangelio, quo à latroni- Luc. 10.
bus sauciati & uulnerati suscipi, & foueri, & tutari ab sta-
bulario possint. Quæ est enim maior, aut melior cura præ-
positorum, quàm diligenti solicitudine & medela salubri
fouendis & consecrandis ouibus prouidere? cum Dominus Ezech. 34.
loquatur & dicat: Quod infirmatum est, non confortastis:
& quod male habuit, non corroborastis: & quod contribu-
latum est, non consolidastis: quod errauit, non reuocastis:
& quod perijt, non inquisistis: & dispersæ sunt oues meæ,
eò quòd non sint pastores, & factæ sunt in comesturam o-
nimibus bestijs agri, & non fuit qui inquireret, neq; qui re-
uocaret, propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego super pa-
stores, & inquiram oues meas de manibus eorum, & auer-
tam eos, ut non pascant oues meas, & iam non pascent eas,
& extraham eas de ore eorum, & pascam eas cum iudicio.
Cum ergo pastoribus talibus per quos dominicæ oues negli
guntur & pereunt, sic comminetur, quid nos aliud facere

oportet frater charißime, quàm colligendis & refouen
Christi ouibus exhibere diligentiam plenam, & curam
lapsorum uulneribus paternæ pietatis adhibere medic
Matth.9. cum etiam Dominus in Euangelio moneat & dicat: N
est opus sanis medicus, sed male habentibus. Nam etsi pa
res multi sumus, unum tamen gregem pascimus, & o
uniuersas quas Christus sanguine suo & passione qua
colligere & fouere debemus, nec pati supplices & dole
fratres nostros crudeliter despici, & superba quorum
præsumptione calcari, cum scriptum sit: Ille autem qui c
tumax est uir sui iactans, nihil omnino proficiet, qui dila
uit tanquam infernus animam suam: & eiusmodi omnes
Luc.16. minus in Euangelio culpet & damnet, dicens: Vos estis
iustificatis uos in conspectu hominum, Deus autem cog
scit corda uestra, quoniam quod excelsum est in homini
execratio est in conspectu Dei. Execrabiles & detestabi
dicit esse, qui sibi placeant, qui tumidi & insiati aliquid
arroganter assumant. Ex quibus cum Martianus esse cog
rit, & se Nouatiano coniungens aduersarius misericord
& pietatis extiterit, sententiam non dicat, sed accipiat, n
sic agat quasi ipse iudicauerit de collegio sacerdotum, c
ipse sit ab uniuersis sacerdotibus iudicatus. Seruandam
enim antecessorum nostrorum beatorum martyrum C
nelij & Lucij honor glorioſus, quorum memoriam co
nos honoremus, multò magis tu frater charißime honor
care & seruare gratitate & autoritate tua debes, qui ub
rius & successor eorum factus es. Illi enim pleni spiritu D
mini & in glorioso martyrio constituti dandam esse lap
pacem censuerunt, & pœnitentia acta fructum commu
cationis & pacis negandum non esse literis suis signau
runt, quam rem omnes omnino ubiq; censuimus. Neq; cu
potera

poterat esse apud nos sensus diuersus, in quibus unus esset
spiritus, & ideo manifestum est eum spiritus sancti uerita-
tem cum cæteris non tenere, quem uidemus diuersa sentire.
Significa planè nobis quis in locum Martiani Arelate suc-
rit substitutus, ut sciamus ad quem fratres nostros dirigere
& cui scribere debeamus. Opto te frater charißime semper
bene ualere.

Maximi, Vrbani, Sidonii, Macarii epistola ad Cyprianum.

CYPRIANO FRATRI
Maximus, Vrbanus, Sidonius, &
Macarius SAL.

CErti sumus frater charißime, te quoq; nobiscum pari
uoto congaudere, quòd nos habito consilio, utilitatibus
ecclesiæ & paci magis consulentes, omnibus rebus præter-
missis, & iudicio Dei seruatis, cum Cornelio episcopo no-
stro pariter & cum uniuerso clero pacem fecisse, cum gau-
dio etiam uniuersæ ecclesiæ, prona etiam omnium charitate
hoc factum his literis nostris scire certißimè debuisti. Ora-
mus te frater charißime multis annis bene ualere.

EPISTOLA XIIII.

Ad clerum de quibusdam presbyteris epistola, qui temere pa-
cem lapsis dederunt, necdum sedata persecutione, & citra con-
scientiam episcoporum.

CYPR. PRESBYTERIS ET
Diaconis fratribus SAL.

DIu patientiam meam tenui fratres charißimi, quasi
uerecundum silentium nostrum proficeret ad quie-
tem. Sed cum quorundam immoderata & abrupta præsum
ptio temeritate sua & honorem martyrum, & confesso-
rum pudorem, & plebis uniuersæ tranquillitatem turba-

re conetur, tacere ultrà non oportet, ne ad periculum
Taciturnitas nimia nocet. plebis pariter & nostrorum taciturnitas nimia proc
Quod enim non periculum metuere debemus de of
Domini, cum aliqui de presbyteris, nec Euangelij ne
sui memores. sed neq; futurum Domini iudicium, neq;
sibi præpositum episcopum cogitantes, quod nunqua
mnino sub antecessoribus factum est, cum cõtumelia &
temptu præpositi totum sibi uindicent? atque utinam
prostrata fratrum nostrorum salute sibi omnia uindic
Dissimulandũ nonnunquam. Contumelias episcopatus nostri dissimulare & ferre
sum, sicut dissimulaui semper & pertuli. Sed dissimul
nunc locus non est, quando decipitur fraternitas nos
quibusdam uestrum, qui dum sine ratione restituenda
tis plausibiles esse cupiunt, magis lapsis obsunt. Sum
Luc.12. enim delictum esse quod persecutio committi coëgit, s
ipsi etiam qui commiserunt, cum dixerit Dominus &
dex noster: Qui in me confessus fuerit coram homin
confitebor & ego in illo coram patre meo qui in cœli
Mar.3. Qui autem me negauerit, & ego illum negabo. Et ite
dicit: Omnia peccata remittentur filijs hominum et bla
miæ. Qui autem blasphemauerit in spiritũ sanctum, non
bet remissam, sed reus est æterni peccati. Itẽ beatus Ap
1.Cor.10. lus dixit: Non potestis calicẽ Domini bibere, & calicẽ
moniorum. Non potestis mensæ Domini communicare
mensæ dæmoniorũ. Hæc qui subtrahit fratribus nostris
cipit miseros, ut qui possunt agentes pœnitentiã uerã
patri ad misericordiã precibus & operibus suis satisfac
seducantur, ut magis pereant: & qui erigere se possunt
cadant. Nam cum in minoribus peccatis agant peccat
pœnitentiam iusto tempore, & secundum disciplinæ
nem ad exomologesim ueniant, & per manus impositio
ep

episcopi & clerì, ius communicationis accipiant, nunc cru-
do tempore persecutione adhuc persecrante, nondum re-
stituta ecclesiæ ipsius pace, ad communicationem admittun-
tur, & offertur nomen eorum, & nondum pœnitentia fa-
cta, nondum exomologesi finita, nondum manu eis ab epi-
scopo, aut clero imposita, eucharistia illis datur, cum scri-
ptum sit: Qui ederit panem, aut biberit calicem Domini in- 1.Cor.11.
digne, reus erit corporis & sanguinis Domini. Sed nunc illi
rei non sunt, qui minus scripturæ legem nouerunt. Erunt
autem rei, qui præsunt, & hæc fratribus non suggerunt, ut
instructi à præpositis faciant omnia cum Dei timore, &
cum data ab eo & præscripta obseruatione. Exponunt de-
inde inuidiæ beatos martyres, & glorioſos seruos Dei cum
Dei sacerdote committunt, ut cum illi memores legis nostræ
ad me literas direxerint, et petierint, tunc desideria singulo-
rum examinari, & pacem dari, cum ipsa antè mater nostra
pacem de misericordia Domini prior sumpserit, & uos di-
uina protectio reduces ad ecclesiam suam fecerit, hi sublato
honore, quem nobis beati martyres cum confessoribus ser-
uant, contempta Domini lege & obseruatione, quam ijdem
martyres & confessores tenendam mandant, ante extinctũ
persecutionis metum, ante reditum nostrum, ante ipsum pe-
ne martyrum excessum communicent cum lapsis & offe-
rant, & eucharistiam tradant, quando etiam si martyres
per calorem gloriæ minus scripturam contemplantes con-
tra legem Domini plus aliquid cuperent, à presbyteris &
diaconis suggerentibus admoneri deberent. sicut semper in
præteritis factum est. Castigare nos itaque diuina cẽsura nec
noctibus desinit, nec diebus. Præter nocturnas enim uisiones,
per dies quoq; impletur apud nos spiritu sãcto puerorũ in- *Puerorum ore nonnunquam Deus loquitur.*
nocens ætas, quæ in extasi uidet in oculis, et audit, & loqui-

tur ea quibus nos Dominus monere & instruere dign
Et audietis omnia quando me ad uos reducem fecer
minus, qui ut sederem iussit. Interim temerarij & in
tumidi quidam inter uos, qui hominem non cogitan
Dominum timent, scientes quoniam si ultrà in isdem
scuerauerint, utar ea admonitione, quam Dominus in
interim prohibeantur offerre, acturi & apud nos, &
confessores ipsos, & apud plebem uniuersam suam D
no permittente, cum in sinum matris ecclesiæ recolligi
perimus. De hoc & ad martyres, & confessores ipso
apud plebem literas feci, quas utrasq; legi uobis ma
Opto uos fratres charissimi ac desideratissimi in Do
semper bene ualere, & nostri meminisse.

EPISTOLA XV.

Ad martyres & confessores epistola, qui lapsis petierun
cem dari, ut eos nominatim libello assignent, & cauti decli
petentium ponderent.

CYPR. MARTYRIBVS ET
confessoribus charissimis fratrib. SAL.

SOlicitudo loci nostri, & timor Domini compellit, fr
simi ac beatissimi martyres, admonere uos literis no
ut à quibus tam deuote & fortiter seruatur fides Dom
ab ipsdem quoque lex & disciplina Domini reserue
Nam cum omnes milites Christi custodire oporteat p
Præceptis obtemperandum. cepta imperatoris sui, tum uos magis præceptis eius obse
perare plus conuenit, qui exemplum cæteris facti est
uirtutis, & timoris Dei. Et credideram quidem pri
teros & diaconos, qui illic præsentes sunt, monere uos
instruere plenissime circa Euãgelij legem, sicut & in p
teritum semper sub antecessoribus nostris factum est, ut
coni ad carcerem cõmeantes martyrum desyderia cog

satis & scripturarum præceptis gubernarent, sed nunc cum
maximo animi dolore cognosco, non tantum illic non sugge
ri diuina præcepta, sed adhuc potius impediri, ut & ea quæ
à uobis ipsis & circa Deum cautè, & circa sacerdotem
Dei honorificè fiunt, à quibusdam presbyteris resoluantur,
qui nec timorem Dei, nec episcopi honorem cogitantes, cum
uos ad me literas direxeritis, quibus examinari desideria
uestra et quibusdam lapsis pacem dari postulastis, cùm per-
secutione finita conuenire in unum cum clero & recolligi
cœperimus: Illi contrà Euangelij legem, uestram quoq; ho-
norificam petitionem ante actam pœnitentiã, ante exomo-
logesin grauissimi atq; extremi delicti factam, ante manum
ab episcopo & clero in pœnitentiam impositam, offerre
pro illis, & eucharistiam dare: id est, sanctum Domini cor-
pus prosanare audeant, cum scriptum sit: Qui ederit panẽ, 1. Cor. 11.
aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis &
sanguinis Domini. Et lapsis quidem potest in hoc uenia con-
cedi. Quis non mortuus uiuificari properet? Quis non ad sa
lutem suã uenire festinet? Sed ~~præpositorum est præceptum~~
~~tenere, & uel properantes, uel ignorantes instruere, ne qui~~
~~ouium pastores esse debent, lupi fiant. Ea enim concedere,~~ Matth. 7.
~~quæ in perniciem ueniunt, decipere est: nec erigitur sic la-~~
~~psus sed per Dei offensam magis impellitur ad ruinam.~~ Vel
ex uobis itaq; discant, quod docere debuerant. Petitiones &
desideria uestra episcopo seruent, & ad pacem uobis peten
tibus dandam maturum & pacatum tempus expectent.
Ante est ut à Domino pacem mater prior sumat: tunc se-
cundum uestra desideria de filiorum pace tractetur. Et quo-
niam audio fortissimi & charissimi fratres impudentia uos
quorundam premi, & uerecundiam uestram uim pati, oro
uos quibus possum precibus, ut Euangelij memores & con

sider

siderantes, quæ & qualia in præteritum anteceſſores
martyres conceſſerint, quàm ſoliciti in omnibus fuerint
quoq; ſoliciti & cauti petentium deſideria ponderetis
pote amici Domini, & cum illo poſtmodum iudicatu
*affectum, forte. ſpiciatis & *actum, & opera, & merita ſingulorum,
rum quoq; delictorum genera & qualitates cogitetis,
quid abruptè & indigne uel à uobis permiſſum, uel à
factum fuerit, apud gẽtiles quoq; ipſos eccleſia noſtra
1.Cor.11. beſcere incipiat. Viſitamur & caſtigamur frequenter
ut in nobis Domini mandata incorrupta & inuiolata
maneant, admonemur. Quod quidem nec illic apud
ceſſare cognoſco, quò minus plurimos quoque ex uobis
ſtruat ad eccleſiæ diſciplinam diuina cenſura. Hoc autem
tum poteſt fieri, ſi ea quæ à uobis petuntur, ne facile
buantur, religioſa comtemplatione moderemini, intelli
tes & comprimentes, easq; perſonas accipientes in be
cijs ueſtris, ut aut gratificentur, aut illicitæ cogitatio
nundinas aucupentur. De hoc ad clerum & ad plebem
teras feci, quas utraſq; uobis legi mandaui. Sed & illud
diligentiam ueſtram redigere & emendare debetis, ut
minatim deſignetis eos quibus pacem dari deſideratis.
dio enim quoſdam ſic libello inſeri, ut dicatur: Communi
ille cum ſuis. Quod nunquam omnino à martyribus fac
eſt, ut cæca petitio inuidiam nobis poſtmodũ cumulet.
enim patet quando dicitur, ille cum ſuis, & poſſunt
uicini, & triceni, & amplius offerri, qui propinqui &
fines, & liberti ac domeſtici eſſe aſſeuerentur eius qui
pit libellum, & ideo peto ut eos, quos ipſi uidetis &
ſtis, quorum pœnitentiam ſatisfactioni proximam conſ
citis, deſignetis nominatim libello, & ſic ad nos fidei ac
ſciplinæ congruẽtes literas dirigatis. Opto uos fortiſſi
ac di

ac dilectiſſimi fratres in Domino ſemper bene ualere, &
noſtri meminiſſe.

EPISTOLA XVI.

Significatio ad plebem, inſinuans petitionem factam per martyres ſuper lapſis, quæ priori epiſtolæ continetur.

CYPR. FRATRIBVS IN PLEBE conſiſtentibus SAL.

INgemiſcere uos & dolere ruinas fratrum noſtrorum
ex me ſcio pariter & doleo, & patior ac ſentio, quod
beatus Apoſtolus dicit: Quis infirmatur, inquit, & ego non
infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non uror? Et iterum 2.Cor.11.
poſuit in epiſtola ſua, dicens: Si patitur membrum unum,
compatiuntur & cætera membra. Et ſi lætatur mẽbrum u- 1.Cor.12.
num, & collætantur cætera mẽbra. Compatior ergo & con
doleo fratribus noſtris, qui lapſi, & perſecutionis infeſta-
tione proſtrati, & partem noſtrorum uiſcerum ſecum tra-
hentes, acrem dolorem nobis ſuis uulneribus intulerunt.
Quibus potens eſt diuina miſericordia medelam dare, dum
tamen non putent propere nec incaute aliquid & feſtinan-
ter gerendum, ne ſi temere pax uſurpetur, diuinæ indigna-
tionis offenſa grauius prouocetur. Fecerunt ad nos de qui-
buſdam beati martyres literas, petentes examinari deſide-
ria ſua, cum pace nobis omnibus à Domino prius data, ad
eccleſiam regredi cœperimus, examinabuntur ſingula præ-
ſentibus & iudicantibus uobis. Audio quoſdam tamen de
preſbyteris, nec Euangelij memores, nec qui ad nos mar-
tyres ſcripſerint cogitantes, nec epiſcopo honorem ſacerdo
tij ſui & cathedræ ſeruantes, iam cum lapſis communicare
cœpiſſe, offerre pro illis, & Euchariſtiam dare, cum opor-
teat ad hæc per ordinem peruenire. Nam cum in minoribus
delictis, Oblatio pro aliis.

delictis, quæ non in Deum committuntur, pœnitentia a
tur iusto tempore, & exomologesis fiat inspecta uita e
qui agit pœnitentiam, nec ad communicationem uenire
posit, nisi prius illi ab episcopo & clero manus fuerit
posita, quantò magis his grauissimis & extremis dieb
cautè omnia & moderatè secundum disciplinam Do
obseruari oportet? Quos quidem nostri presbyteri &
coni monere debuerant, ut commendatas sibi oues foue
& diuino magisterio ad uiam deprecandæ salutis inst
rent. Ego plebis nostræ & quietem noui pariter & pa
rem in satisfactione Dei & deprecatione uigilare, nisi
quidam de presbyteris gratificantes decepissent. Vel
icaque singulos regite, & consilio ac moderatione uestra
cundum diuina præcepta lapsorum animos temperate. N
mo adhuc importuno tempore acerba poma decerpat. N
mo nauem suam quassatam & perforatam fluctibus pr
quàm diligenter eam refecerit, in altum denuo commi
Nemo tunicam scissam accipere & induere potest,
eam ab artifice perito sartam uiderit, & à fullone curat
receperit. Audiant quæso patienter consilium nostrum
pectent nostram regressionem, ut cum ad uos per Dei
fericordiam uenerimus, conuocati coëpiscopi plures
dū Domini disciplinam & confessorum præsentiam be
rum martyrum literas, & desideria examinare posim
De hoc ad clerum, & ad martyres, et ad confessores lite
feci, quas utrasq; legi uobis mandaui. Opto uos fratres ch
rissimi ac desideratissimi in Domino semper bene ualere.

EPISTOLA XVII.

Ad clerum epistola propter lapsos & catechumenos, ne ca
cui exirent.

CYPR.

CYPR. PRESBYTERIS ET Diaconis fratribus SAL.

Miror uos fratres charissimi ad multas epistolas meas, quas uobis frequenter misi, nihil rescripsisse, cum fra ternitatis nostræ uel utilitas uel necessitas sic utiq; guber netur, si à uobis instructi rerum gerendarum consilium li mare possimus. Quoniam tamen uideo facultatem ueniendi ad uos nondum esse, & iam æstatem cœpisse, quod tempus infirmitatibus assiduis & grauibus infestat, occurrendum puto fratribus nostris, ut qui libellos à martyribus accepe runt, si incommodo aliquo & infirmitatis periculo occupa ti fuerint, non expectent præsentiam nostram, quin apud presbyterum quemcunq; præsentem, uel si presbyter reper tus non fuerit, & urgere exitus cœperit, apud diaconum quoq; exomologesin facere delicti sui possint, ut manu eis in pœnitentiam imposita, ueniant ad Dominum cum pace, quā dari martyres literis ad nos factis desiderauerunt. Cæteram quoque partem plebis quæ lapsa est, præsentia uestra foue tote: & ut à fide & misericordia Domini non deficiant, ue stro solatio focillate. Neque enim deserentur ab ope & au xilio Domini, qui mites & humiles, & pœnitentiam uerè agentes in bonis opinionibus perseuerauerint, quò minus illis quoque diuino remedio consulatur. Audientibus etiam si qui fuerint periculo præuenti, & in exitu constituti uigi lantia uestra non desit, implorantibus diuinam gratiam mi sericordia Domini non denegetur. Opto uos fratres charis simi semper bene ualere, & nostri meminisse. Fraternita tem uniuersam meo nomine salutate, & ut nostri memine rit rogate. Valete.

Et diaconus ac cipit confessionē in necessitate.

EPISTOLA XVIII.

Ad clerum epistola de his qui ad Eucharistiam festinant.

CYPR.

CYPR. PRESBYTERIS ET
Diaconis fratribus SAL.

LEgi literas uestras fratres charißimi, quibus scri
ſtis ſalubre conſilium ueſtrum non deeſſe fratribus
ſtris, ut temeraria feſtinatione depoſita, religioſam pati
Deo præbeant: ut cum in unum per eius miſericordiam
nerimus, de omnibus ſpeciebus ſecundum eccleſiaſticam
ciplinam tractare poßimus: maximè cum ſcriptum ſit:
mento unde excideris, & age pœnitentiam. Pœniten
ille autem agit, qui diuinis præceptis mitis & patiens
ſacerdotibus Dei obtemperans, obſequijs ſuis & oper
iuſtis Dominum promeretur. Quoniam tamen ſignifi
quoſdam immoderatos eſſe, & ad communicationem a
piendam feſtinanter urgere, & deſideraſtis in hanc
formam uobis à me dari, ſciatis plenè ſcripſiſſe me ad
rem proximis literis ad uos factis. Credo ut qui libell
martyribus acceperunt, et auxilio eorũ adiuuari apud
minum in delictis ſuis poſſunt, ſi premi infirmitate
& periculo cœperint, exomologeſi facta, & manu eis
bis in pœnitentiam impoſita, cum pace à martyribus
promiſſa ad Dominum remittantur. Cæteri uerò qui
libello à martyribus accepto inuidiam faciunt: quoniam
paucorum, nec eccleſiæ unius, aut unius prouinciæ, ſed
tius orbis hæc cauſa eſt, expectent antè Domini prote
ne eccleſiæ ipſius publicam pacẽ: hoc enim et uereẽdum
diſciplinæ & uitæ ipſi* omnium noſtrum conuenientes
ſente & ſtantium plebe, quibus & ipſis pro fide & timo
ſuo honor habendus eſt, diſponere omnia cõſilij commu
religione poßimus. Cæterum quàm irreligioſum eſt, et
quoq; feſtinantibus perniciosum, ut cum extorres facti

Apocal. 2. *Pœnitẽtia agitur ſeruando Dei mandata.*

* *Opinor legẽdũ, omniũ noſtrũ conueniet, ut præſẽte &c.*

tria pulſi, ac bonis ſuis omnibus ſpoliati nondum ad eccle-
ſiam redierint: quidam de lapſis confeſſores ipſos præueni-
re, & antè ad eccleſiam introire feſtinent. Qui ſi nimium
properant, habent in ſua poteſtate quod poſtulant. Largi-
ter acies adhuc geritur, & agon quotidie celebratur. Si cõ-
miſi uerè & firmiter pœnitet, & fidei calor præualet:
qui differri nõ poteſt, poteſt coronari. Opto uos fratres cha
riſſimi ſemper bene ualere, & noſtri meminiſſe. Fraterni-
tem uniuerſam meo nomine ſalutate, & ut noſtri memores
ſint, admonete. Valete.

EPISTOLA XIX.

Ad clerum epiſtola non eſſe temere pacem dandam lapſis, &
ſe ſolum idoneum ad dandum non eſſe.

CYPR. PRESBYTERIS ET
Diaconis fratribus SAL.

DOminus loquitur & dicit: Super quem reſpiciam, niſi Eſa. 66.
ſuper humilem & quietum, & trementem ſermones
meos? Hoc cum debemus omnes eſſe, tum huiuſmodi illi eſſe
debent, quibus laborandum eſt, ut poſt grauem lapſum uera
pœnitentia & humilitate tota promereri Dominũ poßint.
Legi autem & uniuerſorum confeſſorum literas, quas uo-
luerunt per me collegis omnibus innoteſcere, & ad eos pa-
cem à ſe datam peruenire. De quibus dum apud nos ratio
conſtiterit, quid poſt admiſſum egerint, quæ res cum o-
mnium noſtrum conſilium & ſententiam ſpectet, præiudi-
care ego & ſolum mihi rem communem uendicare non
audeo. Et ideo inſtetur epiſtolis, quas proximè feceram:
quarum exemplum collegis quoq; iam miſi, qui perſcripſe-
runt placere ſibi quod ſtatuimus: nec ad uos recedendum
eſſe, donec pace nobis à Domino reddita in unum conue-
nire, & ſingulorum cauſas examinare poßimus. Sed quid

mihi Calydonius collega meus scripserit, quidq; ei res-
pserim, ut sciretis, utriusq; epistolæ exemplum literis m
iunxi: quod totũ peto fratribus legatis, ut magis ac ma
ad pœnitentiã componãtur: nec delicto priori adijciant
huc aliud delictũ, dum nobis nec Euangelio seruire: nec s
dum uniuersorum confessorum literas causas suas exa
nare permittunt. Opto uos fratres charißimi semper
ne ualere, & nostri meminisse. Fraternitatem uniuers
salutate.

EPISTOLA XX.

Ad Calydonium episcopum epistola, insinuans quid sup
lapsis egerit.

CYPR. CALYDONIO FRA. SAL.

ACcepimus literas tuas frater charißime, satis sol
& integritatis ac fidei plenas. Nec miramur si ex
citatus & in scripturis Dominicis peritus caute omnia
consultè geras. Recte autem sensisti circa impertitam
tribus nostris pacem, quam sibi ipsi uera pœnitentia
Dominicæ confeßionis gloria reddiderunt sermonibus
iustificati, quibus se antè damnauerant. Cum ergo ablue
omne delictum, & maculam primam aßistente sibi Dom
posteriore uirtute deleuerint, iacere ultrà sub diabolo q
prostrati non debent, qui extorres facti, & bonis suis om
bus spoliati erexerunt se, & cum Christo stare cœpe
Atq; utinam sic & cæteri post lapsum pœnitentes in
tum pristinum reformentur: quos nunc urgentes & pa
temere atq; importunè extorquẽtes, quomodo disposuerim
ut scires, librum tibi cum epistolis numero quinq; misi
ad clerum, & ad plebem, & ad martyres quoq; & con
sores feci. Quæ epistolæ etiam plurimis collegis nos
missæ placuerunt, & rescripserunt se quoque nobiscum
eod

eodem consilio secundum catholicam fidem stare. Quod
ipsum etiam tu ad collegas nostros, quos potueris, trans-
mittes, ut apud omnes unus actus & una consensio secun-
dum Domini præcepta teneatur. Opto te frater charißime
semper bene ualere.

EPISTOLA XXI.

Ad clerum Romæ consistentem epistola insinuans se ab eo
de morte collegæ sui certiorem redditum.

CYPR. PRESBYTERIS ET
Diaconis Romæ consistentibus
fratribus SAL.

CVm de excessu boni uiri collegæ mei rumor apud nos
incertus esset fratres charißimi, & opinio dubia nu-
taret, accepi à uobis literas ad me missas per * Clementem
hypodiaconum: quibus plenißime de glorioso eius exitu in-
struerer. Et exultaui satis, quòd pro integritate admini-
strationis eius consummatio quoq; honesta processerit. In
quo uobis quoq; plurimum gratulor, quòd eius memoriam
tam celebri & illustri testimonio prosequamini, ut per uos
innotesceret nobis, quod & uobis esset circa præpositi me-
moriam gloriosum, & nobis quoq; fidei ac uirtutis præbe-
ret exemplum. Nam quantum perniciosa est ad sequentium
lapsum ruina præpositi, in tantum contrà utile est & sa-
lutare, cum se episcopus per firmamentum fidei fratribus
præbet imitandum. Legi etiam alias literas, in quibus nec
quis scripserit, nec ad quos scriptum sit, significanter ex-
pressum est. Et quoniam me in ijsdem literis & scriptura,
& sensus, & chartæ ipsæ quoq; mouerunt ne quid ex ue-
ro uel subtractum sit uel immutatum, eandem ad uos epi-
stolam autenticam remisi, ut recognoscatis an ipsa sit quàm
* Clementi hypodiacono perferendam dedistis: perquàm

*al's Cremen tium

Præpositi uita, subditorum regula.

*al's, Cre- mentio

etenim graue est, si epistolæ clericæ ueritas mẽdacio alie
& fraude corrupta st. Hoc igitur ut scire possimus &
pturam & subscriptionem, an uestra sit recognoscite,
nobis quid sit in uero rescribite. Opto uos fratres char
mi semper bene ualere.

EPISTOLA XXII. Ad Clerum.

CYPR. PRESBYTERIS ET Diaconis fratrib. SAL.

NE quid conscientiam uestram lateret fratres chari
mi, quid mihi scriptũ sit, utriusq; epistolæ exempl
uobis misi: & credo uobis id quod rescripsi, non displice
Sed & illud ad uos perferre literis meis debui urgente
sa clero in urbe consistenti literas me misisse: & quo
oportuit me per clericos scribere: scio autem nostros p
rimos absentes esse: paucos uerò, qui illic sunt, uix ad
sterium quotidianum operis sufficere: necesse fuit nouos
quos constituere, qui mitterentur. Fecisse autem me sci
lectorem Saturum, & hypodiaconum Optatum consti
rem, quos iam pridem communi consilio clero proxim
ceramus, quando aut Saturo die Paschæ semel atq; iter
lectionem dedimus: aut Optato cum presbyteris, doctori
lectoribus doctorem audientium constituimus, examina
an congruerent illis omnia: quæ esse deberent in his, qui
clerum parabantur. Nihil ergo à me absentibus uobis
uum factum est: sed quod iam pridem communi consilio
mnium nostrum cœperat, necessitate urgente promoti

EPISTOLA XXIII.

Ad Fortunatum & cæteros epistola, de his qui per torm
superantur.

CY

CYPR. FORTVNATO, HAYMO, Optato, Priuatiano, Donatulo & Felici fratribus SAL.

SCripsistis fratres charissimi, quòd cum in Capsente ci-
uitate propter ordinationem episcopi essetis, pertu-
lerit ad uos nuper frater & collega noster, Ninum, Cle-
mentianum, Florum fratres nostros, qui in persecutione
apprehensi prius fuerant, & nomen Domini confessi uio-
lentiam magistratus & populi fremẽtis impetum uicerant:
postmodum cum apud proconsulem pœnis grauibus excru
ciarentur, ui tormentorum subactos esse, & de gradu glo-
riæ, ad quam plena fidei uirtute tendebant, diuturnis cru-
ciatibus excidisse: nec tamen post hunc grauem lapsum non
uoluntate, sed necessitate susceptum à pœnitẽtia agenda per
hoc triennium destitisse: de quibus consulendum putastis an
eos ad communicationẽ iam fas esset admittere. Et quidem
quantum ad mei animi sententiam pertinet, puto his indul-
gentiam Domini non defuturam, quos cõstat stetisse in acie,
nomen Domini confessos esse, uiolentiam magistratuum, &
populi furentis incursum immobilis fidei obstinatione ui-
cisse, passos esse carcerẽ diu, inter minas proconsulis & fre-
mitum populi circunstantis, tormentis laniantibus ac longa
iteratione cruciantibus repugnasse: ut quod in nouissima in-
firmitate carnis subactum uidetur meritorum præceden-
tium defensione releuetur: & sit satis talibus gloriam per-
didisse, non tamen debere nos eis & ueniæ locum claudere, *Veniæ uia omnibus patet.*
atq; eos à paterna pietate, & à nostra communicatione pri
uare, quibus existimamus ad deprecandam clementiam Do-
mini posse sufficere, quòd triennio iugiter ac dolenter, ut
scribitis, cum summa pœnitentiæ lamentatione planxerunt.
Certè non puto incautè & temere his pacem committi,

quos uidemus militiæ suæ fortitudine nec prius pugna
fuisse: & si acies etiam denuo uenerit, gloriam suam p
reparare. Nam cum in concilio placuerit pœnitentiam
tibus infirmitatis periculo subueniri & pacem dari, de
utiq; in accipienda pace præcedere, quos uidemus non
mi infirmitate cecidisse, sed in prælio congressos & u
ratos per imbecillitatem carnis confessionis suæ corona
potuisse perferre, maximè cùm cupientibus mori non
mitteretur occidi, sed tandiu fessos tormenta laniarent,
diu non fidem, quæ inuicta est, uincerent, sed carnem
infirma est, fatigarent. Quoniam tamen scripsistis, ut
pluribus collegis de hoc ipso plenissimo tractè, & res
exigit maius & impensius de multorum collatione
silium, & nunc omnes ferè inter paschæ prima sole
apud se cum fratribus demorãtur, cum solennitati cele
dæ apud suos satisfecerint, & ad me uenire cœperint,
ectabo cum singulis plenius, ut de eo quod consuluistis, fi
tur apud nos, & rescribatur uobis firma sententia, à m
torum sacerdotum consilio ponderata. Opto uos fra
charissimi semper bene ualere.

EPISTOLA XXIIII.

Ad clerum, ut curam pauperum & peregrinorum diligen
rem habeant.

CYPR. PRESBYTERIS E
Diaconis fratribus charissimis SAL.

SAluto uos fratres charissimi per Dei gratiam incol
optans citò ad uos uenire, ut desiderio tam meo q
uestro omnium fratrum satisfiat. Oportet nos tamen
communi consulere, & interdum quamuis cum tædio
mi nostri deesse uobis, ne præsentia nostri inuidiam &
lentiam gentilium prouocet: & simus autores rumpe
pa

pacis, qui magis quieti omnium consulere debemus. Cum
ergo uos scripseritis rebus compositis me uenire debere:
aut si ante Dominus dignatus fuerit ostendere, tunc ad uos
ueniam. Vbi enim mihi aut melius possit esse? Infirmorum *Pauperum commendatio.*
& omnium pauperum curam peto diligenter habeatis: sed
& peregrinis, si qui indigentes fuerint sumptus suggeratis
de quantitate mea propria, quam apud Rogatianum com-
presbyterum nostrum dimisi, quæ quantitas, ne forte iam
uniuersa erogata sit, nisi eidem per Naricum acoluthum
aliam portionem, ut largius & promptius circa laboran-
tes fiat operatio. Opto uos fratres charissimi semper bene
ualere.

EPISTOLA XXV.

Ad martyres & confessores epistola, in qua uirtutum suarum
laudem miris præconiis attollens, quæcunq; patiantur, mystice
ad futuram gloriam interpretatur.

CYPR. NEMESIANO, FELICI, LV-
cio, & alteri Felici, Litteo, Polyano, Victori, Laderi, &
Datiuo coepiscopis: item cõpresbyteris, & diaconis in me-
tallo constitutis martyribus Dei patris omnipotentis,
& IESV Christi Domini & Dei conseruatoris nostri, æternam SAL.

GLoria quidem uestra poscebat beatissimi ac dilectissi-
mi fratres, ut ad conspectum atq; ad complexum ue-
strum uenire ipse deberem, nisi me quoq; ob confessionem
nominis Christi relegatum præfiniti loci termini coërce-
rent. Sed quomodo possum repræsento me uobis, & ad uos
etiam si corpore & gressu uenire non datur, dilectione ta- *Dilectione & spiritu absentes coniunguntur.*
men & spiritu uenio, exprimens literis animum meum,
quo in istis uirtutibus & laudibus uestris lætus exulto, par-
ticipem me computans uobis, etsi non passione corporis,

tamen consortio charitatis. An ego possum tacere,& uos
meam silentio premere, cum de charissimis meis tam m
& gloriosa cognoscam,quibus uos diuina dignatio hono
uit, ut ex uobis pars iam martyrij sui consummatione
cesserit meritorum suorum coronam de Domino recep
pars adhuc in carceris claustris, siue in metallis & u
lis demoretur,exhibens per ipsas suppliciorum mora
roborandis fratribus & armandis maiora documenta
meritorum titulos ampliores tormentorum tarditate
Tormẽtis præmia crescunt. ficiens, habitura tot mercedes in cœlestibus præmiis,
nunc dies numerãtur in pœnis? Quæ quidẽ uobis fortit
ac beatissimi fratres pro merito religionis ac fidei uc
accidisse non miror, ut uos sic Dominus ad gloriã
& sublime fastigium clarificationis suo honore pro
xerit, qui semper in ecclesia eius custodito fidei tenore
Martyrũ laus. guistis, conseruantes firmiter dominica mandata. In
plicitate innocentiam, in charitate concordiam,modes
in humilitate, diligentiam in administratione, uigilan
in adiuuandis laborantibus misericordiam in fouendis p
peribus, in defendenda ueritate constantiam, in disci
seueritate censuram. Ac ne aliud ad exemplum bonor
factorum decesset in uobis, etiam nunc in confessione u
& passione corporis fratrum mentes ad diuina ma
ria prouocatis duces uos exhibendo uirtutis, ut dum g
pastores suos sequitur,& quod fieri à præpositis cernit
tatur, paribus obsequiorum meritis à Domino coron
Quod autẽ fustibus cæsi prius grauiter & afflicti per
modi pœnas initiastis confessionis uestræ religiosa prim
dia, execranda nobis ista res non est. Neq; enim ad
Christianorum spes in ligno. Christianum corpus expauit, cuius est spes omnis in lig
Sacramentum salutis suæ Christi seruus agnouit,redem

ligno ad uitam æternam, ligno profectus est ad coronam.
Quid uerò mirum si uasa aurea & argentea in metallum,
id est, auri & argenti domicilium data estis, nisi quòd nunc
metallorum natura conuersa est, locaq; quæ aurum & ar-
gentum dare antè consueuerant, accipere cœperunt:impo-
suerunt quoque compedes pedibus uestris, & membra feli-
cia ac Dei templa infamibus uinculis ligauerunt, quasi cum
corpore ligetur & spiritus,aut aurum uestrum ferri conta-
gione maculetur. Dicatis Deo hominibus & fidem suam re *Vincula martyrum ornamenta apud Deum.*
ligiosa uirtute testantibus,ornamenta sunt ista, non uincula:
nec Christianorum pedes ad infamiam copulant,sed clarifi-
cant ad coronã. O pedes feliciter uincti,qui non à fabro,sed *Consolatio.*
à Christo soluuntur. O pedes feliciter uincti,qui itinere salu
tari ad paradisum diriguntur. O pedes in seculo ad præsens
ligati,ut sint semper apud Dominum liberi. O pedes cõpe-
dibus & ira aduersarij interim contabundi,sed celeriter ad
Christum glorioso itinere cursuri. Quantum uult hic uel
inuida crudelitas uel maligna, nexibus uos suis & uinculis
teneat, citò à terris & pœnis istis ad cœlorum regna per-
uenietis. Non fouetur in metallis lecto & culcitris corpus,
sed refrigerio & solatio Christi fouetur. Humi iacent fes-
sa laboribus uiscera, sed pœna non est cum Christo iacere.
Squallent sine balneis membra situ & sorde deformia, sed
spiritaliter intus abluitur, quod foris carnaliter sordidatur.
Panis illic exiguus: At non in pane solo uiuit homo, sed in Deut. 8.
sermone Dei. Vestis algentibus deest: Sed qui Christum Luc. 4.
induit, & uestitus abundanter & cultus est. Semitonsi ca-
pitis capillus horrescit,sed cum sit caput uiri Christus,qua-
lecunq; caput illud deceat necesse est, quod ob Domini no- *als, fœda
men insigne est. Omnis ista deformitas detestabilis & * te- *Pœna breuis, quam manet merces æterna.*
tra gentilibus quali splendore pensabitur! Secularis hæc &

breuis pœna, quàm clara & æterni honoris mercede m
bitur, cum secundum beati apostoli uocem transform
Dominus corpus humilitatis nostræ conformatum co
ri claritatis suæ! Sed nec in illo fratres dilectissimi aliqu
Oblatio. test aut religionis, aut fidei iactura sentiri, quòd illis
sacerdotibus Dei facultas non datur offerendi & celeb
di sacrificia diuina. Celebratis modò atque offertis sac
cium Deo & pretiosum pariter & gloriosum, & p
mum uobis ad retributionem præmiorum cœlestium
Psal.50. futurum, cùm scriptura diuina loquatur & dicat: Sa
ficium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & hu
liatum Deus non despicit. Hoc uos sacrificium Deo o
tis, hoc sacrificium sine intermissione die ac nocte celeb
tis, hostiæ facti Dei & uosmetipsos sanctas atque imm
culatas uictimas exhibentes, sicut Apostolus adhortatur
dicit: Oro ergo uos fratres per misericordiam Dei, ut
Rom.12. statuatis corpora uestra hostiam uiuam, sanctam, D
placentem, nec configuremini seculo huic, sed transf
memini in renouatione sensus, ad probandum quæ sit
liuntas Dei bona & placens, & perfecta. Hoc est en
quod præcipue Deo placeat, hoc est, in quo maior
meritis ad promerendam Dei uoluntatem opera nost
proueniant, hoc est quod solum Domino de beneficijs q
grandibus & salutaribus fidei ac deuotionis nostræ op
quia retribuant, prædicante in psalmis & contestante
Psal.115. ritu sancto, Quid retribuam, inquit, Domino pro om
bus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, e
nomen Domini inuocabo. Pretiosa in conspectu Dom
mors iustorum eius. Quis non libenter & prompte calic
salutis accipiat? quis non appetat gaudebundus & l
tus in quo aliquid & ipse Domino suo retribuat? quis n
pr

pretiosam in conspectu Dei & fortiter & constanter mor-
tem excipiat, complaciturus eius oculis, qui nos in con-
greßione nominis sui desuper spectans uolẽtes comprobat,
adiuuat dimicantes, uincentes coronat, retributione pietatis
paternæ remunerans in nobis quicquid ipse præstitit, et ho *Suæ dona coro*
norans quod ipse perfecit? ipsius enim esse quòd uincimus, *nat in nobis.*
& quòd ad maximi certaminis palmam subacto aduersario
peruenimus, declarat & docet Dominus in Euangelio suo,
dicens: Cum autem uos tradiderint, nolite cogitare quo- Marci 13.
modo aut quid loquamini: dabitur enim uobis in illa ho-
ra quid loquamini. Non enim uos estis qui loquimini,
sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Et iterum: Luc.21.
Ponite in cordibus uestris non præmeditari excusare. Ego ἀπολογεῖαθ
enim dabo uobis & os & sapientiam, cui non poterunt re-
sistere aduersarij uestri. In quo quidem & credentium ma-
gna fiducia est, & culpa grauissima perfidorum, nec crede-
re ei qui se opem suam daturum cõfitentibus pollicetur, nec
rursus eum timere qui æternam pœnam negantibus commi
natur. Quæ uos tanta omnia fortissimi ac fidelissimi milites
Christi insinuastis fratribus nostris, implentes factis quod
uerbis ante docuistis, futuri maximi in regno cœlorum pol
licente Domino & dicente: Qui fecerit & sic docuerit, ma Matt.5.
ximus uocabitur in regno cœlorũ. Deniq; exemplum uestrũ
secuta multiplex plebis portio confessa est uobiscũ pariter, et
pariter* coronata est, connexa uobis uinculo fortissimæ cha- *al. cõfortata.
ritatis, & à præpositis suis nec carcere, nec metallis separa-
ta. Cuius numero nec uirgines desunt, quibus ad sexagena-
rium fructus centenus accessit, quasq; ad cœlestem coronam
gloria geminata prouexit. In pueris quoque uirtus maior
ætate annos suos confessionis laude transcendit, ut martyrij
uestri beatum gregem & sexus et ætas omnis ornaret. Qui

nunc

nunc nobis dilectißimi fratres conſcientiæ uictricis lu
quæ ſublimitas animi? quæ in ſenſu exultantia? qui tri
phus in pectore, unumquenq; ueſtrum ſtare ad prom
Dei præmium, de Iudicij die eſſe ſecurum? ambulare in
tallo, captiuo quidem corpore, ſed corde regnante? ſcire
ſtum ſecum eſſe præſentem, gaudentem tolerãtia ſeru
ſuorum per ueſtigia & uias ſuas ad regna æterna g
entium? Expectatis quotidie læti profeßionis ueſtræ ſa
rem diem, & iam, iamq; de ſeculo receſſuri ad marty
munera & domicilia diuina properatis, poſt has mun
nebras uiſuri candidißimam lucem, & accepturi mai
paßionibus omnibus & conflictationibus claritatem, A
Rom. 8. ſtolo conteſtante & dicente: Non ſunt condignæ paßio
huius temporis ad ſuperuenturam claritatem quæ rev
bitur in nobis. Plane quia nunc uobis in precibus effica
ſermo eſt, & ad impetrandum quod in preſſuris petitur
cilior oratio eſt: petite impenſius, & rogate ut confeßion
omniũ noſtrũ dignatio diuina cõſummet, ut de iſtis tene
& laqueis mundi nos quoq; uobiſcũ integros & glorio
Deus liberet, ut qui hic charitatis et pacis uinculo co
pulati, contra hæreticorum iniurias & preſſu
ras gentilium ſimul ſtetimus, pariter in re
gnis cœleſtibus gaudeamus. Opto uos
fratres chariſſimi ac dilectiſſi
mi in Domino bene ualere,
& noſtri ſemper &
ubique memi
niſſe.

LIBRI TERTII EPISTOLA
RVM DIVI CYPRIA
NI FINIS.

LIBER IIII. EPISTOLARVM DIVI CYPRIANI.

EPISTOLA I.

Epiſtola beati Cypriani ad Seagrium et Rogatianum in carcere conſtitutos conſolatoria, ut charitatis futuræ gloriam cogitantes preſſuras omnes uiriliter calcent.

CYPRIANVS SEAGRIO ET ROgatiano iuniori, & cæteris confeſſoribus in Domino perpetuam ſalutem.

SALVTO uos fratres chariſſimi, optans ipſe quoque conſpectu ueſtro frui, ſi me ad uos peruenire loci conditio permitteret. Quid enim mihi optatius & lætius poßit accidere, quàm nunc uobis inhærere, ut cõplecteremini me manibus illis, quæ puræ & innocentes & dominicam fidem ſeruantes, ſacrilega obſequia reſpuerunt? Quid iucundius & ſublimius quàm oſculari nunc ora ueſtra, quæ glorioſa uoce Dominũ confeſſa ſunt, conſpici etiam præſentem oculis ueſtris, qui deſpecto ſeculo, conſpiciendo Deo digni extiterunt? Sed quoniam huic lætitiæ intereſſe fãcultas non datur, has pro me ad aures & ad oculos ueſtros uicarias literas mitto, quibus gratulor et exhortor pariter, ut in confeßione cœleſtis gloriæ fortes & ſtabiles perſeueretis, & ingreßi uiam dominicæ dignationis ad accipiendam coronam ſpirituali uirtute pergatis, habẽtes Dominum protectorem & ducem, qui dixit: Et ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus, uſq; ad conſummationem mundi. Matth. 28.
O beatum carcerem, quem illuſtrauit ueſtra præſentia! O beatum carcerem, qui homines Dei mittit ad cœlum! O tenebras lucidiores

diores sole ipso, & luce hac mundi clariores, ubi modo
stituta sunt Dei templa, & sanctificata diuinis consti
bus membra uestra. Nec quicquam nunc uersatur in co
bus & mentibus uestris, nisi diuina præcepta & ma
cœlestia, quibus uos ad tolerãtiam passionis spiritus san
semper animauit. Nemo mortem cogitat, sed immortali
nec temporariam pœnam, sed gloriam sempiternam, a
Psal.115. scriptum sit: Pretiosa est in conspectu Dei mors iusto
eius. Et iterum: Sacrificium Deo spiritus contribulatus
contritum & humiliatum Deus non despicit. Et iterum
loquitur scriptura diuina de tormentis quæ martyres
consecrant, & in ipsa passionis probatione sanctificant
coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum imm
talitate plena est. Et in paucis uexati, in multis bene di
nentur, quoniam Deus tentauit illos, & inuenit illos, dig
Sap.3. se. Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quas
holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respe
illorum. Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arun
to discurrent, iudicabunt nationes & dominabuntur po
lis, & regnabit Dominus eorum in perpetuum. Qui
ergo iudicaturos uos & regnaturos cum Christo Dom
cogitatis, exultetis necesse est, & futurorum gaudio p
sentia supplicia calcetis, scientes ab initio mundi sic i
tutum, ut laboret istic in seculari conflictatione iust
Gen.4. quando in origine statim prima Abel iustus occiditur
exinde iusti quique & prophetæ, & Apostoli missi, q
bus omnibus Dominus quoque in se ipso constituit exe
plum, docens ad suum regnum non nisi eos qui se
Ioan.12. suam uiam secuti sint, peruenire, dicens: Qui amat ani
suam in hoc seculo, perdet illam. Et qui odit animam su
in isto seculo, in uitam æternam conseruabit illam. Ite
No

Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam uerò non Matth.10.
possunt occidere. Magis autem metuite eum qui potest et ani
mã et corpus occidere in gehenna. Paulus etiã nos adhorta-
tur, ut qui ad Domini promissa uenire cupimus, imitari Do
minũ in omnibus debeamus. Sumus, inquit, filij Dei: si autẽ fi Rom.8.
lij, & hæredes: hæredes quidẽ Dei cohæredes autẽ Christi,
si quidem compatiamur, ut sic cõmagnificemur. Addit etiã
comparationem præsentis temporis, & futuræ claritatis, di
cens: Non sunt condignæ passiones huius tẽporis ad super-
uenturam claritatem, quæ reuelabitur in nobis. Cuius clari-
tatis gloriam cogitantes, pressuras omnes & persecutiones
tolerare nos conuenit, quia etsi sunt multæ pressuræ iusto-
rum, ex omnibus tamen liberantur, qui in Domino confidũt.
Beatas autem fœminas saluto quæ uobiscum sunt in eadem
confessionis gloria constitutæ, quæ dominicam fidem tenen-
tes, & sexu suo fortiores, non solum ipsæ ad coronam pro-
ximæ sunt, sed & cæteris quoq; fœminis exemplum de sua
constantia præbuerunt. Ac ne quid deesset ad gloriam nume
ri uestri, ut omnis uobiscum sexus & ætas esset in honore,
pueros etiã uobis glorioſa confessione sociauit dignatio diui
na, repræsentans nobis tale aliquid, quale Ananias, Azarias Ananias.
& Misahel illustres pueri aliquando fecerunt, quibus inclu- Azarias.
sis in camino cesserunt ignes, & refrigerium flammæ de- Misahel.
derunt, præsente cum illis Domino, & probante quòd in
confessores & martyres eius nihil posset gehennæ ardor
operari, sed qui in Deum crederent, incolumes semper
in omnibus perseuerarent. Et ut considcretis diligentius
peto pro uestra religione, quæ apud illos pueros fides fue-
rit, quæ promereri Dominum plenius potuit. Ad omnia
enim parati, sicut nos esse debemus, aiunt regi Nabuchodo-
nosor: Rex, non opus est nobis de hoc uerbo respondere
tibi.

Dan.3. tibi. Est enim Deus,cui nos seruimus,potens eripere no
camino ignis ardentis,& de manibus tuis rex,liberabit
(etsi non notum sit tibi) quoniam dijs tuis non seruim
& imaginem auream quam statuisti, non adoramus. C
se & crederent,& pro fide sua scirent posse etiam de p
senti supplicio liberari,iactare hoc tamen & uindicare
noluerunt, docentes quòd non eis minor esset confess
uirtus sine testimonio passionis, addiderunt posse om
Deum facere,se tamen non in hoc fidere,ut liberari in p
senti uellent,sed illam libertatis, & securitatis æternæ
riam cogitarent.Quam fidem nos quoque retinentes,
ac nocte meditantes toto corde ad Deum prompti con
ptu præsentium futura tantummodo cogitemus,fructum
gni æterni, complexum & osculum & conspectum
ut sequamini in omnibus Rogatianum presbyterum glo
sum senem, uiam nobis ad gloriam temporis nostri glo
uirtute & diuina dignatione facientem,qui cum Felici
fratre nostro quieto corde semper & sobrio excipien
rentis populi impetum,primum hospitium uobis in ca
præparauit,& metator quodammodo uester, nunc qu
uos antecedit.Quod ut consummetur in uobis assiduis
tionibus Dominum deprecamur: ut initijs ad summa
gentibus quos confiteri fecit, faciat & coronari. Opto
fratres charissimi ac beatissimi in Domino semper bene
lere,& ad coronam cœlestis gloriæ peruenire.

EPISTOLA II.

Ad Antoniamum de Nouatiano schismatico epistola,in
declarat qnid erga lapsos egerit, ac docet neminem à pœni
tia agenda debere prohiberi.

CYPRIANVS ANTONIANO
FRATRI SAL.

ACcepimus primas literas tuas frater charissime, con-
cordiam collegij sacerdotalis firmiter obstringentes,
& catholicæ ecclesiæ cohærentes, quibus significasti cum
Nouatiano te non communicare, sed sequi consilium no-
strum, & cum Cornelio coëpiscopo nostro unum tenere
consensum.Scripsisti etiam,ut exemplum earundem litera-
rum ad Cornelium collegam nostrum transmitterem, ut
depositis omni solicitudine iam sciret te secum, hoc est,cum
catholica Ecclesia communicare. Sed enim superuenerunt
postmodum aliæ literæ tuæ per Quintum compresbyterum
missæ,in quibus animaduerti animum tuum Nouatiani lite-
ris motum nutare cœpisse. Nam cum & consilium & con
sensum firmiter tuum antè fixisses,desiderasti in his literis,
ut rescriberem tibi quam hæresim Nouatianus introduxis-
set, uel Cornelius qua ratione Trophimo & thurificatis
communicet. Quod quidem si pro solicitudine fidei anxie
curas,& rei dubiæ ueritatem solicitus exploras,reprehen-
denda non est in timore diuino æstuantis animi solicitudo
suspensa.Quoniam tamen uideo post primã sententiam epi-
stolæ tuæ Nouatiani literis postmodum te esse commotum:
illud frater charissime primo in loco pono,graues uiros,&
semel super petrã robustam solida stabilitate fundatos, non
dico aura leui,sed nec uento aut turbine commoueri,ne ani-
mus dubius & incertus uarijs opinionibus,uelut quibusdam
uentorum incursantium flatibus,frequenter agitetur, & à
proposito quoq; suo quadam leuitatis reprehensione mute-
tur.Quod ne apud te uel apud quenquam Nouatiani literæ *Cyprianus se purgat.*
faciant,ut desiderasti frater,rationem rei tibi breuiter ex-
ponam,& quidem primum (quoniam de meo quoq; actu
motus uideris) mea apud te & persona,& causa purganda
est,ne me aliquis existimet à proposito meo leuiter recessis-

se. Et cum Euangelij primò uigorem & interinitia disc
derim, postmodum uidear animum meum à disciplina
censura priore flexisse, ut his, qui libellis conscient
suam maculauerint, uel nefanda sacrificia commis
laxandam pacem putauerim. Quod utrunque non sine
brata diu & ponderata ratione à me factum est. Nam
acies adhuc inter manus esset, & prælium glorios
taminis in persecutione ferueret, toto hortatu, &
impetu militum uires fuerunt excitandæ, & maximè lap
rum mentes claßico quodam nostræ uocis animand
pœnitentiæ uiam non solum precibus, sed & lamenta
nibus sequerentur, sed (quoniam repetendi certaminis
reparandæ salutis datur occasio) ad confessionis potius
dorem, & martyrij gloriam nostris increpiti uocibus p
uocarentur. Denique cum de quibusdam ad me presby
ri & diaconi scripsissent, eos immoderatos esse, &
communicationem accipiendam festinanter urgere,
scribens eis in epistola mea quæ hinc extat, & hoc ad
di: Qui si nimium properant, habent in sua potestate q
postulant,* tempore ipso sibi plus, quàm postulant la
giente. Acies adhuc geritur, & agon quotidie celeb
tur. Si commißi uere & firmiter pœnitet, & fidei ca
prævalet, qui differri non potest, potest coronari: de
tamen quod statuendum esset circa causam lapsorum di
li, ut cum quies & tranquillitas data esset, & episcopi
unum conuenire indulgentia diuina permitteret,
communicato & librato de omnium collatione consi
statueremus quid fieri oporteret. Si quis uerò ante co
lium nostrum, & ante sententiam de omnium consilio
tutam lapsis temere communicare uoluisset, ipse à com
nicatione abstineretur. Quod etiam ad Romanum cleru

Mutati consilij ratio.

* Hæc uerba, tempore ipso sibi plus, quàm postulant largiente, non habentur in epistola unde citantur. Ea est libro tertio epist. 18.

tunc adhuc sine episcopo agentem, & ad confessores Maximum presbyterum, & cæteros in custodia constitutos, nunc in ecclesia cum Cornelio iunctos, plenissimè scripsi. Quod me scripsisse de eorum rescriptis poteris noscere. Nam in epistola sua ita posuerunt: Quanquàm nobis in tam ingenti negotio placeat, quod tu ipse tractasti prius, sanctæ ecclesiæ pacem sustinendam, deinde sic collatione consiliorum cum episcopis, presbyteris, diaconis, confessoribus pariter ac stantibus laicis facta, lapsorum tractare rationem. Additum est etiam Nouatiano tunc scribente, & quod scripserat sua uoce recitante, & presbytero Moyse, tunc adhuc confessore, nunc iam martyre subscribente, ut lapsis, infirmis, & in exitu constitutis pax daretur. Quæ literæ per totum mundum missæ, & in notitiam ecclesijs omnibus & uniuersis fratribus perlatæ sunt. Secundum quod tamè antè fuerat destinatum persecutione sopita, cum data esset facultas in unum conueniendi, copiosus episcoporum numerus, quos integros & incolumes fides sua & Domini tutela protexit, in unum conuenimus, & scripturis diu ex utraque parte prolatis, temperamentum salubri moderatione libramus, ut nec in totum spes communionis & pacis lapsis negaretur, ne plus desperatione deficerent; & eò quòd sibi ecclesia abdicaretur, secuti seculum gentiliter uiuerent: nec tamen rursum censura Euãgelica solueretur, ut ad communicationem temere prosilirent, sed traheretur diu pœnitentia, & rogaretur dolenter paterna clementia; examinarentur causæ & uoluntates, & necessitates singulorum secundum quod libello continetur, quem ad te uenisse confido, ubi singula placitorum capita conscripta sunt. Ac si minuc sufficiens episcoporum in Africa numerus uidebitur, etiam Romæ super hac re scripsimus ad Cornelium collegam

Lapsis communicanda pax.

nostrum, qui & ipse cum plurimis coëpiscopis habito c
silio, in eandem nobiscum sententiam pari grauitate &
lubri moderatione consensit, de quo tibi necesse fuit tunc
bere, ut scias me nihil leuiter egisse, sed secundum quod
ris meis fueram antè complexus, omnia ad commune
cilij nostri consilium distulisse, & nemini quidem prius
de lapsis communicasse, quando adhuc erat; unde non
tum indulgentiam sed & coronam lapsis acciperet, pop
tamen sicut collegij concordia, & colligendæ fraternita
ac medendi uulneris utilitas exigebat, necessitati tempor
succubuisse, & saluti multorum prouidendum putasse,
nunc ab his non recedere, quæ semel in consilio nostro
communi collatione placuerunt, quamuis multa multor
uocibus uentilentur, & mendacia aduersus sacerdo
Dei, diaboli ore prolata, ad rumpendæ catholicæ unita
concordiam ubiq; iactentur. Sed te oportet ut bonum fr
trem atq; unanimẽ sacerdotem, non quid maligni atq; ap
statæ dicant facilè suscipere, sed quid collegæ nostri mod
& graues uiri faciant, de uitæ & disciplinæ nostræ exem
plo perpendere. Venio iamiam nunc frater charissime
ad personam Cornelij collegæ nostri, ut Cornelium
biscum uerius noueris, non de malignorum & detrahen
mendacio, sed de Dei iudicio, qui eum episcopum fecit, &
coëpiscoporum testimonio, quorum numerus uniuersus p
totum mundum concordi unanimitate consensit. Nam qu
Cornelium charissimum nostrum Deo, & Christo & ec
siæ eius, item consacerdotibus cunctis laudabili prædicatio
ne commendat, non iste ad episcopatum subitò peruenit, s
per omnia ecclesiastica officia promotus, & in diuinis ad
ministrationibus Dominum sæpe promeritus, ad sacerdo
sublime fastigium cunctis religionis gradibus ascendit. Tu
deinde

Cornelius gradatim ad episcopatum euectus.

deinde episcopatum ipsum nec postulauit, nec uoluit, nec
ui, ut cæteri quos arrogantiæ & superbiæ suæ tumor in-
flat, inuasit, sed quietus & modestus, & quales esse con-
sueuerunt, qui ad hunc locum diuinitus eliguntur, pro pu-
dore uirginalis * conscientiæ suæ, & pro humilitate inge- * al's, conti-
nitæ sibi & custoditæ uerecundiæ, non ut quidam uim fecit nentiæ
ut episcopus fieret, sed ipse uim passus est ut episcopatum
coactus exciperet. Et factus est episcopus à plurimis colle-
gis nostris, qui tunc in urbe Roma aderant, & qui ad nos
literas honorificas, & laudabiles, & testimonio suæ præ-
dicationis illustres de eius ordinatione miserunt. Factus est
autem Cornelius episcopus de Dei & Christi eius iudicio,
de clericorum penè omnium testimonio, de plebis, quæ tunc
affuit, suffragio, & de sacerdotum antiquorum & bono-
rum uirorum collegio, cum nemo ante se factus esset, cum
Fabiani locus, id est, cum locus Petri & gradus cathedræ
sacerdotalis uacaret, quo occupato de Dei uoluntate atq;
omnium nostrum consensione firmato, quisquis iam episco-
pus fieri uoluerit, foris fiat necesse est, nec habeat ecclesiæ
ordinationem, quia ecclesiæ non tenet unitatem, quisquis ille
fuerit, multum licet de se iactans, & sibi plurimum uendi-
cans, profanus est, alienus est, foris est. Et cum post primum *Profanus est, qui ecclesiæ unitati derogat.*
secundus esse non possit, quisquis post unum, qui solus esse
debeat, factus est, non iam secundus ille, sed nullus est. Tum
deinde post episcopatum nõ exambitum nec extortum, sed *Confirmatio episcopi.*
de Dei, qui sacerdotes facit, uoluntate susceptum, quanta in
ipso suscepto episcopatu suo uirtus! quantum robur animi!
qualis firmitas fidei! quod nos simplici corde & perspicere
penitus, & laudare debemus: sedisse intrepidum Romæ in
sacerdotali cathedra eõ tempore, quo tyrannus infestus sa-
cerdotibus Dei fanda atq; infanda comminaretur, cum mul

tò patientius & tolerabilius audiret leuari aduersus
æmulum principē, quàm constitui Romæ Dei sacerdotem.
Non'ne hic frater summo uirtutis & fidei testimonio pre-
dicandus est? Non'ne inter gloriosos confessores & mar-
res deputandus, qui tantis temporibus sedit expectans e-
poris sui carnifices, & tyranni ferocientis ultores? qui Cor-
nelium aduersus edicta feralia resistentem, & minas,
cruciatus, & tormenta fidei uigore calcantem, uel gla-
inuaderent, uel crucifigerent, uel igne torrerent, uel qu-
bet inaudito genere pœnarum uiscera eius & membra
niarent? Etiam si maiestas Domini protegentis & bon-
sacerdotem quem fieri uoluit, factum quoq; protexit, tam
Cornelius quantum ad eius deuotionem pertinet & ti-
rem, passus est quicquid pati potuit, & tyrannum armis
bello postmodum uictum prior sacerdotio suo uicit. Q
autem quædam de illo inhonesta & maligna iactantur, n
mireris, cum scias hoc esse opus semper diaboli, ut ser
Dei mendacio laceret, & opinionibus falsis gloriosum
men infamet, ut qui conscientiæ suæ luce clarescunt, alieni
moribus sordidentur. Explorasse autem collegas nost
scias, & uerissime comperisse nulla illum libelli, ut quid
iactitant, labe maculatum esse, sed neq; cum episcopis qu
crificauerunt, communionem sacrilegam miscuisse, sed
demum quorum causa audita & innocentia probata sit,
iunxisse nobiscum. Nam & de Trophimo, & de quo
scribi desiderasti, non ita res est, ut ad te pertulit rumor
mendacium malignorum. Nam sicut & antecessores no
sæpe fecerunt, colligendis fratribus nostris charissimus f
ter noster Cornelius necessitate succubuit, & quoniam c
Trophimo pars maxima plebis abscesserat, redeūte et n
ad ecclesiam Trophimo & satisfaciente, & pœnitentia
pre

Mendaciū bonis insidiatur.

Trophimus ecclesiæ restitutus.

precationis errorem pristinum confitente, & fraternita-
tem quam nuper abstraxerat cum plena humilitate & sa-
tisfactione reuocāte, auditæ sunt eius preces, & in ecclesiam
Domini non tam Trophimus, quàm maximus fratrū nume-
rus qui cum Trophimo fuerat, admissus est. Qui omnes re-
gressuri ad ecclesiam non essent, nisi cum Trophimo comi-
tante uenissent. Tractatu ergo illo cum collegis plurimis ha-
bito susceptus est Trophimus, pro quo satisfaciebat fratrum
reditus, & restituta multorum salus, sic tamen admissus est
Trophimus, ut laicus communicet, non secundum quod ad
te malignorum literæ pertulerunt, quasi locū & sacerdotis
usurpet: sed & quòd passim communicare sacrificatis Cor-
nelius tibi nuntiatus est, hoc etiam de apostatarum fictis ru-
moribus nascitur. Neq; enim possunt laudare nos, qui rece-
dunt à nobis: aut expectare debemus ut placeamus illis, qui
nobis displicentes contra ecclesiam rebelles solicitandis de
ecclesia fratribus uiolenter insistunt. Quare & de Corne-
lio, & de nobis quæcunq; iactantur nec audies facilè, nec
credes frater. Si qui enim infirmitatibus occupātur, illis, si-
cut placuit, in periculo subuenitur: posteà tamē quàm subuen-
tum est, & periclitātibus pax data est, suffocari à nobis non
possunt, aut opprimi, aut ui de manu nostra in exitum mor-
tis urgeri, ut quoniā morientibus pax datur, necesse sit mo-
ri eos qui acceperint pacem. Cum magis in hoc iudiciū di-
uinæ pietatis, & paternæ lenitatis appareat, quòd qui pi-
gnus uitæ in data pace percipiunt, hoc quoq; ad uitam per-
cepta pace teneantur. Et idcirco si accepta pace commeatus
à Deo datur, nemo hoc debet in sacerdotibus criminari, cum
semel placuerit fratribus in periculo subuenire. Nec tu exi-
stimes frater charissime, sicut quibusdā uidetur, libellaticos
cū sacrificatis æquari oportere, quādo inter ipsos etiam qui

Ex sacerdote laicus.

Non cuique spiritui credendū.

Libellaticus.

ſacrificauerint, & conditio frequenter & cauſa diuerſa
Neq; enim æquandi ſunt, ille qui ad ſacrificium nefand
ſtatim uoluntate proſiluit, & qui luctatus & cõgreſſus
ad hoc funeſtum opus neceßitate peruenit: Ille qui & ſe
omnes ſuos prodidit, & qui ipſe pro cunctis ad diſcrim
accedens, uxorem, & liberos, & domum totam periculi
perfunctione protexit: Ille qui inquilinos uel amicos ſuos
facinus compulit, & qui inquilinis & colonis peper
fratres etiam plurimos qui extorres & profugi rece
bant, in ſua tecta & hoſpitia recepit, oſtendens & offer
Deo multas ſaluatas & incolumes animas, quæ pro
ſaucia deprecentur. Cum ergo inter ipſos qui ſacrifica
runt, multa ſit diuerſitas, quæ inclementia eſſet, & quæ a
ba duritia libellaticos cum ijs qui ſacrificauerint iunge
quãdo is cui libellus acceptus eſt, dicat: Ego prius legera
& epiſcopo tractante cognoueram non ſacrificandum id
lis, nec ſimulacra ſeruum Dei adorare debere, & ide
co ne hoc facerem quod non licebat, cum occaſio libelli fu
ſet oblata, quem nec ipſum acciperem, niſi oſtenſa fuiſſet o
caſio, ad magiſtratum ueni uel alio eunte mandaui Chri
ſtianum me eſſe, ſacrificare mihi non licere, ad aras dia
boli me uenire non poſſe, dare me ob hoc præmium, ne quo
non licet faciam. Nunc tamen etiam iſte qui libello macula
tus eſt, poſtquàm nobis admonentibus didicit nec hoc facer
debuiſſe, etſi manus pura ſit, & os eius feralis cibi cont
gia nulla polluerint, conſcientiam tamen eius eſſe pollu
tam, flet auditis nobis & lamentatur, & quod deliquer
nunc admonetur. & non tam crimine quàm errore dece
ptus, quòd iam de cætero inſtructus & paratus ſit conteſta
tur. Quorum ſi pœnitentiam reſpuamus habẽtium aliquam
fiduciam tolerabilis conſcientiæ, ſtatim cum uxoribus, cum
liberis,

Temperãda ſeueritas ne ueniatur ad deteriora.

liberis, quos incolumes reſeruauerant, in hæreſim uel ſchiſ-
ma diabolo inuitante rapiantur. Et adſcribetur nobis in die
iudicij, nec ouem ſauciam curaſſe, & propter unam ſauciam
multas integras perdidiſſe. Et cum Dominus relictis ſanis
unam errantem, & lapſam quæſierit, & inuentam in hume-
ris ſuis ipſe portauerit, nos in tantum non quærimus lapſos,
ſed & uenientes arcemus, et cum pſeudoprophetæ gregem
Chriſti nunc uaſtare & lacerare non deſinant, occaſio-
nem canibus & lupis damus, & quos perſecutio infeſta non
perdidit, eos nos duritia noſtra & inhumanitate perdimus.
Et ubi erit frater chariſſime quod Apoſtolus dicit? Omni-
bus per omnia placeo, non quærens quod mihi utile eſt, ſed
quod multis, ut ſaluentur. Imitatores mei eſtote, ſicut et ego
Chriſti. Et iterum: Factus ſum infirmus, ut infirmos lucra-
rer. Et iterum: Si patitur unum membrum, compatiuntur
& cætera membra: & ſi lætatur unum membrum, collætan
tur & cætera membra. Alia eſt philoſophorum & Stoico-
rum ratio frater chariſſime, qui dicunt omnia peccata paria
eſſe, et uirum grauem non facilè flecti oportere. Inter Chri
ſtianos autem & philoſophos plurimum diſtat. Et cum A-
poſtolus dicat: Videte ne quis uos deprædetur per philoſo-
phiam & inanem fallaciam, uitanda ſunt quæ non de Dei
clementia ueniunt, ſed de philoſophiæ duriori præſumptio-
ne deſcendunt. De Moyſe autem legis in ſcripturis dictum:
Et fuit Moyſes homo lenis nimis. Et Dominus in Euange-
lio ſuo dicit, Eſtote miſericordes, quomodo & pater ueſter
miſertus eſt ueſtri. Et iterum: Non eſt opus ſanis medicus,
ſed malè habentibus. Quam poteſt exercere medicinam,
qui dicit: eos ſolos curo, quibus medicus neceſſarius non
eſt? Opem noſtram, medelam noſtram uulneratis exhibere
debemus. Nec putemus mortuos eſſe, ſed magis ſemianimes

Lucæ 15.
Matth. 18.
1. Corinth. 9.
1. Cor. 4.
1. Cor. 9.

Philoſophorum rationes Chriſtianorũ rationibus diſſimiles.

Num. 12.
Luc. 8.
Matth. 9.

iacere, quos persecutione funesta sauciatos uidemus, ne
in totum mortui essent, nunquam de eisdem postmodum
fessores & martyres fierent. Sed quoniam est in illis
pœnitentia sequente reualescat ad fidem, ad uirtutem
tentiæ robur armetur, quod armari non poterit, si qui
speratione deficiat, si ab ecclesia durè & crudeliter
gatus ad gentiles se uias & secularia desideria conuer
uel ad hæreticos & schismaticos reiectus ab ecclesia
cat. Vbi & si occisus propter nomen Christi posti
fuerit extra ecclesiam constitutus, & ab unitate atq;
ritate diuisus, coronari in morte non poterit. Et ideo
frater charissime, examinatis causis singulorum libe
interim admitti, sacrificatis in exitu subuenire, quo
exomologesis apud inferos non est, nec ad pœnitentiam
à nobis compelli potest, si fructus pœnitentiæ subtrahat
Si prælium prius uenerit, corroboratus à nobis inuen
ad prælium. Si uerò ante prælium infirmitas urserit, co
latio pacis & communionis abscedit. Neque enim
iudicamus Domino iudicaturo, quòd nunus si pœnite
plenam & iustam peccatoris inuenerit, tunc ratum
quod à nobis fuerit hic statutum. Si uerò nos aliquis
tentiæ simulatione deluserit, Deus qui non deridetur,
qui cor hominis intuetur, de his quæ nos minus
mus, iudicet, & seruorum sententiam Dominus
dum tamen nos meminisse frater debeamus scriptum
Prouerb. 18. Frater fratrem adiuuans exaltabitur. Et Apostolum
Galat.6. que dixisse: In contemplatione habete unusquisque
uos tentemini, alterutrorum onera sustinete, & sic
plebitis legem Christi. Item quòd superbos redarg
1.Cor.10. & arrogantiam frangens in epistola sua ponat:
qui se putat stare, uideat ne cadat. Et alio in loco

Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat Rom.14.
aut cadit: stabit autem, potens est enim Deus stabilire illum.
Ioannes quoque Iesum Christum Dominum aduocatum et
deprecatorem pro peccatis nostris probat, dicens: Filioli 1.Ioan.2.
mei ista scribo uobis ne delinquatis: & si quis deliquerit,
aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christũ iustum,
& ipse est deprecatio pro delictis nostris. Et Paulus quo-
que Apostolus in epistola sua posuit: Si cum adhuc pecca- Rom.5.
tores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis
nunc iustificati in sanguine illius liberabimur per illũ ab ira:
cuius pietatem & clementiam cogitantes, non acerbi adeo,
nec duri, nec in fouendis fratribus inhumani esse debemus,
sed dolere cum dolentibus, & cum flentibus flere, & eos
quantum possumus auxilio & solatio nostræ dilectionis
erigere, nec adeo immites & pertinaces ad eorum pœni-
tentiam retundendam, nec iterum soluti & faciles ad com-
municationem temere laxandam. Iacet enim saucius frater
ab aduersario in acie uulneratus. Inde diabolus conatur occi
dere quem uulnerauit, hinc Christus hortatur ne in totum
pereat, quẽ redemit. Cui de duobus assistimus, in cuius parte
stamus? utrũ ne diabolo fauemus ut perimat, & semianimẽ
fratrẽ iacentẽ, sicut in Euangelio sacerdos & leuites præ-
terimus? an uerò ut sacerdotes Dei & Christi quod & Chri
stus docuit & fecit imitãtes, uulneratũ de aduersarij fauci-
bus rapimus, ut curatũ Deo iudici reseruemus? Nec putes
frater charissime hinc aut uirtutẽ fratrũ minui, aut martyria
deficere, quòd lapsis laxata sit pœnitentia, & quod pœ-
nitentibus spes pacis oblata. Manet uerò fidentium ro-
bur immobile, & apud timentes ac diligentes corde to-
to Deum stabilis & fortis preseruerat integritas. Nam &
mœchis à nobis pœnitẽtiæ tempus conceditur, et pax datur,

non

non tamen idcirco uirginitas in ecclesia deficit, aut cor-
tiæ propositum glorioſum per aliena peccata langu-
Virginitas flos ecclesiæ. Floret ecclesia tot uirginibus coronata, & castitas a-
dicitia tenorem gloriæ ſuæ ſeruat, nec quia adultero p-
tentia ac uenia laxatur, continentiæ uigor frangitur. A-
eſt, ad ueniam ſtare, aliud ad gloriam peruenire: aliud
ſum in carcere non exire inde, donec ſoluat nouiſſi-
quadrantem, aliud ſtatim fidei & uirtutis accipere
cedem: aliud pro peccatis longo dolore cruciatum
dari & purgari diu igne, aliud peccata omnia pa-
purgaſſe: aliud denique pendere in die iudicij ad
tentiam Domini, aliud ſtatim à Domino coronari.
quidem apud anteceſſores noſtros, quidam de epiſc-
iſtinc in prouincia noſtra dandam pacem mœchis
putauerunt, & in totum pœnitentiæ locum co-
adulteria clauſerunt, non tamen à coëpiſcoporum
rum collegio receſſerunt, aut catholicæ eccleſiæ unita-
uel duritiæ, uel cenſuræ ſuæ obſtinatione ruperunt, ut
apud alios adulteris pax dabatur, qui non dabat, de eccl-
ſepararetur, manente concordiæ uinculo, & perſeuer-
al's. deponit catholicæ eccleſiæ indiuiduo ſacramento, actum ſuum *a-
nit & dirigit unuſquiſq; epiſcopus, rationem propoſit
Domino redditurus. Miror autem quoſdam ſic obſtina-
eſſe, ut dandam lapſis non putent pœnitẽtiam, aut pœni-
tibus exiſtiment ueniam denegandam, cum ſcriptum ſit:
Apocal. 2. mento unde ceciderís, & age pœnitentiam, & fac pri-
opera. Quod utiq; ei dicitur, quem conſtat ceciſſe. &
Dominus hortatur per opera rurſus exurgere, quia ſcrip-
eſt: Eleemoſyna à morte liberat. & non utique ab illa
Tob. 4. te, quam ſemel Chriſti ſanguis extinxit, & à qua
ſalutaris baptiſmi & redemptoris noſtri gratia liber-

uit, ſed ab ea, quæ per delicta poſtmodum ſerpit. Alio item
loco pœnitentiæ tempus datur, & pœnitentiam non agen-
ti Dominus comminatur: Habeo, inquit, aduerſus te multa, Apoc. 2.
quòd uxorem Ieſabel, quæ ſe dicit propheten, ſinis docere
& ſeducere ſeruos meos, fornicari & manducare de ſacri-
ficio, & dedi illi tempus, ut pœnitentiam ageret, & pœni-
tere noluit à fornicatione. Ecce mitto eam in lectum, & qui
cum ea fornicati ſunt, in maximam tribulationem niſi pœ-
nitentiam egerit ab operibus ſuis. Quos utique ad pœniten
tiam Dominus non hortaretur, niſi quia pœnitentibus indul
gentiam pollicetur. Et in Euangelio: Dico, inquit, uobis, ſic Luc. 15.
erit gaudium in cœlo ſuper unum peccatorem pœnitentiam
agẽtem, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtos, quibus non eſt
opus pœnitẽtia. Nam cum ſcriptum ſit: Deus non fecit mor Sap. 1.
tem, nec delectatur in perditione uiuorũ: utiq; qui neminem
uult perire, cupit peccatores pœnitentiam agere & per
pœnitentiam denuo ad uitam redire. Ideo et per Iohel pro- Iohel. 2.
phetã clamat & dicit: Et nũc hæc dicit Dominus Deus *no- *al's, ueſter
ſter: Reuertimini ad me ex toto corde ueſtro, ſimulq; &
ieiunio, & fletu, & planctu, & diſcindite corda ueſtra, &
non ueſtimenta ueſtra, & reuertimini ad Dominũ Deum ue-
ſtrũ, quia miſericors et pius eſt, et patiens, et multæ miſera-
tionis, & qui ſententiam flectat aduerſus malitiam irro-
gatam. In pſalmis etiam legimus cenſuram pariter & cle-
mentiam Dei comminantis ſimul ac parcentis, punientis ut
corrigat, & cum correxerit reſeruantis: Viſitabo, inquit, in Pſal. 88.
uirga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum. Miſe-
ricordiam autem meam non diſpergã ab eis. Dominus quo-
que in euangelio pietatem Dei patris oſtendens ait: Quis eſt Matth. 7.
ex uobis homo, quem ſi petierit filius eius panem, lapidem
porrigat illi? aut ſi piſcem poſtulauerit, ſerpentem illi

porr

porrigat? Si ergo uos, cum sitis nequam, scitis bona dare filijs uestris, quanto magis pater uester cœlestis bona poscentibus se? Comparat hoc Dominus carnalem patrem & Dei patris æternã largamq; pietatẽ: quòd si terris nequam pater offensus grauiter à filio peccatore malo, si tamen eundem postmodum uiderit reformatum, depositis prioris uitæ delictis ad sobrios & bonos mores ad innocentiæ disciplinam pœnitẽtiæ dolore correctum, det & gratulatur, & susceptũ quẽ antè proiecerat cum to paternæ exultationis cõplectitur: quanto magis uerus pater bonus, misericors & pius, imò ipsa bonitas misericordia, & pietas lætatur in pœnitentia filiorũ suo neciram pœnitentibus, aut plangentibus & lamentantibus pœnam comminatur, sed ueniam magis & indulgentiã

Matth. 5. ceturs. Vnde Dominus in Euangelio beatos dicit plangentes quia qui plangit, misericordiam prouocat: qui peruicax & superbus, iram sibi et pœnam iudicij uenientis exigerat. Et idcirco frater charissime pœnitẽtiam non agentes dolorem delictorum suorum toto corde & manifesta tationis suæ professione testantes, prohibendos omnino fuimus ab spe cõmunicationis & pacis, si in infirmitate in periculo cœperint deprecari, quia rogare illos nõ de

Pax negatur morienti.

pœnitentia, sed mortis urgentis admonitio compellit gnus est in morte accipere solatium, qui se non cogitauit morituru. Quod uerò ad Nouatiani personam pertinet

Christianus non est qui in Christi ecclesia non est.

ter charissime, de quo desideraſti tibi scribi quam hæresi introduxisset, scias nos primo in loco nec curiosos esse re quid ille doceat, cum foris doceat. Quisquis ille est, et liscunq; est, Christianus nõ est, qui in Christi ecclesia non

Nouatiano insultat Cyprianus.

lactet se, & philosophiam uel eloquentiam suã superbis cibus prædicet, qui nec fraternam charitatem, nec eccles

cam unitatem tenuit, etiam quod prius fuerat amisit: nisi si episcopus tibi uidetur, qui episcopo in ecclesia à sedecim coëpiscopis facto, adulter atq; extraneus episcopus fieri à desertoribus per ambitum nititur, & cum sit à Christo una ecclesia per totum mundum in multa membra diuisa: item episcopatus unus episcoporum multorum concordi numerositate diffusus, ille post Dei traditionem, post connexam & ubicunq; coniunctam catholicæ ecclesiæ unitatẽ, humanam conetur ecclesiam facere, & per plurimas ciuitates nouos Apostolos suos mittat, ut quædam recentia institutionis suæ fundamenta constituat, cumq; iam pridem per omnes prouincias & per urbes singulas ordinati sint episcopi in ætate antiqui, in fide integri, in pressura probati, in persecutione proscripti, ille super eos creare alios pseudepiscopos audeat, quasi possit, aut totum orbem noui conatus obstinatione peragrare, aut ecclesiastici corporis compaginem discordiæ suæ seminatione rescindere: nescieñs schismaticos semper inter initia sua feruere, incrementa uerò habere non posse, nec augere quod illicitè cœperint, sed statim cum praua sua æmulatione deficere. Episcopatum autem tenere non possit, etiam si episcopus prius factus à coëpiscoporum suorum corpore & ab ecclesiæ unitate desciscaret, cum Apostolus admoneat, ut inuicem nosmetipsos sustineamus, nec ab unitate quam Deus constituit, recedamus, & dicat: Sustinentes inuicem in dilectione, satis agentes seruare unitatem spiritus in coniunctione pacis. Qui ergo nec unitatem spiritus, nec coniunctionem pacis obseruat, & se ab ecclesiæ uinculo atque à sacerdotum collegio separat, episcopi nec potestatem potest habere, nec honorem, qui episcopatus nec unitatem uoluit tenere, nec pacem. Tum deinde quantus arrogantiæ tumor est, quanta

Ecclesia una. Episcopatus unus.

Non durant schismaticæ molimina.

Ephes. 4.

humil

humilitatis & lenitatis obliuio arrogantiæ suæ quam
ctatio, ut quis aut audeat, aut facere posse se credat, quod
Matth.13. Apostolis concessit Dominus, ut zizania à frumento p
se posse discernere, an quasi ipsi paleam ferre & aream
gare concessum sit, paleas à tritico conetur separare, c
2.Tim.2. Apostolus dicat: In domo autem magna non solum uasa
rea sunt & argentea, sed & lignea & fictilia, aurea &
gentea uasa uideatur eligere, lignea uerò & fictilia co
mnere, abijcere, cum non nisi die Domini uasa lignea
ardoris incendio conrementur, & fictilia ab eo, cui d
ferrea uirga, frangantur. Aut si se renis & cordis scru
rem constituit & iudicem, per omnia æqualiter iudicet,
Ioan.5. cum sciat scriptum esse: Ecce sanus factus es, iam noli
care, ne quid tibi deterius fiat, fraudatores & mœcho
latere atque à comitatu suo separet, cum multò &
Adulter pe- uior, & peior sit mœchi quàm libellatici causa, cum
ior libellati- necessitate, ille uoluntate peccauerit: hic existim
co. sibi satis esse quòd non sacrificauerit, errore decep
sit, ille matrimonij expugnator alieni, uel lupa
ingressus ad cloacam & cœnosam uoraginem
sanctificatum corpus & Dei templum detestabili colla
1.Cor.6. ne uiolauerit, sicut Apostolus dicit: Omne peccatum q
cunq; fecerit homo extra corpus est, qui autem mœcha
in corpus suum peccat. Quibus tamen & ipsis pœnit
conceditur, & lamentandi ac satisfaciendi spes relinqui
2.Cor.12. secundum ipsum Apostolum dicentem: Timeo ne forte
niens ad uos lugeam multos ex ijs qui antè peccauer
& non egerunt pœnitentiam de immunditijs quas fec
& fornucationibus & libidinibus. Nec sibi in hoc non
retici blandiatur, quòd se dicat idololatris non cõmunic
cum sint apud illos et adulteri & fraudatores, qui tene

idololatriæ crimine, secundum Apostolum dicentem: Hoc Ephes.5.
enim scitote intelligentes quia omnis fornicator, aut immun
dus, aut fraudator, quod est idololatria, non habet hæredita- Coloss.3.
tem in regno Christi & Dei. Et iterum: Mortificate itaq;
membra uestra quæ in terra sunt, exponẽtes fornicationem, Gal.5.
immunditiã, & concupiscentiam malam, & cupiditatẽ, quæ
sunt idolorum seruitus, propter quæ uenit ira Dei. Nam cum
corpora nostra membra sint Christi, & singuli simus tem-
plum Dei, quisquis adulterio templum Dei uiolat, Deum
uiolat, & qui in peccatis committendis uoluntatem diaboli
facit, dæmonijs & idolis seruit. Neq; enim mala facta de san Mala à dia-
cto spiritu ueniunt, sed de aduersarij instinctu, & de immun bolo.
do spiritu natæ concupiscentiæ cõtra Deum facere, & dia-
bolo seruire compellunt. Ita fit ut si peccato alterius inqui-
nari alterum dicunt, & idololatriam delinquentis ad non
delinquentem transire sua assceuratione contendunt, excu-
sari secundum suam uocem non possint ab idololatriæ cri-
mine, cum constet de Apostolica probatione mœchos & 1.Cor.10.
fraudatores, quibus illi communicãt idololatras esse. Nobis
autem secundum fidem nostram, & diuinæ prædicationis
datam formam competit ratio ueritatis, unumquenq; in pec-
cato suo reum teneri, nec posse alterũ pro altero reum fie-
ri, cum Deus præmoneat & dicat: Iustitia iusti super eum Ezech.18.
erit, & scelus scelerati super eum erit. Et iterum: Non mo- 4.Reg.14.
rientur patres pro filijs, & filij non morientur pro patri-
bus. Vnusquisq; in peccato suo morietur. Quod legentes sci-
licet & tenentes neminem putamus à fructu satisfactionis
& spe pacis arcendum, cum sciamus iuxta scripturarum fi-
dem, autore & hortatore ipso Deo, & ad agendam pœni- Pœnitentiæ
tentiam peccatores redigi, et ueniã atq; indulgentiã pœni- agenda.
tentibus non denegari. Atq; ô frustrandæ fraternitatis irri-

sio: ô miserorum lamentantium caduca deceptio, ô hæreti
institutionis inefficax & uana traditio, hortari ad satis
ctionis pœnitentiam, & subtrahere de satisfactione medi
nam, dicere fratribus nostris, plange & lacrymas funde
diebus ac noctibus ingemisce, & pro abluendo & purg
do delicto tuo largiter & frequenter operare, sed extra
clesiam post omnia ista morieris. Quæcunq; ad pacem p
tinent, facies, sed nullam pacem quam quæris, accipies. Q
non statim pereat? quis non ipsa desperatione deficiat? Q
non animum suum à proposito lamentationis auertat? Q
rari tu putas rusticum posse, si dixeris, agrum peritia o
rusticitatis exerce, culturis diligenter insiste, sed nulla
messem metes, nullam uindemiam premes, nullos oliueti
fructus capies, nulla de arboribus poma decerpes? Vel
cui * demum usum nauium suadens dicas: Materiam de e
cellentibus syluis mercare frater: carinam præualidis
electis roboribus intexe clauo, funibus, uelis, ut fabricet
atq; armetur nauis, operare: sed cum hoc feceris, fructum
actibus eius & cursibus non uidebis? Præcludere est atq;
scindere iter doloris ad pœnitendi uiam, ut cum scriptu
Luc. 17. Dominus Deus reuertentibus ad se & pœnitentibus bla
diatur, nostra duritia & crudelitate dum fructus pœni
tiæ intercipitur, pœnitentia ipsa tollatur. Quòd si inue
mus à pœnitentia agenda neminem debere prohiberi,
deprecantibus atq; exorantibus Domini misericordiam
cundum quod ille misericors & pius est per sacerdotes e
pacem posse concedi, admittendus est plangẽtium gemit
& pœnitentiæ fructus dolentibus non negandus. Et q
apud inferos dum confessio non est, nec exomologesis
fieri potest: qui ex toto corde pœnituerint & rogauerint
ecclesiam debent interius suscipi, & in ipsa Domino res
uari

Similitudinibus ostendit ueniam pœnitentibus non denegandam.

** als, dominiũ & usum*

Exomologesis, id est, confessio à uerbo ἐξομολογέομαι, id est, confiteor.

uari, qui ad ecclesiam suam uenturus de illis utiq;, quos in ea
intus inuenerit, iudicabit. Apostatæ uerò & desertores, uel
aduersarij & hostes & Christi ecclesiam dissipantes, nec
si occisi pro nomine eius foris fuerint, admitti secundũ Apo-
stolum possunt ad ecclesiæ pacem, quando nec spiritus, nec
ecclesiæ tenuerunt unitatem. Hæc interim frater charissime
pauca de multis quantum potui breuiter decucurri, quibus
& desiderio tuo satisfacerem, & te magis ac magis collegij
& corporis nostri societati coniungerem. Si autem tibi ue-
niendi ad nos opportunitas & facultas fuerit, plura in com-
munione conferre, & uberius ac plenius quæ in salutarem
concordiam faciant tractare poterimus.

EPISTOLA III.

Ad Moysen & Maximum presbyteros & cæteros confessores epistola, qui in persecutionibus fidem integram seruauerunt.

CYPRIANVS MOYSI ET MAXIMO presbyteris, & cæteris confessoribus dilectissimis fratribus SAL.

GLoriam fidei & uirtutis uestræ fortissimi ac beatissimi fratres, iam pridem de opinione cognoueram, lætatus satis & plurimum gratulatus, quòd uos confessione sui nominis parauerit ad coronam Domini nostri præcipua dignatio. Vos enim primores & duces ad nostri temporis prælium facti cœlestis militiæ signa mouistis. Vos spirituale certamen, quod nunc geri Deus uoluit, uestris uirtutibus imbuistis. Vos surgentis belli impetus primos immobili robore atq; inconcussa stabilitate fregistis. Inde initia felicia pugnandi orta sunt, unde uincendi auspicia cœperunt. Contigit hic per tormenta consummari martyria, sed qui in congressione præcedens exemplum uirtutis fratribus factus est, cum martyribus in honore communis est. Coronas uestras

Martyrũ commendatio.

manu sertas inde huc tradidistis, & de poculo salutari si-
tribus propinastis. Accessit ad confessionis exordia glori-
& militiæ uictricis auspicia, disciplinæ tenor, quem de p
stolæ uestræ uigore perspeximus, quam modo ad cõlig
uestros in confessione uobiscum Domino copulatos, fol
admonitione misistis, ut Euangelij sancta præcepta, & q
dita nobis semel mandata uitalia forti & stabili obserua
ne teneantur. Ecce alius gloriæ uestræ sublimis gradus,
iterum cum confessione geminatus promerendi Dei tit
Stare firmo gradu, & in hac acie quæ in Euangelio coro
tur irrumpere, & præceptis Domini subruendis, m
impias inferentes fidei robore submouere, præbuisse
initia uirtutum, nunc & morũ magisteria præbere. Do
Matth. 28. nus post resurrectionẽ mittens Apostolos mandat & di
Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Ite ey
& docete gentes omnes, tingentes eos in nomine patris
filij & spiritus sancti, docẽtes eos obseruare quæcunq; p
1. Ioan. 2. cepi uobis. Et Ioannes Apostolus huius mandati memo
epistola sua postmodum ponit: In hoc, inquit, intelligim
quia cognouimus eum, si præcepta eius custodiamus. Q
cit quoniam cognouit eum, & mandata eius non seru
mendax est, & ueritas in illo non est. Hæc præcepta cum
stodienda suggeritis, diuina & cœlestia mandata seruati
Hoc est esse confessorẽ Domini, hoc est esse martyrem C
sti, seruare uocis suæ inuiolatam circa omnia & solidam f
mitatem, nec propter Dominum martyrem fieri, & præ
pta Domini destruere conari, uti aduersus illum dignatio
quam tibi dederit, armis ab illo acceptis rebellem quodam
modo fieri, hoc est Christum cõfiteri uelle, & Euangeliu
Christi negare. Lætor igitur ex uobis fortissimi ac fideliss
mi fratres, & quantum gratulor martyribus istic coron

tis ob uirium gloriam, tantum gratulor pariter & uobis
ob dominicæ etiam disciplinæ coronam. Dignationem suam
Dominus multiplici genere largitatis infudit, bonorum mi-
lium laudes & glorias spirituales copiosa uarietate distri-
buit, honoris uestri participes & nos sumus, gloriam ue-
stram nostram gloriam computamus, quorum tempora il-
lustrauit tanta felicitas, ut ætate nostra uidere contingeret
probatos seruos Dei, & Christi milites coronatos. Opto
uos fortissimi ac beatissimi fratres semper bene ualere, &
nostri meminisse.

EPISTOLA IIII.

Epistola ad clerum, quem docet aduersa tunc imminẽtia pro-
per nimia peccata uenisse, ideoq; instanter orandum, quoniam
Deus quem corripit, diligit: & cum corripit, ad hoc corripit ut
emendet.

CYPR. PRESBYTERIS ET
Diaconis fratribus SAL.

QVanquam sentiam fratres charissimi pro timore, quem singuli debemus Deo, uos quoq; illic assiduis orationibus & enixis precibus instanter incumbere, admonco tamen religiosam solicitudinem uestram, ut ad placandum atq; exorandũ Dominũ non uoce sola, sed & ieiunijs, & lacrymis, & omni genere deprecationis ingemiscamus. Intelligendum est enim & confitendum pressuræ istius tam turbidam uastitatem, quæ gregem nostrum maxima ex parte populata est adhuc, & usq; populatur, secundum peccata nostra uenisse, dum uiam Domini non tenemus, nec data nobis ad salutem cœlestia mandata seruamus. Fecit Dominus noster uoluntatem patris, & nos non facimus Domini uoluntatem, patrimonio & lucro studentes superbiam sectantes, æmulationi ac dissensioni uacãtes, simplicitatis & fidei

Deus placãdus non uoce tantũ, sed lacrymis, ieiunijs, &c.

Quicquid patimur, peccata nostra meruere.

negligentes, seculo uerbis solis & non factis renunti
Luc.12. unusquisq; sibi placentes, & omnibus displicentes. Vap
mus itaq; ut meremur, cum scriptum sit: Seruus autem
qui cognouit uoluntatem Domini sui, & non paruerit
luntati eius, uapulabit multis. Quas autem plagas, quas
bera non meremur, quando, nec confessores qui exemp
cæteris ad bonos mores esse debuerant, teneant disciplin
Itaq; dum quosdam insolenter extollit cõfessionis suæ
da & inuerecunda iactatio, tormenta uenerunt, & torm
ta sine fine tortoris, sine exitu damnationis, sine solatio
tis, tormenta quæ ad coronam non facilè dimittant, sed
diu torquant, quandiu deijciant: nisi si aliquis diuina dig
tione subtractus inter ipsa cruciamenta profecerit, adep
gloriam non termino supplicij, sed celeritate moriendi. E
patimur delicto & merito nostro, sicut præmonuit diui
Psal.88. censura dicens: Si dereliquerint legem meam, & in iudi
meis non ambulauerint, si iustificationes meas profan
rint, & præcepta mea non obseruauerint, uisitabo in
facinora eorum, et in flagellis delicta eorum. Virgas igi
& flagella sentimus, qui Deo nec bonis factis placemus,
pro peccatis satisfacimus. Rogemus de intimo corde &
tota mente misericordiam Dei, quia & ipse addidit, dice
Ioan.16. Misericordiam autem meam non dispergam ab eis. Pen
& accipiemus, & si in accipiendo mora & tarditas
rit, quoniam grauiter offendimus, pulsemus, quia & pul
ti aperitur, si modo pulsent ostium preces & gemitus
Oratio unanimis. lacrymæ nostræ, quibus insistere & immorari oportet
si sit unanimis oratio. Nam quod magis suasit & comp
ut has ad uos literas scriberem, scire debetis (sicut Dom
ostendere & reuelare dignatus est) dictum esse in uisio
Matth.7. Petite & impetrabitis: tunc deinde præceptum plebi
sterit

sterit, ut pro quibusdam personis designatis sibi peterent: In
petendo autem fuisse dissonas uoces, & dispares uoluntates,
& uehementer hoc displicuisse illi qui dixerat: Petite & Luc.11.
impetrabitis, quòd plebis inæqualitas discreparet, nec esset
fratrum consensio una & simplex & iuncta cõcordia, cum
scriptum sit: Deus qui inhabitare facit unanimes in domo. Psal.67.
Et in Actis Apostolorum legamus: Turba autẽ eorum qui Act.2.
crediderant, animo ac mente unà agebant: & Dominus sua
uoce mandauerit, dicens: Hoc est mandatum meum, ut dili-
gatis inuicem. Et iterum: Dico autem uobis, quoniam si duo- Matth.18.
bus ex uobis conuenerit in terra de omni re quamcunq; pe-
tieritis, continget uobis à patre meo qui in cœlis est. Quòd
si duo unanimes tantum possunt, quid si unanimitas apud
omnes esset? Quid si secundum pacẽ quam nobis Dominus
dedit, uniuersis fratribus conueniret? Iampridem de diuina
misericordia impetrassemus quod petimus, nõ tandiu in hoc
salutis & fidei nostræ periculo fluctuaremus, imò uerò nec
uersassent fratribus hæc mala, si in unum fraternitas fuisset
animata. Nam & illud ostensum est, quòd sederet paterfa-
milias sedente sibi ad dexteram iuuene, qui iuuenis anxias
& cum quadam indignatione subtristis, maxillam manu te-
nens, mœsto uultu sedebat. Alius uerò in sinistra parte con-
sistens rete portabat, quod se mittere, ut circunstantem po-
pulum caperet, minabatur, & cum miraretur quid hoc esset
ille qui uidit, dictum est ei: Iuuenem qui ad dexteram sic se-
deret, contristari & dolere, quòd præcepta sua non seruaren
tur: illum uerò in sinistra exultare, quòd sibi daretur occa-
sio, ut à patrefamiliâs potestatẽ sumeret sæuiendi. Hoc prius
longe ostensum est, quam tẽpestas uastitatis huius oriretur.
Et uidemus impletum quod fuerat ostensum, ut dum Domi-
ni præcepta contemnimus, dum datæ legis mandata salu-

taria non tenemus, facultatem nocendi inimicus accip
& minus armatos, & ad repugnandum minus cautos
Oratio. retis operiret. Oremus instanter, & assiduis precibus
miscamus. Nam & hoc nobis iam olim per uisionem
tres charissimi exprobratum sciatis, quòd dormitem
precibus, nec uigilanter oremus, & Deus utiq; qui
corripit, diligit, quando corripit, ad hoc corripit ut
det, ad hoc emendat ut seruet. Excutiamus itaq; & abr
pamus somni uincula, & instanter ac uigilanter or
Coloss.4. sicut Paulus Apostolus præcipit, dicens: Instate oratio
gilantes in ea. Nam & Apostoli orare diebus ac no
non destiterunt, & Dominus quoq; ipse disciplinæ
ster & exempli nostri uia frequenter & uigilanter
Luc.6. uit, sicut in Euangelio legimus: Exijt in montem orare
fuit pernoctans in oratione Dei. & utique quod or
orabat ille pro nobis, cum peccator ipse non esset, sed
stra peccata portaret. Adeo autem pro nobis ille depr
Luc.22. batur, ut legamus in alio loco: Dixit autem Domin
Petrum: Ecce Satanas postulauit ut uos uexaret, quem
triticum, ego autem rogaui pro te, ne deficiat fides
Quòd si pro nobis ac pro delictis nostris ille labor
uigilat & precatur, quantò nos magis insistere pr
bus & orare, & primò ipsum Dominum rogare, h
deinde per ipsum Deo patri satisfacere debemus? H
mus aduocatum & deprecatorem pro peccatis nos
IESVM Christum Dominum nostrum, si modò no
præteritum peccasse pœniteat, & confitentes atq; int
gentes delicta nostra, quibus nunc Deum offendimus, ut
cætero nos ambulare in uijs eius & præcepta eius me
spondeamus. Pater nos & corrigit & tuetur stantes
in fide & in pressuris atq; in angustijs licet Christo

firmiter adhærentes, sicut scriptum est: Quis nos separabit Rom.8.
à charitate Christi? pressura, an angustia, an persecutio, an
fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Nihil horum po
test separare credentes, nihil potest auellere corpori eius &
sanguini cohærentes. Persecutio ista examinatio est atque
exploratio peccati nostri, excuti nos Deus uoluit & proba
ri, sicut suos semper probauit: nec tamen in probationibus
eius aliquando auxilium credentibus defuit. Deniq; ad mini-
mum famulum suum, & in delictis licet plurimis constitu-
tum, & dignatione eius indignum, tamen pro sua circa nos
bonitate mandare dignatus est. Dic illi, inquit, securus sit,
quia pax uentura est. Sed quod interim morula est, super-
sunt aliqui qui probentur. Sed & de uictu parco, & sobrio
potu diuinis dignationibus admonemur; scilicet ne ui-
gore cœlesti sublime iam pectus* illecebra secularis ener- * al's, illece-
uet, uel ne largioribus epulis mens grauata minus ad preces broso pocu-
orationis euigilet. Dissimulare hæc singula & apud con- lo se.
scientiam meam solus occultare non debui, quibus unusquis-
que uestrum & instrui & regi possit. Ne ipsi utique apud
uos hanc epistolam teneatis occultam, sed legendam fratribus
suggeratis. Intercipere enim quibus nos Dominus admone-
re & instruere dignatur, eius est qui admoneri & instrui
dedignatur, eius est qui admoneri et instrui fratrem suum no-
lit. Probari nos à Domino nostro sciant, nec à fide, in qua in
eum semel credidimus, præsentis pressuræ conflictatione
deficiant. Delicta sua singuli recognoscentes, uel modo
conuersationem ueteris hominis exponant. Nemo enim Luc.9.
retro attendens, & superponens manum suam super Gen.19.
aratrum, aptus est regno Dei. Denique uxor Loth, quæ
liberata contra præceptum retro respexit, quod eua-
serat perdidit. Attendamus non posteriora, quò diabolus

reuocat, sed priora, quò Christus uocat. Oculos erig
ad cœlum, ne oblectamentis & illecebris nos suis terr
Orandum pro omnibus. cipiat. Vnusquisque oret Dominum non pro se tan
& pro omnibus fratribus, sicut Dominus IESVS
nos docuit, ubi non singulis priuatam precem mandau
communi et cõcordi prece orare, pro omnibus iussit. S
Dominus humiles & quietos, si nos inuicem copulat
circa iram suam timidos, si præsenti tribulatione corr
emendatosq; conspexerit, tutos ab inimici infestatione
hibebit. Præcessit disciplina, sequetur & uenia. Nos
sine cessatione poscendi, & cum fide accipiendi simp
& unanimes Dominum deprecemur cum gemitu p
& fletu deprecantes, sicut deprecari oportet eos, q
positi inter plangentium ruinas, & timentium reliqui
ter numerosam languentium stragem, & exiguam
pauzitatem. Rogemus pacem maturius reddi, cito * lab
nostris & periculis subueniri. In plerisque famulis su
minus dignatur ostendere redintegrationem eccles
Sæpe fit expulsa nube serena dies. securitatem salutis nostræ, post pluuias serenitatem, p
nebras luccm, post procellas & turbines placidam
tem. Pia paternæ dilectionis auxilia, diuinæ maiestatis
magnalia, quibus & persequentium blasphemia retu
& lapsorum pœnitentia reformetur, & fortis & fi
perseuerantium fiducia glorietur. Opto uos fratres ch
mi semper bene ualere.

* al's, illecebris

EPISTOLA XX.

Ad clerum & plebem de Celerino confessore lectore ordin

CYPR. PRESBYTERIS ET
Diaconis, & plebi uniuersæ, fratribus SAL.

AGnoscenda & complectẽda sunt fratres dilectissimi
ncficia diuina, quibus ecclesiam suam Dominus illu

re temporibus nostris & honestare dignatus est, commica
tum dando nobis confessoribus suis & martyribus glorio
sis, ut qui sublimiter Christum confessi essent, clerum post
modum Christi min sterijs ecclesiasticis adornarent. Exul
tate igq; & gaudete nobiscum lectis literis nostris, quibus
ego & collegæ mei, qui præsentes aderant, referimus ad uos
Celerinum fratrem nostrum uirtutibus pariter & moribus *Celerini martyrio suadet cõgratulandum.*
gloriosum clero nostro non humana suffragatione, sed diui
na dignatione coniunctum, qui cum consentire dubitaret, ec
clesiæ ipsius admonitu & hortatu in uisione per noctem
compulsus est ne negaret, nobis suadentibus, cui plus licuit,
& coegit, quia nec fas fuerat, nec decebat sine honore eccle
siastico esse, quem sic Dominus honorauerit cœlestis gloriæ
dignitate. Hic ad temporis nostri prælium primus, hic inter *Celerini commendatio.*
Christi milites anteſignanus, hic inter persecutionis initia
feruentia cum ipso infestationis principe & autore congres
sus, dum inexpugnabili firmitate certaminis sui aduersari
um uincit, uincendi cæteris uiam fecit, non breui compendio
uulnerum uictor, sed hærentibus diu & permanentibus pœ
nis longæ colluctationis miraculo triumphator. Per decem
& nouem dies custodia carceris septus, in neruo ac ferro fu
it. Sed posito in uinculis corpore, solutus ac liber spiritus mã *Celerini constantia.*
fit. Caro famis ac sitis diuturnitate contabuit, sed animam fi
de & uirtute uiuentem nutrimentis spiritualibus Deus pa
uit. Iacuit inter pœnas pœnis suis fortior, incluſus includen
tibus maior, iacens stantibus celsior, uincientibus firmior
uinctus, sublimior iudicantibus iudicatus. Et quamuis ligati
neruo pedes essent, calcatus serpens & obtritus & uictus
est. Lucent in corpore glorioso clara uulnerum signa, enti
nent & apparent in membris longa tabe consumptis ex
pressa uestigia. Sũt magna, sunt mira, quæ de uirtutibus eius

ac lau

Thomæ similes increduli.

ac laudibus fraternitas audiat. Et si aliquis Thomæ s
extiterit, qui minus auribus credat, nec oculorum
deest, ut quisquis quod audit & uidet. In seruo Dei
riam gloria uulnerum fecit, gloriam cicatricum me
custodit. Nec rudis iste aut nouus est in Celerino cha
mo nostro titulus gloriarum, per uestigia cognatione
graditur, parentibus, ac propinquis suis honore con
Celerina auia Celerini.
diuinæ dignationis æquatur. Auia eius Celerina iampr
martyrio coronata est. Item patruus eius et auunculus
Laurentius, Ignatius.
rentius & Ignatius in castris & ipsi quondam seculo
militantes, sed ueri & spirituales Dei milites, dum
lum Christi professione prosternunt, palmas à Domi
Sacrificia pro martyribus.
coronas illustri passione meruerunt. Sacrificia pro eis
per, ut meministis, offerimus, quoties martyrum pas
& dies anniuersaria commemoratione celebramus. Si
gener ergo esse, nec minor poterat, quem sic domestica
plis uirtutis ac fidei prouocabat familiæ dignitas & g
rosa nobilitas. Quòd si in familia seculari prædicationis
laudis est esse patricium, quanto maioris laudis & hon
est fieri in cœlesti prædicatione generosum? Non im
quem beatiorem magis dicam, utrum ne illos de poster
tam clara, an hunc de origine gloriosa. Ita æqualiter
eos recurrit & commeat diuina dignatio, ut & illorum
ronam dignitas sobolis illustret, et huius gloriam sublim
generis illuminet. Hunc ad nos fratres dilectissimi cum
ta Domini dignatione uenientem testimonio & mira
eius ipsius, qui se persecutus fuerat illustrem, quid aliud
super pulpitum, id est, super tribunal ecclesiæ oportebat
poni, ut loci altioris celsitate subnixus, & plebi uniu
pro honoris sui claritate conspicuus, legat præcepta eius
lij Domini, quæ fortiter ac fideliter sequitur? uox Dom
con

confessa in his quotidie, quæ Dominus locutus est, audiatur?
Viderit an sit ulterior gradus ad quem proficisci in ecclesia
possit. Nihil est in quo magis cõfessor fratribus prosit, quàm
ut dum euangelica lectio de ore eius auditur, lectoris fidem
quisquis audierit, imitetur. Iungendus in oratione Aurelio
fuerat, cum quo & diuini honoris societate coniunctus est,
cum quo omnibus uirtutis et laudis insignibus copulatus est.
Pares ambo, & uterq; consimiles. In quantum gloria sublimes, in tantum uerecundia humiles. Quãtum diuina dignatione promoti, tantum sua quiete et tranquillitate summissi,
& uirtutum pariter & morum * singulis exemplis præbentes, & congressioni & paci congruentes. Illic robore,
hic pudore laudabiles. In talibus seruis lætatur Dominus.
In eiusmodi confessoribus gloriatur, quorum secta & conuersatio sic proficit ad præconium gloriæ, ut magisterium
cæteris præbeat disciplinæ. Ad hoc eos Christus esse in ecclesia diu uoluit, ad hoc de media nocte subtractos, quadam
dixerim resurrectione circa eos facta, incolumes reseruauit,
ut dum nihil in honore sublimius, nihil in humilitate submissius à fratribus cernitur, hos eosdem fraternitas sectata co-
mitetur. Hos * tamen lectores interim constitutos sciatis,
quia oportebat lucernam super candelabrum poni, unde omnibus luceat, & gloriosos uultus in loco altiore constituti,
ubi ab omni fraternitate circunstante conspecti incitamentũ
gloriæ uidentibus præbeant. Cæterum presbyterij honorem
designasse nos illis iam sciatis, ut et sportulis ijdem cum presbyteris honorentur, & diuisiones mensuræ æquatis quantitatibus partiantur, sessuri nobiscum prouectis & corrobora
tis annis suis, quamuis in nullo minor posit uideri ætatis indole, qui consummauit ætatem gloriæ dignitate.

Celerini cum Aurelio collatio.

* als, singularia

* als, autem. Eccles. 26.

Sportulæ.

EPISTOLA VI.

Ad plebem Thibari consistentem epistola hortatoria, ut men-

te incorrupta, fide integra, uirtute deuota Christi confessio seruet.

CYPR. PLEBI THIBARI CONSISTENTI SAL.

COgitaueram quidem fratres dilectissimi, atque ita
tis habebam, si rerum ratio ac temporis conditio
mitteret, secundum quod frequenter desideraſtis, ipse ad
uenire, & quantulacunque mediocritas nostra præsu
exhortationis nostræ, præsens illic fraternitatem corro
rare. Sed quoniam sic rebus urgentibus detinemur, ut
istinc excurrere, & diu à plebe, cui de diuina indulge
præsumus, abesse non datur facultas, has interim pro
uos uicarias literas misi. Nam cùm Domini instruc
gnatione instigemur sæpius & admoneamur, ad uig
quoque conscientiam admonitionis nostræ solicitud
1.Ioan.2. perferre debemus. Scire enim debetis & pro certo cre
ac tenere, pressuræ diem super caput esse cœpisse, &
casum seculi, atque Antichristi tempus appropinquasse
parati omnes ad prælium stemus, nec quicquã nisi gloriosa
uitæ æternæ, & coronam confessionis dominicæ cogitem
nec putemus talia esse, quæ ueniunt, qualia fuerunt illa q
transierunt. Grauior nunc & ferocior pugna immine
quam fide incorrupta, & uirtute robusta parare se debe
milites Christi, considerantes idcirco se quotidie calicem
guinis Christi bibere, ut possint & ipsi propter Christu
sanguinem fundere. Hoc est enim uelle cum Christo es
niri, id quod Christus & docuit & fecit imitari sec
1.Ioan.2. dum Ioannem apostolum dicentem: Qui dicit se in C
sto manere, debet quomodo ille ambulauit & i
Rom.8. ambulare. Item beatus Paulus apostolus exhorta
& docet, dicens: Sumus filij Dei. Si autem filij, &

hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, si quidem compatiamur ut & commagnificemur. Quæ nunc omnia consideranda sunt nobis, ut nemo quicquam de seculo iam moriente desideret. Sed sequatur Christum, qui & uiuit in æternum, & uiuificat seruos suos in fide sui nominis constitutos. Venit enim tempus fratres dilectissimi, quod iampridem Dominus noster prænuntiauit, & docuit aduenire, dicens: Veniet hora, ut omnis qui uos occiderit, putet se offi- Ioan.16.
cium Deo facere. Sed hæc facient, quoniam non cognouerũt patrem neque me. Hæc autem locutus sum uobis, ut cum uenerit hora eorum, memores sitis quia ego dixi uobis. Nec quisquam miretur persecutionibus nos assiduis fatigari, & pressuris angentibus frequenter urgeri, cum hæc futura in nouissimis temporibus Dominus antè prædixerit, & muniam nostram magisterio & hortamento sui sermonis instruxerit: Petrus quoque Apostolus eius docuerit, ideo persecutiones fieri, ut probemur, & ut dilectioni Dei iustorum præcedentium exemplo, nos etiam morte & passionibus copulemur. posuit enim in epistola sua, dicens: Charissimi, 1.Petri 4.
nolite mirari ardorem accidentem uobis, qui ad tentationem uestram sit, nec excidatis tanquam nouum uobis contingat, sed quoties communicatis Christi passionibus, per omnia gaudete, ut & in reuelatione facta claritatis eius gaudentes exultetis. Si improperatur uobis in nomine Christi, beati estis, quia maiestatis & uirtutis Domini nomen in uobis requieſcit. Quod quidem secundum illos blasphematur, secundum nos autem honoratur. Docuerunt autem nos Apostoli ea, quæ de præceptis dominicis & cœlestibus mandatis ipsi quoque didicerunt, Domino ipso scilicet corroborante nos & dicente: Nemo est, inquit, qui relinquat domum, Luc.18.
aut agrum, aut parẽtes, aut fratres, aut sorores, aut uxorẽ,

aut

Matth.19 aut filios propter regnum Dei, & non recipiat septi-
tum in isto tempore, in seculo autem uenturo uitam
Luc.6. nam. Et iterum: Beati, inquit, eritis, cùm odio uos ha-
homines, & separauerint uos, & expulerint, & mal-
rint nomini uestro, quasi nequam, propter filium hom-
gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces u-
ta est in cœlo. Gaudere nos & exultare uoluit in per-
nibus Dominus, quia quando persecutiones fiunt, tunc
tur coronæ fidei, tunc probantur milites Dei, tunc ma-
bus patent cœli. Neq; enim sic nomen militiæ dedimus,
cem tantummodo cogitare, & detrectare ac recusare
tiam debeamus, cum in ipsa militia primus ambulaue-
minus, humilitatis & tolerantiæ & passionis magist-
quod fieri docuit, prior faceret, & quod pati hortatur,
pro nobis ipse pateretur. Sit ante oculos fratres dilec-
mi, quòd qui omne iudicium à patre solus accepit, &
uenturus est iudicaturus, iam iudicij sui & cognitionis
ræ sententiam prætulerit, prænuntians & contestans
fessurum se coram patre suo confitentes, & negaturum
gantes. Si mortem possemus euadere, merito mori ti-
mus. Porrò autem cum mortalem mori necesse sit, ampl-
mur occasionem de diuina promissione & dignatione
nientem, & fungamur exitu mortis cum præmio imm-
litatis, nec uereamur occidi, quos constet quando occid-
coronari: nec quisquam fratres dilectissimi, cum pop-
nostrum fugari conspexerit metu persecutionis & fu-
conturbetur, quòd collectam fraternitatem non uideat,
tractantes episcopos audiat. Simul tunc omnes esse no-
sumus, quibus occidere non licet, sed occidi necesse est. V-
cunque in illis diebus unusquisque fratrum fuerit à greg-
terim hac necessitate temporis corpore non spiritu sep-

Persecutio fidelium coronatio.

Christi exẽplo primum facere, postea docere oportet.

Mors omnibus æquè, tardior, aut citior.

tus, non moueatur ad fugæ illius horrorem, nec recedens &
latens solitudine deserti loci terreatur. Solus non est, cui
Christus in fuga comes est. Solus non est, qui templum Dei
seruans ubicunq; fuerit, sine Deo non est. Et si fugientem in
solitudine ac montibus latro oppresserit, fera inuaserit, fa-
mes ac sitis, aut frigus afflixerit, uel per maria præcipiti
nauigatione properantem tempestas, aut procella submerse-
rit, expectat militem suum Christus ubicunq; pugnantem,
& persecutionis causa pro nominis sui honore morienti
præmium reddit, quod daturum se in * surrectione promi- * al's, persecu
sit. Nec minor est martyrij gloria, nõ publicè & inter mul- tione
tos perisse, cum pereundi causa sit propter Christum peri-
re. Sufficit ad testimonium martyrij sui testis ille qui probat
martyres & coronat. Imitemur fratres dilectissimi Abel *Abel primus martyrij autor.*
iustum, qui initiauit martyria, dum propter iustitiam pri- *Abraham inobedientia.*
mus occiditur. Imitemur Abraham Dei amicum, qui non *Ananias.*
est contestus ut filium uictimam suis manibus offerret, dum *Azarias.*
Deo fide deuotionis obsequitur. Imitemur tres pueros, *Misahel.*
Ananiam, Azariam, & Misahelem, qui nec ætate territi, nec
captiuitate fracti, Iudæa deuicta & Hierosolymis captis, in
ipso regno suo regẽ fidei uirtute uicerunt, qui adorare sta-
tuam, quam Nabuchodonosor rex fecerat, iussi, & minis re-
gis & flammis fortiores extiterunt proclamantes, & fi-
dem suam per hæc uerba testantes: Nabuchodonosor rex, Daniel.3.
non opus est nobis de hoc uerbo respondere tibi. Est enim
Deus cui nos seruimus potens eripere nos de camino ignis
ardentis, & de manibus tuis rex, liberabit nos (etsi non no-
tum sit tibi) quia dijs tuis non deseruimus, & imaginem au-
ream quam statuisti non adorabimus. Credebant se illi se-
cundum fidem posse euadere, sed addiderunt, etsi non, ut sci-
ret rex illos propter Deum quem colebant & mori posse.

Hoc est enim robur uirtutis & fidei, credere & scire q
Deus à morte liberare potest. Deus à morte præsente liberare posit, & tamen mor
non timere, nec cedere, ut probari potius fides posit. E
pit per os eorum spiritus sancti incorruptus & inc
uigor, ut apparcat, uera esse quæ in Euangelio suo D
Matth.10. nus edixit, dicens: Cum autem uos apprehenderint, n
cogitare quid loquamini. Dabitur enim uobis in illa h
quid loquamini. Non enim uos estis qui loquimini, sed
tus patris uestri qui loquitur in uobis. Dixit, quid loqu
respondere possimus dari nobis in illa hora diuinit
offerri, nec nos tunc esse qui loquimur, sed spiritum De
tris, qui cum à confitentibus non discedit, neq; diuiditur
Daniel.14. in nobis & loquitur, & coronatur. Sic & Daniel
compelleretur adorare idolum Bel, quem tunc & re
populus colebant, in asserendo Dei sui honorem plenu
libertate prorupit, dicens: Nihil colo ego nisi Dom
Macabæi. Deum meum, qui cõdidit cœlum & terram. Quid in
cabæis beatorum martyrum grauia tormenta, & mul
mes septem fratrum pœnæ, & confortans liberos suos
ter in pœnis, & moriens ipsa quoq; cum liberis? Non
magnæ uirtutis & fidei documenta testantur, & q
martyrij triumphum suis passionibus adhortantur? Q
Prophetæ. Apostoli. prophetæ quos ad præsentiam futurorum spiritus
uit? Quid Apostoli, quos Dominus elegit? Non ne cum
occiduntur propter iustitiam, mori nos quoq; docuer
Christi natiuitas. Christi natiuitas à martyrijs infantum statim cœpit, q
nomen eius à binatu & infrà qui fuerant, ncarentur. A
necdum habilis ad pugnam, idonea extitit ad coronam
**al's, apparet* *apparerent innocentes esse qui propter Christum mo
tur, infantia innocens ob nomen eius occisa est. Ostensu
neminem esse à periculo persecutionis immunem, qua
C

& tales martyria fecerunt. Quàm uerò grauis causa sit ho-
minis Christiani seruũ pati nolle, cum passus sit prior Do- *Christus passus ut nos redimeret.*
minus, & pro peccatis nostris nos pati nolle, cum pecca-
tum suum proprium ille non habens passus sit ille pro no-
bis? Filius Dei passus est, ut nos filios Dei faceret, & filius
hominis pati non uult, ut esse Dei filius perseueret? Si odio
seculi laboramus, odium seculi sustinuit prior Christus. Si
contumelias in hoc mundo, si fugam, si tormenta tolceramus,
grauiora expertus est mundi factor & Dominus, qui &
admonet, dicens: Si seculum, inquit, uos odit, memẽtote quo-
niam me primo odit. Si de seculo essetis, seculum quod suum
esset amaret. Sed quia de seculo nõ estis, & ego elegi uos de
seculo, propterea odit uos seculum. Mementote sermonis
quem dixi uobis. Non est seruus maior Domino suo. Si me
persecuti sunt, & uos persequentur. Dominus & Deus no- *Discipulus ut discu faciat.*
ster quicquid docuit & fecit, ut discipulus excusatus esse non
posit, qui discit & non facit. Neq; aliquis ex uobis fratres
dilectissimi futuræ persecutionis metu, aut Antichristi immi-
nentis aduentu sic terreatur, ut non Euangelicis exhorta-
tionibus, & præceptis ac monitis cœlestibus ad omnia in-
ueniatur armatus. Venit Antichristus, sed superuenit &
Christus. Grassatur & sæuit inimicus, sed statim sequitur
Dominus passiones nostras & uulnera uindicaturus. Irasci-
tur aduersarius & ninatur. sed est qui posit de eius mani-
bus liberare. Ille metuẽdus est, cuius iram nemo poterit eua-
dere, ipso præmonente & dicente: Ne timueritis eos qui oc- Matth.10.
ciduut corpus, animam autem non possunt occidere. Ma-
gis autem metuite eum qui potest & animam & corpus
perdere in gehennam. Et iterum: Qui amat animam suam, Ioan.12.
perdet illam: & qui odit animam suam in isto seculo, in ui-
tam æternam conseruabit illam. Et in Apocalypsi instruit Apoc.14.

& præmonet dicens: Si quis adorat bestiam & imaginem
eius, & accipit notam in fronte sua & in manu, bibet
ipse de uino iræ Dei misto in poculo iræ eius, & pun
igne & sulphure sub oculis sanctorum angelorum, &
oculis agni, & fumus de tormentis eorum ascendit in se
seculorum, nec habebunt requiem die ac nocte, quicũq
rant bestiam & imaginem eius. Ad agonem seculares
exercentur homines & parantur, & magnã gloriam
putant honoris sui, si illis spectante populo, & impera
præsente contigerit coronari. Ecce agon sublimis &
gnus, & coronæ cœlestis præmio glorioſus, ut spectet
certantes Deus, & super eos quos filios facere dignatus
oculos suos pandens certaminis nostri spectaculo pers
tur. Præliantes nos & fidei congressione pugnantes spe
Deus, spectant angeli eius, spectat & Christus. Quanta
gloriæ dignitas, quanta felicitas præside Deo congredi,
Christo iudice coronari! Armemur fratres dilectissimi
ribus totis, & paremur ad agonem mente incorrupta,
integra, uirtute deuota. Ad aciem quæ nobis indicitur,
castra procedant. Armẽtur integri, ne perdat integer
nuper stetit. Armentur & lapsi, ut & lapsus recipiat
amisit. Integros honor, lapsos dolor ad prælium provo

Ephes. 6. Armat & præparat nos beatus Apostolus, dicens: Non
nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed adu
sus potestates & principes huius mũdi harum tenebra
aduersus spiritus nequitiæ in cœlestibus. Propter quod

Arma Christianorum. *πανοπλία.*

duite tota arma Dei, ut possitis resistere in die nequissi
ut cum omnia perfeceritis, stetis accincti lumbos uestros
ucritate, induti loricam iustitiæ, & calciati pedes in præ
ratione Euãgelij pacis, assumentes scutum fidei, in quo p
sitis omnia ignita iacula nequissimi extinguere, & galea
salu

salutis, & gladium spiritus qui est sermo Dei. Hæc arma su-
mamus, his nos tutamentis spiritualibus & cœlestibus mu-
niamus, ut in die nequissimo resistere diaboli minis & re-
pugnare possimus. Induamur loricam iustitiæ, ut cõtra ini-
micii iacula munitum sit pectus & tutum. Calciati simus
Euangelico magisterio, & armati pedes, ut cum serpens cal
cari à nobis & obteri cœperit, mordere & supplãtare non
possit. Portemus fortiter scutum fidei, quo protegente quic-
quid iaculatur inimicus, possit extingui. Accipiamus quoq;
ad tegmentum capitis galeam salutarem, ut muniantur au-
res, ne audiant edicta feralia. Muniantur oculi, ne uideant
detestanda simulacra. Muniatur frons, ut signum Dei inco-
lume seruetur. Muniatur os, ut Dominum suum Christum
uictrix lingua fateatur. Armemus & dexteram gladio spi-
rituali, ut sacrificia funesta fortiter respuat, ut eucharistiæ
memor, qui Domini corpus accepit, in ipso Dominum suum
complectatur, postmodum à Domino suo sumpturus præ-
mium cœlestium coronarum. O dies ille qualis & quantus
aduenit fratres dilectissimi, cum cœperit populum suum
Dominus recensere, & diuinæ cognitionis examine singu-
lorum merita recognoscere, mittere in gehennam nocentes,
& persecutores nostros flammæ pœnalis perpetuo ardore
damnare, nobis uerò mercedem fidei & deuotionis exolue-
re! Quæ erit illa gloria, & quanta lætitia, admitti, ut Deum
uideas honorari, ut cum Christo Domino Deo tuo salutis ac
lucis æternæ gaudium capias: Abraham, & Isaac, & Ia-
cob, & patriarchas omnes, & prophetas, & apostolos, & *1. Cor. 2.*
martyres salutare, cum iustis & Dei amicis in regno cœ-
lorum datæ immortalitatis uoluptate gaudere, sumere illic,
quod nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis
ascendit! Maiora enim nos accipere, quàm quod hic aut ope

Iudicij dies bonis gaudio, malis gehennæ futurus.

Rom.8. ramur, aut patimur Apostolus prædicat, dicens: Non
condignæ paßiones huius temporis ad superuenturam
ritatem, quæ reuelabitur in nobis. Cum reuelatio illa
rit, cum charitas super nos Dei fulserit, iam beati erimus
læti dignatione Domini honorati. Quàm rei manebunt
miseri, qui Dei desertores aut contra Deum rebelles
tatem fecerunt diaboli, ut eos necesse sit cum ipso simul
extinguibili igne torqueri! Hæc fratres dilectißimi
reant cordibus uestris. Hæc sit armorum nostrorum
ratio, hæc diurna ac nocturna meditatio, ante oculos
re, & cogitatione semper ac sensibus uoluere iniquer
supplicia, & præmia ac merita iustorum: quid negant
Dominus comminetur ad pœnam, quid contrà confite
bus promittat ad gloriam. Si hæc cogitantibus ac medi
tibus nobis persecutionis dies superuenerint, miles Chr
præceptis eius & monitis eruditus non expauescit ad
gnam, sed paratus est ad coronam. Opto uos fratres ch
simi semper bene ualere.

EPISTOLA VII.

Ad Magnum epistola, de his qui in lecto gratiam conse
tur, ubi insinuat, quocunque tempore gratiam Dei perfec
non carere, dum ab ægro fides non exulat.

Perfunduntur apud nos, merguntur apud Anglos.

QVæsisti etiam frater charißime, quid mihi de illis
deatur, qui in infirmitate, & languore gratiam
consequuntur, an habendi sint legitimi Christiani, eò q
aqua salutari non loti sint, sed perfusi. Qua in parte ne
uerecũdia & modestia nostra præiudicat, quò minus
quisq; quod uoluerit, sentiat, & quod senserit, faciat. N
quantum concipit mediocritas nostra, existimamus in
lo mutilari, & debilitari posse beneficia diuina, nec m
aliquid illic posse contingere, ubi plena & tota fide & d
tis

tis & sumentis accipitur, quod diuinis muneribus hauritur.
Neq; enim sic in sacramento salutari delictorum contagia,
ut in lauacro carnali & seculari sordes cutis & corporis
abluuntur, ut & sapone & nitris, & cæteris quoq; adiu-
mentis, &* dolio & piscina opus sit, quibus ablui & mun *als, lotio
dari corpusculum poßit. Aliter pectus credentis abluitur,
aliter mens hominis per fidei merita mundatur. In sacra-
mentis salutaribus neceßitate cogẽte, & Deo indulgentiam
suam largiente totum credentibus conferunt diuina compen
dia. Nec quenquam mouere debet, quòd aspergi uel perfun-
di uidentur ægri, cum gratiam dominicam consequuntur,
quãdo scriptura sancta per Ezechielem prophetam loqua- Ezech.36.
tur & dicat: Et aspergam super uos aquam mundam, &
mundabimini ab omnibus immunditijs uestris, & omnibus
simulacris uestris, & mundabo uos, & dabo uobis cor no-
uum, & spiritum nouum dabo in uobis. Item in Numeris: Nume.19.
Et homo qui fuerit immundus usq; ad uesperam, hic purifi-
cabitur die tertio & die septimo, & mundus erit. Si autem
non fuerit purificatus die tertio & die septimo, non erit
mundus, & exterminabitur anima illa de Israël, quoniam
aqua asperginis non est super eum aspersa. Et iterum: Et lo- Nume.8.
cutus est Dominus ad Moysen, dicens: Accipe Leuitas de
medio filiorum Israël & purificabis eos. Et ita facies eis pu
rificationem eorum, circunsperges eos aqua purificationis.
Et iterum: Aqua aspersionis purificatio est. Vnde apparet
aspersionem quoq; aquæ instar lauacri salutaris obtinere,
& quando hæc in ecclesia fiunt, ubi sit & dantis & acci-
pientis fides integra, stare omnia & consummari ac per-
fici* eos salutari aqua & fide legitima Christi gratiam
consecutos non posse maiestate Domini & fidei ueritate.

*als, posse domini maiestate, fidei ueritate. Porro aũt quod quidam eos salutari aqua, & fide legitima Christi gratiã consecutos.

Porrò autem quòd quidam non Christianos, sed Clini
uocant, non inuenio unde hoc nomen assumant, nisi forte
plura & secretiora legerunt apud Hippocratem uel
num Clinicos istos deprehenderunt. Ego enim qui
cum de Euangelio noui, scio paralytico illi et debili
ga ætatis curricula in lecto iacenti nihil infirmitatem
obfuisse, quò minus ad firmitatem cœlestem plen
peruenirent. Nec tantum indulgentia Dominica
tum de grabato esse, sed ipsum grabatum suum repo
& uegetatis uiribus sustulisse. Et idcirco quantum
concipere & sentire nobis datur, mea sententia hoc
ut Christianus iudicetur legitimus, quisquis fuerit
clesia lege & iure fidei diuinam gratiam consecutus
si aliquis existimat eos nihil consecutos, eò quòd ab
salutari tantum perfusi sint, si inanes & uacui sint
decipiantur, ut si incommodum languoris euaserint
conualuerint, non baptizentur. Si autem baptizati
possunt, qui iam baptismo ecclesiastico sanctificati
cur in fide sua & Domini indulgentia scandalizen
An consecuti sunt quidem gratiam dominicam, sed bre
& minore mensura muneris diuini ac spiritus sancti
habeantur quidem Christiani, non sint tamen cæteris
quandi? Quinimo spiritus sanctus non de mensura
sed super credentem totus infunditur. Nam si dies om
æqualiter nascitur, & si sol super omnes pari & æqua
ce diffunditur, quantò magis Christus sol & dies
in ecclesia sua lumen uitæ æternæ pari æqualitate
tur? Cuius æqualitatis sacramentum uidemus in Ex
esse celebratum, cum de cœlo manna defluere
rorum præfiguratione alimentum panis cœlestis
Christi uenientis ostenderet. Illic enim sine discrimine

Spiritus sine mensura datur.

Ioan. 3.

Sol æqualiter radios diffundit.

Gratia Dei æqualiter distribuitur.

Exo. 16.

sexus, uel ætatis gomor à singulis æqualiter colligebatur.
Vnde apparebat Christi indulgentiam & cœlestem grati-
am postmodum secuturam æqualiter omnibus diuidi sine se-
xus uarietate, sine annorum discrimine, sine acceptione per-
sonæ super omnem Dei populum spiritualis gratiam mune-
ris infundi. Plane eadem gratia spiritualis, quæ æqualiter in
baptismo à credentibus sumitur, in conuersatione atq; actu
nostro postmodum uel minuitur, uel augetur, ut in Euange- Matth. 13.
lio dominicum semen æqualiter seminatur, sed pro uarietate
terræ aliud absumitur, aliud in multiformem copiam uel tri
cesimi, uel sexagemisi, uel centesimi numeri fructu exube-
rante cumulatur. Adhuc uerò cum singuli ad denarium uo
cetur, quid est ut quod à Deo æqualiter distribuitur, huma-
na interpretatione minuatur? Quòd si aliquis in illo moue-
tur, quòd quidam de ijs qui ægri baptizantur, spiritibus ad-
huc immundis tentantur, sciat diabolo nequitiam pertinacē
usq; ad aquam salutarem ualere: in baptismo uerò* omnes ne *al. omne ne
quitiæ suæ uires amittere. Quod exemplum cernimus in re quitiæ suæ ui
ge Pharaone, qui diu reluctatus, & in sua perfidia demora- rus
tus, tam diu resistere potuit & prævalere, donec ad aquam
ueniret, quò cum uenisset, & uictus est & extinctus. Mare 1. Cor. 10.
autem illud sacramentum baptismi fuisse, declarat beatus a-
postolus Paulus dicēs: Nolo enim uos ignorare fratres, quia
patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare
transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube &
in mari, & addidit, dicens: Hæc autem omnia figuræ nostræ
fuerunt. Quod hodie etiam geritur, ut per exorcistas uoce
humana & potestate diuina flagelletur & uratur, ut tor-
queatur diabolus. Et cū exire se et homines Dei dimittere sæ
pe dicat, & in eo tamen quod dixerit fallat, & id quod per
Pharaonem prius gestum est, eodem mēdacio obstinationis

Diabolus baptismo opprimitur.

& fraudis exerceat: cum tamen ad aquam salutarem, ad baptismi sanctificationem uenitur, scire debemus quia illic diabolus opprimitur, et homo dicatus diuinæ dulgentia liberatur. Nam sicut scorpij & serpentes, *Mira similitudo.* sicco prævalent, in aquam præcipitati prævalere non sunt, aut sua uenena retinere: sic & spiritus nequam, qui pij & serpentes appellantur, & tamen per nos datis nuno potestate calcantur, permanere ultra non possunt hominis corpore, in quo baptizato & sanctificato spiritus sanctus habitare. Hoc deniq; & rebus ipsis exmur, ut necessitate urgente in ægritudine baptizati et tiam consecuti carcant immundo, quo antea mone & laudabiles ac probabiles in ecclesia uiuant, plus dies singulos in augmentum cœlestis gratiæ per fidei menta proficiant. Et contrà sæpe nonnulli de illis baptizantur, si postmodum peccare cœperint, spiritu mundo redeunte quatiantur, ut manifestum sit diabolu baptismo fide credentis excludi, si fides postmodum de rit, regredi. Nisi si iustum quibusdam uidetur, ut illi tra ecclesiam apud aduersarios & Antichristos pro aqua polluuntur, baptizati iudicentur. Hi uerò qui in ec sia baptizantur, minus indulgentiæ & gratiæ diuinæ secuti esse uideantur, & tantus honor habeatur hæreti

Peripatetici ab ambulando dicuntur, Clinici lecto affixi sūt: Huc alludit iocus.

inde uenientes non interrogentur, utrum ne loti sint an fusi, utram ne Clinici sint an Peripatetici. Apud nos de integra fidei ueritate detrahatur, et baptismo eccle co maiestas sua & sanctitas derogetur. Rescripsi fili chasime ad literas tuas quantum parua nostra mediocritas luit, & ostendi quid nos, quantum in nobis est, sentia nemini præscribentes quò minus statuat quod putet quisque præpositus, actus sui rationem Domino reddituro

secundum quod beatus Apostolus Paulus in epistola sua ad Romanos scribit & dicit: Vnusquisq; nostrum pro se rationem dabit. Non ergo nos inuicem iudicemus. Opto te fili charissime semper bene ualere. Rom. 14.

EPISTOLA VIII.

Ad Cornelium Papam epistola, in qua de literis ad presbyteros missis se purgat, et cuncta ad illius dignitatem fecisse ostēdit.

CYPR. CORNELIO FRATRI SALVTEM.

LEgi literas tuas frater charissime, quas per Primitiuum compresbyterum nostrum misisti, in quibus te comperi motum, quod cum de Adrumetina colonia Polycarpi nomine ad te literæ dirigerentur, posteaquàm nos ego & Liberalis in eūdem locum uenissemus, cœpissent illuc ad presbyteros & diaconos literæ dirigi. Quod scire te uolumus & pro certo credere, nulla leuitate aut contumelia factum: sed cum statuissemus complures, qui in unum conuenerāmus, ut legatis ad uos coēpiscopis nostris Calydonio & Fortunato missis, omnia interim integra suspēderētur, donec ad nos ijdem collegæ nostri rebus illic aut ad pacem redactis, aut pro ueritate compertis redirent: presbyteri & diaconi in Adrumetina consistentes, Polycarpo coēpiscopo nostro absente, ignorabant quid nobis in commune placuisset. At ubi nos in præsenti uenimus, comperto consilio nostro, ipsi quoque id quod & cæteri obseruare cœperunt, ut in nulla ecclesiarum istic consistentium consensio discreparet. Quidam tamen mentes nonnunquam et animos sermonibus suis turbant, dum aliter quædam quàm se habet ueritas, nuntiant. Nos enim singulis nauigantibus, ne cum scandalo ullo nauigārēt, rationem reddidisse nos scimus, & hortatos esse,

ut

ut ecclesiæ catholicæ matricem & radicem agnoscer
Matrix Roma. tenerent. Sed quoniam latius fusa est nostra prouincia
bet etiam Numidiam & Mauritaniam sibi cohærentes
in urbe schisma factum absentium animos incerta op
confunderet, placuit ut per episcopos, retentà à nobis
ritate, ad comprobandam ordinationem tuam facta
tate maiore, tum demum scrupulo omni de singulorum
ctoribus excusso, per omnes omnino in prouincia ipsa
tos literæ fierent, sicut fiunt, ut te uniuersi collegæ
& communicationem tuam, id est, catholicæ ecclesiæ
tem pariter & charitatem probarent firmiter ac tem
Quod diuinitus euenisse, & consilium nostrum pro
ter processisse gaudemus. Sic enim nunc episcopatus
ueritas pariter & dignitas apertißima luce & manif
sima & firmißima est confirmatione fundata, ut &
scriptis collegarum nostrorum, qui ad nos literas inde
rũt, et ex relatione ac testimonijs coëpiscoporum Pon
& Stephani, & Calydonij, ac fortunati ordinationis
origo necessaria, & ratio iusta, & gloriosa quoque inno
tia ab omnibus nosceretur. Quod ut simul cũ cæteris
que collegis nostris stabiliter ac firmiter administrem
que ut catholicæ ecclesiæ concorditer unanimitatem
mus, perficiat diuina protectio, ut Dominus qui sacer
sibi in ecclesia sua eligere & constituere dignatur,
quoque, & constitutos sua uoluntate atque opitulat
tueatur, gubernanter inspirans ac subministrans. &
proborum contumaciam frænandam, uigorem, &
rum fouendam pœnitentiam, lenitatem. Opto te frater
rißime semper bene ualere.

EPISTOLA IX.

A d Florentium Pupianum epistola, ubi dolens quòd

de obtrectatoribus crediderit, se purgat, & animi illius leni-
tatem ostendit.

CYPR. QVI ET THASCIVS
Flotentio cui & Pupiano fratri SAL.

EGo te frater crediderã tandem iam ad pœnitentiam
conuerti, quod in præteritum tam infanda, tam turpia,
tam etiam gentibus execranda, aut audisses de nobis teme-
re, aut credidisses. Porrò autem etiam nunc in literis tuis a-
nimaduerto te adhuc esse, qui prius fueras, eadem te de nobis
credere, & in eo quod crediderãs, perseuerare, & ne fortè
claritatis & martyrij tui dignitas, nostra communicatione
maculetur, mores nostros diligenter inquirere, et post Deũ
iudicem qui sacerdotes facit, te uelle, non dicam de me (quã-
tus enim ego?) sed de Dei & Christi iudicio iudicare:
hoc est in Deum non credere, hoc est rebellem aduersus
Christum & aduersus Euangelium eius existere, & cum
ille dicat: Nonne duo passeres asse ueneunt, & neuter eo- Matth. 10.
rum cadit in terram sine patris uoluntate? & probet ma-
iestas eius & ueritas sine consensu & permissu Dei etiã mi
nima non fieri, tu existimes sacerdotes Dei sine cõsensu eius
in ecclesia ordinari? Nã credere quòd indigni et incerti sint
qui ordinãtur, quid aliud est, quàm credere quòd nõ à Deo,
nec per Deum sacerdotes eius in ecclesia cõstituãtur? An pu *Testis in propria causa nemo idoneus.*
tas esse maius de me meũ, quàm dei testimoniũ, cũ Dominus
ipse doceat & dicat testimoniũ nõ esse uerum. si quis ipse de
se testis existat, eò quòd unusquisq; utiq; sibi faueat, nec con-
tra se aliquis infesta & aduersa depromat, fides uerò sincer-
ra sit ueritatis, si in prædicationibus nostris alius sit prædica
tor ac testis? Si testimonium, inquit, dixero de me, testimo- Ioan. 5.
nium meum nõ est uerum: alius est enim qui testis est de me.

Quòd

Quòd si ipse Dominus qui omnia postmodum iudicatu-
sit, noluit de testimonio suo sibi credi, sed maluit de iu-
ac testimonio Dei patris probari. Quãto magis hoc se-
eius obseruare oportet, qui iudicio ac testimonio Dei
probantur tantum, sed etiam gloriantur? Præualuit a-
apud te contra diuinam sententiam, & contra consci-
nostram Dei iuribus nixam, inimicorum & maligno-
commentum, quasi apud lapsos & profanos, & extra
siam positos, de quorum pectoribus excesserit spiritus
ctus, esse aliud posit nisi mens praua, & fallax lingua
odia uenenata, & sacrilega mendacia, quibus qui cr
cum illis necesse est inueniatur, cum dies iudicij ue-

Sacerdotes humiles.

Quòd uerò dixisti sacerdotes humiles esse debere, qua-
Dominus & Apostoli humiles fuerunt, humilitatem n
& fratres omnes, & gentiles quoque optimè norun
diligunt, & tu quoque noueras & diligebas, cum adh
ecclesia esses, & mecum communicares. Quis autem
strum longe est ab humilitate, utrum'ne ego qui quo
fratribus seruio, & uenientes ad ecclesiam singulos h
gnè & cum uoto et gaudio suscipio, an tu qui te episco
episcopi, & iudicem iudicis ad tempus à Deo dati cõ

Deuter.17. cum Dominus Deus in Deuteronomio dicat: Et homo q
cunq; fecerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotem, a
dicem, quicunq; fuerit in diebus illis, morietur homo ille
omnis populus cum audierit, timebit: & non agent
etiam nunc? Et iterum ad Samuelem loquitur & dicit

1.Reg.8. te spreuerunt, sed me sprcuerunt. Et adhuc Dominus in

Ioan. 18. gelio, cum ei dictum esset: Sic respondes pontifici? cuiu
et docens sacerdotalem honorem seruari oportere, cõ
tificem nihil dixerit, sed innocẽtiam suam tantummodo
gans respõderit, dicẽs: Si male locutus sum, exprobra d

lo: si autem bene, quid me cædis? Item beatus Apostolus, cum
ei dictum esset: Sic insilis in sacerdotem Dei maledicendo? ni- Actu.23.
hil contumeliose locutus sit aduersus sacerdotem: cum &
potuerit se constanter exerere aduersus eos qui Dominum
crucifixissent, & qui iam Deum, & Christum, & templũ,
& sacerdotium perdidissent. Sed quamuis in falsis & spo-
liatis sacerdotibus umbram tamen ipsam inanem sacerdota-
lis nominis cogitans dixerit: Nesciebam fratres quia ponti-
fex est, scriptum est enim: Principem plebis tuæ non maledi- Exodi 22.
ces: nisi si sacerdos tibi fui ante persecutionem, quando me-
cum communicabas, sed post persecutionem sacerdos esse
desij. Persecutio enim te uenientem ad summã martyrij subli
mitatem prouexit, me autem proscriptionis onere depres-
sit, cum publicè legeretur: Si quis tenet uel possidet de bonis
Cæcilij Cypriani episcopi Christianorum, proscribatur: ut
etiam qui non credebãt Deo episcopum constituenti, uel dia
bolo crederent episcopum proscribenti. Nec hoc iacto, sed
dolens profero, cum te iudicem Dei constituas & Christi,
qui dicit ad Apostolos, ac per hoc ad omnes præpositos
qui Apostolis uicaria ordinatione succedunt: Qui audit uos Luc.10.
me audit: & qui me audit, audit eum qui me misit. Et qui
reijcit uos, me reijcit & eum qui me misit. Vnde enim schis
mata & hæreses obortæ sunt & oriuntur, nisi dum episco-
pus qui unus est, & ecclesiæ præest, superba quorundam
præsumptione contemnitur, & homo dignatione Dei hono
ratus, ab indignis hominibus iudicatur? Quis enim hic est
superbiæ tumor, quæ arrogantia animi, quæ mentis infla-
tio, ad cognitionem suam præpositos & sacerdotes uocare,
ac nisi apud te purgati fuerimus, & sententia tua absoluti,
etiam sex annis nec fraternitas habuerit ep'scopũ, nec plebs
præpositum, nec grex pastorem, nec ecclesia gubernatorẽ,

nec

nec Christus antistitem, nec Deus sacerdotem? subuerti
pianus et sententiam dicat: Iudicium Dei et Christi in a
tum referat, ne tantus fidelium numerus qui sub nobis
situs est, sine spe salutis & pacis exisse uideatur, ne no
credentium populus nullam per nos consecutus esse
mi gratiam & spiritus sancti iudicetur, ne tot lapsis
nitentibus pax data & communicatio nostra exami
cõcessa iudicij sui autoritate soluatur. Annue aliquãdo
gnare pronũtiare de nobis, et episcopatũ nostrũ cogni
tuæ autoritate firmare, ut Deus & Christus eius agere
gratias possint, quòd per te antistes & rector altari
Apes regẽ habent. pariter & plebi restitutus sit. Apes habent regem &
cem, & ei fidem seruant. Latrones mancipi obsequio
humilitatis obtemperant. Quanto simpliciores et m
uobis brutæ pecudes, & muta animalia, & cruenti
Præpositus inter prædones. ac furentes inter gladios atq; inter arma prædones? Pre
situs illhic agnoscitur & timetur, quem non sententia
constituit, sed in quem factio perdita & nocens caterua
sentit. Dixisti sanè scrupulum tibi esse tollendum de a
in quem incidisti, sed tua mente & uoluntate sacrileg
incesta, dum impia, dum nefanda contra fratrem, contra
cerdotẽ facilè audis, & libẽter credis, aliena mendacia
Eccl. 28. propria & priuata defendis, nec recordaris scriptũ esse
Prouerb. 17. aures tuas spinis, et noli audire linguam nequam. & ite
Malus obaudit linguæ iniquorum, iustus autem
tendit labijs mendacibus. Quare in hunc scrupulum
inciderunt martyres spiritu sancto pleni, & ad consp
Dei & Christi eius, passioni iam proximi, qui ad
prianum episcopum literas de carcere direxerunt,
cerdotem Dei agnoscentes & contestantes ei? Qua
hunc scrupulum non inciderunt tot episcopi colleg

qui uel eum de medio recesserunt, proscripti sunt, uel appre
hensi in carcere & in catenis fuerunt, aut qui in exilium re
legati, illustri itinere ad Dominum profecti sunt, qui qui-
busdam locis animaduersi cœlestes coronas de Domini cla-
rificatione sumpserunt? Quare in hunc scrupulum non in-
ciderunt de plebe ista nostra quæ apud nos est, & nobis de
Dei dignatione commissa est, tot confessores quæstionati &
torti, & insignium uulnerum & cicatricum memoria glo-
riosi? tot uirgines integræ? tot laudabiles uiduæ? ecclesiæ de-
nique uniuersæ per totum mundum nobiscum unitatis uincu-
lo copulatæ? nisi si omnes isti communicantes mecum, se-
cundum quod scripsisti, polluto ore nostro polluti sunt, &
fidem uitæ æternæ communicationis nostræ contagione
perdiderunt, Pupianus solus integer, inuiolatus, sanctus, pu-
dicus, qui nobis miscere se noluit, in paradiso atq; in regno
cœlorum solus habitabit. Scripsisti etiã quòd ecclesia nunc
propter me portionem sui in dispersо habeat, cum omnis
ecclesiæ populus & collectus sit & adunatus, & indiuiduæ
concordiæ sibi iunctus, & soli illi foris remanserint, qui etsi
intus essent, eijciendi fuerant ne patiatur Dominus populi
sui protector & tutor triticum de area sua diripi, sed solæ
possint paleæ de ecclesia separari, cum & Apostolus dicat:
Quid enim si exciderunt a fide quidam illorum? Nunquid Rom. 3.
infidelitas illorum fidẽ Dei euacuauit? absit. Est enim Deus
uerax, omnis autem homo mendax. Et Dominus quoq; in
Euangelio, cum eum loquentem discipuli derelinquerent,
conuersus ad duodecim dixerit: Nunquid & uos uultis ire? Ioan. 6.
Respondit ei Petrus, dicens: Domine ad quem ibimus? uer-
bum uitæ æternæ habes, & nos credidimus & cognoui-
mus, quoniam tu es filius Dei uiui. Loquitur illic Petrus, su-
per quem ædificanda fuerat ecclesia, docens quia etsi con-

Pupiano insultat Cypr.

tum.ix ac superba obaudire nolentium multitudo disco
ecclesia tamen Christianorum non recedit,& illi sunt e
sia & plebs sacerdoti adunata,& pastori suo grex ad
rens. Vnde scire debes episcopum in ecclesia esse,& ec
siam in episcopo,& si qui cum episcopo non sint, in ec
sia non esse,& frustra sibi blandiri eos,qui pacem cum
cerdotibus Dei non habentes obrepunt,& latenter
quosdam communicare se credunt,cum ecclesia quæ c
lica una est,scissa non sit neq; diuisa,sed sit utiq; connexa
cohærentium sibi inuicem sacerdotum glutino copu
Quamobrem frater si maiestatem Dei,qui sacerdotes
nat,& Christi cogitaueris:si Christum qui arbitrio &
tu ac præsentia sua & præpositos ipsos, & ecclesiam
præpositis gubernat,aliquando respexeris, si de immo
sacerdotum non humano odio,sed diuino iudicio credid
si temeritatis & superbiæ atq; insolentiæ tuæ agere ul
pœnitentiam cœperis, si Deo & Christo eius quibus
uio, & quibus puro & immaculato ore sacrificia
persecutione pariter & in pace indesinenter offero,
sime satisfeceris, communicationis tuæ poterimus
rationem,manente tamen apud nos diuinæ censuræ
& metu,ut prius Dominũ meum consulam, an tibi
dari, & te ad communicationem ecclesiæ suæ admitti
Reuelatio. ostensione & admonitione permittat. Memini enim
iam mihi sit ostensum,imò quid seruo obsequenti et ti
de dominica & diuina autoritate præceptũ,qui inter
ra quæ ostendere & reuelare dignatus est,& hoc ad
Itaq; qui Christo non credit sacerdotem facienti,post
dere incipiet sacerdotẽ uindicanti. Quanquàm sciam
ridicula & uisiones inceptas quibusdam uideri,sed utiq
qui malunt contra sacerdotes credere quàm sacerdoti

nihil mirum, quando de Ioseph fratres sui dixerunt, Ecce somniator ille uenit. Nunc ergo uenite occidamus eum, & somniator posteà quod somniauerat consecutus sit, & occisores ac uenditores confusi sint, ut qui uerbis non crederent. De ijs autem,quæ tu egisti uel in persecutione,uel in pace stultum est ut uelim te iudicare,cum tu magis iudicem te nostri constitueris. Hæc pro animi mei pura conscientia, & Domini Dei mei fiducij ante tribunal Christi utrunq; recitabitur. Gen.37.

EPISTOLA X.

Ad clerum de Numidico confessore presbytero ordinato.

CYPR. PRESBYTERIS ET DIACONIS,& plebi uniuersæ charissimis ac desideratissimis fratrib. SAL.

NVntiandum uobis fratres charissimi, quod pertineat ad communem lætitiam,& ad ecclesiæ nostræ maximam gloriam,existimaui. Nam admonitos uos & instructos sciatis dignatione diuina, ut Numidicus presbyter adscribatur presbyterorum Carthaginiensium numero, & nobiscum sedeat in clero luce clarissima confessionis illustris,& uirtutis ac fidei honore sublimis,qui hortatu suo copiosum martyrum numerum lapidibus & flammis necatum ante se miserit. Quiq; uxorem adhærẽtem latcri suo concrematam simul cum cæteris (uel conseruatam magis dixerim) lætus aspexit. Ipse semustulatus,& lapidibus obrutus,& pro mortuo derelictus,dum postmodum filia solicito pietatis obsequio cadauer patris inquirit,semianimis inuentus,& refocillatus & extractus à comitibus, quos ipse præmiserat,remansit inuitus. Sed remanendi (ut uidemus) hæc fuit causa, ut cum clero nostro Dominus adiungeret, *Numidicus presbyter.*

& desolatam quorundam presbyterorum nostrorum
piam glorioſis ſacerdotibus adornaret. Et promouer
quidem, dum tempus permiſerit, ad ampliorem locum
gionis ſuæ, cum in præſentia protegente Domino
mus. Interim quod oſtenditur fiat, ut cum gratiarum
ne ſuſcipiamus hoc Dei munus, ſperantes de miſeric
Domini eiuſmodi ornamenta compleri, ut redintegrat
cleſiæ ſuæ robore, tam mites & humiles fáciat confeſſ
ſtri honore florere.

LIBRI IIII. EPIST. FINIS.

TRACTATV
VARII DIVI CAE-
CILII CY-
PRIANI.

TRACTATVS I. CON
TRA DEMETRIANVM.

Contra Demetrianum tractatus, dicentem Chriſtianis
tari debere omnia, quibus tunc mundus urgebatur, q
ipſis dii nõ colerẽtur. In qua ab obiectis ſe purgans dem
mala multiplicari quòd ab idololatris Deus non colere

Hic ſtylus eſt elaboratior, quædam imitatus ex Tertulliano.



BLATRANTEM te &
uerſum Deum, qui unus &
eſt, ore ſacrilego & uerbis imp
ſtrepentem frequenter Dem
contempſeram, uerecundius a
us exiſtimãs errantis imperit
lentio ſpernere, quàm loquen
mentis inſaniam prouocare. Nec hoc ſine magiſterij
Proucrb. 9. autoritate faciebam, cum ſcriptum ſit: In aures impr

tis noli quicquam dicere, ne cum audierit, irrideat ſenſatos
ſermones tuos. & iterum: Noli reſpondere imprudenti ad Proucrb. 23.
imprudentiam eius, ne ſimilis fias illi: & ſanctum quoq; iu-
beamur intra conſcientiam noſtram tenere, nec conculcan-
dum porcis & canibus exponere, loquente Domino & di-
cente: Ne dederitis ſanctum canibus, neq; miſeritis margari- Matth. 7.
tas ueſtras ante porcos, ne conculcent ea pedibus, & con-
uerſi elidant uos. Nam cum ad me ſæpe ſtudio magis con-
tradicendi, quàm uoto diſcendi uenires, & clamoſis uocibus
perſonans malles tua impudenter ingerere, quàm noſtra
patienter audire, ineptum uidebatur congredi tecum, cum
facilius eſſet & leuius turbulenti maris concitos fluctus cla
moribus retundere, quàm tuam rabiem tractatibus coërce-
re. Certe & labor irritus & nullus effectus, offerre lumen
cæco, ſermonem ſurdo, ſapientiã bruto: cum nec ſentire bru *Cæco lumen, ſurdo ſermonẽ, ſapientiam bruto offerre labor irritus.*
tus poſſit, nec cæcus lumen admittere, nec ſurdus audire.
Hæc conſiderans ſæpe conticui, & impatientem patientia
uici, cum nec docere indocilem poſſem, nec impium religio-
ne comprimere, nec furentẽ lenitate cohibere. Sed enim cum
dicat plurimos conqueri, quòd bella crebrius ſurgant, quòd
lues, quòd fames ſæuiant: quodq; imbres & pluuias ſerena
longa ſuſpendant, nobis imputari, ultrà tacere non oportet,
ne iam non uerecundiæ, ſed diffidentiæ eſſe incipiat quòd ta-
cemus, & dum criminationes falſas contemnimus refutare, *Refellit Demetriani ſuſurros.*
uideamur crimen agnoſcere. Reſpondemus igitur & tibi
Demetriane pariter & cæteris, quos tu forſitan concitaſti,
& aduerſum nos odia tua maledicis uocibus ſeminando, co-
mites tibi plures radicis atq; originis tuæ pullulatione feci-
ſti, quos tamen ſermonis noſtri admittere credo rationem.
Nam qui ad malum motus eſt mendacio fallente, multo ma-
gis ad bonum mouebitur, ueritate cogente. Dixiſti per nos

fieri, & quod nobis debeant imputari omnia ista, q
nunc mundus quatitur & urgetur, quòd dij uestri à n
non colantur. Qua in parte (quia ignarus diuinæ cogn
nis & ueritatis alienus es) illud primo in loco scire de
Nudus senuit. senuisse iam mundum, non illis uiribus stare quibus p
steterat, nec uigore & robore eo ualere, quo antea pr
lebat. Hoc etiam nobis tacentibus, & nulla de scriptur
ctis prædicationibusq; diuinis documẽta promentibus
dus ipse iam loquitur, & occasum sui rerum labẽtium
batione testatur, non hyeme nutriendis seminibus tem
brium copia est, nõ frugibus æstate torrendis solita fl
als, uernali tia est, nec sic uerna de temperie sata læta sunt, nec ade
boreis fœtibus autumna fœcunda sunt. Minus de effos
fatigatis montibus eruuntur marmorum crustæ, minu
*als, Breuian tur genti & auri opes suggerunt exhausta iam metalla &
peres uenæ. * Breuiatur in dies singulos, & decres
deficit in agris agricola, in mari nauta, miles in castris
centia in foro, iustitia in iudicio, in amicitijs concordia
artibus peritia, in moribus disciplina. Putas ne tu n
posse substantiam rei senescentis existere, quanta prius
tuit nouella adhuc & uegeta iuuenta pollere? Minuitur
cesse est quicquid fine iam proximo in occidua & in re
ma deuergit. Sic sol in occasu suo radios minus clar
igneo splendore iaculatur. Sic declinante iam cursu a
tis cornibus luna tenuatur, & arbor quæ fuerat onu
dis & fertilis, arescentibus ramis fit postmodum ster
nectute deformis. Et fons qui exundantibus prius uen
giter profluebat, senectute deficiens uix modico s
Omnia orta ca- duns. distillat. Hæc sententia mundo data est: hæc Dei lex
omnia orta occidant, & aucta senescant, ut infirmentur
tia, & magna minuãtur, ut cum infirmata & diminu

rint, finiantur. Hæc Christianis imputas, quòd minuantur singula mundo senescente? Quid si & senes imputent Christianis, quòd minus ualeant in senectute? quòd non perinde ut prius uigeant auditu aurium, cursu pedum, oculorum acie, uirium robore, succo uiscerum, mole membrorum, & Vitæ breuitas. cum olim ultra octingentos & nongentos annos uita homi num longæua procederet, uix nunc possit ad centenarium numerum peruenire? Canos uidemus in pueris, capilli desiciunt antequàm crescant, nec ætas in senectutem desinit, sed incipit à senectute: sic in ortu adhuc suo ad finem natiuitas properat, sic quodcunq; nunc nascitur, mundi ipsius senectute degenerat, ut nemo mirari debeat singula in mundo cœpisse deficere, cum totus ipse iam mundus in defectione sit & in fine. Quòd autem crebrius bella continuant, quòd sterilitas & fames solicitudinem cumulant, quòd sæuientibus morbis ualetudo frangitur, quòd humanum genus luis populatione uastatur, & hoc scias esse prædictum, in nouissimis temporibus multiplicari mala, & aduersa uariari, & Tempore multiplicantur mala. appropinquante iam iudicij die, magis ac magis in plagas generis humani censuram Dei indignantis accendi. Non enim sicut tua falsa querimonia & imperitia ueritatis ignora iactat & clamitat, ista accidunt, quòd Dij uestri à nobis non colantur, sed quòd à uobis non colatur Deus. Nam cum ipse sit mundi Dominus, cognitor & rector, & cuncta arbitrio eius & nutu gerantur, nec quicquam fieri possit, nisi quod aut fecerit, aut fieri ipse permiserit, utiq; quando ea fiunt, quæ iram Dei indignantis ostendunt, non propter nos irrogantur, à quibus Deus colitur, sed delictis & meritis uestris tur, nec relictis uanis superstitionibus religio uera cognoscitur, ut qui Deus unus est, omnibus unus, colatur ab omni-

bus & rogetur. Ipsum deniq; audi loquentem, ipsum
Luc.4. diuina instruentem nos pariter ac monentem: Dom
Exo.20. Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Et iterum: N
Hier.7. erunt tibi dij alieni absq; me. Et iterum: Nolite amb
post deos alienos, ut seruiatis eis, & ne adoraueritis eo
ne incitetis me in operibus manuum uestrarum ad dis
dendos uos. Propheta item spiritu sancto plenus cont
tur & denuntiat iram Dei, dicens: Hæc dicit Dom
Aggæi 1. omnipotens: Eò quòd domus mea deserta est, uos autem
ctamini unusquisq; in domum suam, propterea abstin
cœlum à rore, & terra subtrahet procreationes suas,
inducam gladium super terram, & super frumentum,
Amos 4. super uinum, & super oleum, & super homines, &
per pecora, super omnes labores manuum uestrarum. I
propheta alius repetit & dicit: Et pluam super unam ci
tatem, & super aliam non pluam. Pars una compl
tur, & pars super quam non pluero, arefiet. Et cong
gabuntur duæ & tres ciuitates in unam ciuitatem pot
aquæ causa, nec satiabuntur, & non conuertimini ad
dicit Dominus. Indignatur ecce Dominus & irascitur,
quòd ad Deum non conuertamini comminatur, & tu mi
ris aut quereris in hac obstinatione & contemptu uest
si rara desuper pluuia descendat, si terra situ pulueris sq
leat, si uix ieiunas & pallidas herbas sterilis gleba pro
cat, si uineam debilitet grando cadens, si oleam detr
cet turbo subuertens, si fontem siccitas statuat, aën
pestilens aura corrumpat, homines morbida ualet
consumat, cum omnia ista peccatis prouocantibus ueni
& plus exacerbetur Deus quando nihil talia & t
proficiant? Fieri enim ista uel ad disciplinam contumaci
uel pœnam malorum, declarat in scripturis sanctis id
De

Quicquid patimur peccata nostra meruerunt.

Deus, dicens: Sine causa percussi filios uestros, disciplinam Hier.2.
non exceperunt. Et propheta deuotus ac dicatus Deo ad
hæc eadem respondet & dicit: Verberasti eos, nec doluerũt, Hier.5.
flagellasti eos, nec uoluerunt credere, nec accipere discipli-
nam. Ecce irrogantur diuinitus plagæ, & nullus Dei metus
est. Ecce uerbera desuper, & flagella non desunt, & trepi-
datio nulla, nulla formido est. Quid si non intercederet re-
bus humanis uel ista censura, quanto adhuc maior in omni-
bus esset audacia facinorum impunitate secura? Quereris
quòd minus nunc tibi uberes fontes, et auræ salubres, & fre
quens pluuia, & fertilis terra obsequium præbeant, quòd
non ita utilitatibus tuis & uoluptatibus elementa deseruiãt.
Tu enim Deo seruis, per quem tibi cuncta deseruiunt? Tu fa
mularis illi, cuius nutu tibi uniuersa famulantur? Ipse de ser-
uo tuo exigis seruitium, & homo hominem parere tibi &
obedire compellis, & cum sit uobis eadem sors nascendi,
conditio una moriẽdi, corporum materia consimilis, anima-
rum ratio commuuis, æquali iure, & pari lege uel ueniatur
in hunc mundum, uel de hoc mundo postmodum recedatur,
tamen nisi pro arbitrio tuo tibi seruiatur, nisi ad uoluntatis
imperium pareatur, imperiosus et nimius seruitutis exactor
flagellis uerberas, fame, siti, nuditate, frequenter ferro &
carcere affligis & crucias, & non agnoscis Dominum De-
um tuum, cum sic exerceas ipse dominatum? Meritò ergo
incursantibus plagis non desunt Dei flagella nec uerbera,
quæ cum nihil istic promoueant, nec ad Dominum singulos
tanto cladium terrore conuertant, manet postmodum car-
cer æternus, & iugis flamma, & pœna perpetua, nec au-
dietur illic rogantium gemitus, quia nec hic Dei indignan-
tis terror auditus est, qui per prophetam clamat & dicit:
Audite sermonem Domini filij Israël, quia iudicium Domi- Osee 4.

Demetrianum increpat Cyprianus.

Corporum materia similis.

Animarum ratio communis.

ni est aduersum incolas terræ, eò quòd neque misericor-
neque ueritas, neque agnitio Dei est super terram, sed
cratio & mendacium, & cædes, & furtum, & adulte-
diffusum est super terram, sanguinem sanguini superm-
Idcirco terra lugebit cum uniuersis incolis suis, cum
agri, cum serpentibus terræ, cum uolucribus & pi-
bus cœli, et deficiẽt pisces maris, ut nemo iudicet, et re-
uincat. Indignari se Deus dicit et irasci, eò quòd agnitio
nõ sit in terris, & Deus non agnoscitur nec timetur. D
mendaciorum et libidinũ, fraudum, crudelitatis, blasph
rum, impietatis & furoris Deus increpat & incusat, a
innocentiam nemo conuertitur. Fiunt ecce quæ uerbis
antè prædicta sunt, nec quisquam fide præsentium, ut
turum consulat, admonetur. Inter ipsa aduersa, quibus
coartata & concluſa anima respirat, uacat malos esse, a
periculis tantis non de se magis, sed de altero iudicare
dignamini indignari Deum, quasi aliquid boni male
do mereamini, quasi non omnia ista quæ accidunt, m
adhuc sint & leuiora peccatis uestris. Qui alios in-
aliquando esto & tibi iudex, conscientiæ tuæ latebras
re, imò (quia nullus iam delinquendi uel pudor est, q
peccatur quasi magis pro ipsis peccatis placeatur) qu
spicuus & nudus uideris à cunctis, & ipse te respice.
enim superbia inflatus es, aut auaritia rapax, aut ira
sæuus, aut* alea prodigus, aut uinolentia temulentus,
uore inuidus, aut libidine incestus, aut crudelitate uiol
& miraris in pœnas generis humani iram Dei cre
cum crescat quotidie quod puniatur? Hostem quereris
gere, quasi & si hostis desit, esse pax inter ipsas toga
sit. Hostem quereris exurgere, quasi non etsi externa
baris arma & pericula comprimantur, ferociùs intes
gr

Inuehitur in Demetrianum.

*al. elatione

grauius de calumnijs & iniurijs potentium ciuium domes-
sticæ impugnationis tela grassentur. De sterilitate aut fa-
me quereris, quasi famem maiorem siccitas, quàm rapacitas
faciat, quasi non de captatis annonarum incrementis &
pretiorũ cumulis flagrantior inopiæ excrescat ardor. Que-
reris cludi imbribus cœlum, cum sic horrea cludantur in
terris. Quereris minus nasci, quasi quæ nata sunt indigen-
tibus præbeantur. Pestem & luem criminaris, cum peste
ipsa & lue uel detecta sint, uel aucta crimina singulorum,
dum nec infirmis exhibetur misericordia, & defunctis aua-
ritia inhiat ac rapina, ijdem ad pietatis obsequium timidi,
ad impia lucra temerarij: fugientes morientium funera &
appetentes spolia mortuorum, ut appareat in ægritudine
sua miseros ad hoc forsitan derelictos esse, ne possint, dum
curantur, euadere. Nam perire ægrum uoluit, qui censum
pereuntis inuadit. Tantus * cladium terror dare non potest
innocentiæ disciplinam, & inter populum frequenti strage
morientem, nemo considerat se esse mortalem. Passim discur-
ritur, rapitur, occupatur. Prædandi dissimulatio nulla, nulla
cunctatio est. Quasi liceat, quasi oporteat, quasi ille qui non
rapit, damnũ & dispendium propriũ sentiat, sic unusquis-
que rapere festinat. In latronibus est utcunque scelerum
aliqua uerecundia, auias fauces & desertas solitudines dili-
gunt, & sic illic delinquitur, ut tamen delinquentium faci-
nus tenebris & nocte ueletur. Auaritia palàm sæuit, & ipsa
audacia sua tuta in fori luce abruptæ cupiditatis arma prosti
tuit. Inde falsarij, inde uenefici, inde in media ciuitate sicarij,
tam ad peccandũ præcipites, quàm impunè peccantes. A'no
cète crimen admittitur, nec innocens qui uindicet, inuenitur.
De accusatore uel iudice metus nullus. Impunitatẽ cõsequun
tur mali, dum modesti tacent, timent conscij, ueneunt iu-
dica

Auaritia sacerdotum.

Solæcismus.

*al. gladiorũ

dicaturi. Et idcirco per prophetam diuino spiritu & ve-
ctu rei ueritas pronutur, certa & manifesta ratio mon-
tur, Dominum posse aduersa prohibere, sed ne ille subue-
Hier. 42. merita peccatium facere. Nunquid, ait, non ualet manu
nuni, ut saluos uos faciat, aut grauauit aurem, ut non c-
Peccata separant à Deo. diat? Sed peccata uestra inter uos & Deum separa-
propter delicta uestra auertit faciem suam à uobis, n
sercatur. Peccata itaque & delicta reputentur consci-
uulnera cogitentur, & desinet unusquisque de Domi-
de nobis conqueri, si quod patitur, intelligat se mereri.
idipsum quale est, unde nobiscum maxime sermo est,
nos infestatis innoxios, quòd in contumeliam Dei
gnatis atque opprimitis Dei seruos. Parum est quòd
tium uarietate uitiorum, quòd iniquitate feralium
num, quòd cruentarum compendio rapinarum uita
Superstitione subuertitur religio. maculatur, quòd superstitionibus falsis religio uera
uertitur, quòd Deus omnino nec quæritur nec timetur.
*als, numini huc insuper Dei seruos & maiestati ac * nomini eius
tos iniustis persecutionibus flagellatis. Satis non est
tu ipse Dominum non colis, ad huc insuper eos qui
sacrilega infestatione persequeris. Deum nec colis, nec
re omnino permittis, & cum cæteri, qui non tantum
inepta idola & manu hominis facta simulacra, sed &
tenta quædam & monstra uenerantur, tibi placent,
displicet Dei cultor. Fumant ubiq; in tẽplis uestris hos
busta et rogi pecorum, et Dei altaria uel nulla sunt, uel
Crocodilus colitur. ta. Crocodili et cynocephali et lapides et serpentes colu-
Christianorum persecutor Demetrianus. et Deus solus in terris aut nõ colitur, aut nõ est impune
colitur: innoxios, iustos, Deo charos domo priuas, patri
nio spolias, catenis premis, carcere includis, gladio, bes
ignibus punis. Saltem contentus esto dolorũ nostrorũ
po

pendio ac simplici ac ueloci breuitate pœnarum. Admoues
laniandis corporibus longa tormenta, multiplicas laceran-
dis uisceribus numerosa supplicia, nec feritas atque imma-
nitas tua usitatis potest contenta esse tormentis, excogitat
nouas pœnas ingeniosa crudelitas. Quæ hæc est insatiabilis
carnificinæ rabies, quæ inexplebilis libido sæuitiæ? Quin
potius elige tibi alterum de duobus: Christianum esse, aut
est crimen, aut non est. Si crimen est, cur non interficis con-
fitentem? si crimen non est, quid persequeris innocentem?
Torqueri enim debui si negarem. Si pœnam tuam metuens
id quod prius fueram, & quòd Deos tuos non coluera
mendacio fallente celarem, tunc torquendus fuissem, tunc
ad confessionem criminis ui doloris adigendus, sicut in cæ-
teris quæstionibus torquentur rei, qui se negant crimine
quo accusantur teneri, ut facinoris ueritas, quæ indice uo-
ce non promitur, dolore corporis exprimatur. Nunc uerò
cum sponte confitear & clamem, & crebris ac repetitis
identidem uocibus Christianum me esse contester, quid tor-
menta admoues confitenti, & Deos tuos non in abditis &
secretis locis, sed palàm, sed publicè, sed in foro ipso ma-
gistratibus & præsidibus audientibus destruenti, ut & si
parum fuerat, quod in me prius criminabaris, creuerit
quod & odisse & punire plus debeas, quòd dum me Chri-
stianum celebri loco & populo circunstante pronuntio,
& uos & Deos uestros clara & publica præconatione
confundo, quid te ad infirmitatem corporis uertis? quid
cum terrenæ carnis imbecillitate contendis? Cum animi
uigore congredere, uirtutem mentis infringe, fidem de-
strue, disceptatione si potes uince, uince ratione. Vel
si quid dijs tuis numinis & potestatis est, ipsi in
ultionem suam surgant, ipsi se sua maiestate defendant.

Hoc ex Ter-tulliano.

Aut

Aut quid præstare colentibus poßint, qui se de non col
bus uindicare non possunt? Nam si eo qui uindicatur p
est ille qui uindicat, tu dijs tuis maior es. Si autem ijs q
colis maior es, non tu illos colere, sed ab ipsis potius co
bes. Sic illos læsos ultio uestra defendit, quomodo & cl
ne pereant tutela uestra custodit. Pudeat te eos colere,
ipse defendis, pudeat tutelã de ijs sperare, quos tu tuer
si audire eos uelles & uidere, quando à nobis adiura
& torquentur spiritualibus flagris, et uerborum torm
de obseßis corporibus eijciuntur, quando eiulantes &
mentes uoce humana & potestate diuina flagella &
bera sentientes, uenturum iudicium confitentur. Ve
cognosce esse uera, quæ dicimus. Et quia sic deos colere
dicis, uel ipsis quos colis crede, aut si uolueris & tibi er
re, de te ipso loquetur audiente te, qui nunc tuum pectus
sedit, qui nunc mentem tuam ignorantiæ nocte cæcauit:
debis nos rogari ab eis, quos tu rogas: timeri ab eis, que
times: quos tu adoras, uidebis sub manus nostras stare
ctos, & tremere captiuos, quos tu suspicis & uenerari
Dominos. Certe uel sic confundi in istis erroribus tuis p
teris, cum conspexeris & audieris Deos tuos quid sint,
interrogationes nostras statim prodere, & præsentibus
cet uobis præstigias illas & fallacias suas non posse cel
Quæ ergo mentis ignauia est, imò quæ desipientium
& stulta dementia, ad lucem de tenebris non uenire, et
tis æternæ laqueis uinctos spem nolle immortalitatis
pere, non metuere Deum comminantem & dicentem:
Exod. 22. crificans dijs eradicabitur, nisi Domino soli? Et iterum:
Esa. 2. dorauerunt eos quos fecerunt digiti eorum, & incur
est homo, & humiliatus est uir, & non laxabo illis. Q
ad falsos Deos humilias & inclinas? Quid ante inep

mulacra & figmenta terrena captiuum corpus incuruas?
Rectum te Deus fecit, & cum cætera animalia prona &
ad terram situ uergẽte depressa sint, tibi sublimis status, &
ad cœlum atq; ad Deum tuum uultus erectus est. Illuc in-
tuere, illuc oculos tuos erige, in supernis Deum quære. Vt
carere inferis poßis, ad alta & cœlestia suspensum pectus
attolle. Quid te in lapsum mortis cum serpente, quem colis,
sternis? Quid in ruinam diaboli per ipsum & cum ipso ca-
dis? Sublimitatem serua, qua natus es. Perseuera talis, qualis
à Deo factus es. Cum statu oris & corporis animum tuum
statue. Vt cognoscere Deum poßis, te antè cognosce. Re-
linque idola, quæ humanus error inuenit. Ad Deum conuer
tere, quem si implorauerís subuenit. Christo crede quem ui
uificandis ac reparandis nobis pater misit. Lædere seruos
Dei & Christi persecutionibus tuis desine, quos læsos ul-
tio diuina defendit. Inde est quòd nemo nostrum quando ap-
prehenditur, reluctatur, nec se aduersus iniustam uiolentiam
uestram, quamuis nimius & copiosus noster populus, ul-
ciscitur. Patiẽtes facit de secutura ultione securitas. Innocen-
tes nocentibus cedunt. Insontes pœnis et cruciatibus acquie-
scunt, certi & fidentes quòd inultum non remaneat quod-
cunque perpetimur, quãtoq; maior fuerit persecutionis in-
iuria, tanto & iustior fiat & grauior pro persecutione uin-
dicta. Nec unquam impiorum scelere in nostrum nomen
exurgitur, ut non statim diuinitus uindicta comitetur. Vt
memorias nõ teneamus antiquas, et ultiones pro cultoribus
Dei sæpe repetitas, nullo uocis præconio reuoluamus, do-
cumentum recentis rei satis est, quòd sic celeriter, quodq;
in tanta celeritate sic granditer nuper secuta defensio est,
ruinis regum, iacturis opum, dispendio militum, dimi-
nutione castrorum. Nec hoc casu accidisse aliquis existimet,

Os homini sublime dedit, cœlumq; uidere Iussit.

Scelus uindicta sequitur.

aut

aut fuisse fortuitum putet, cum iam pridem scriptura d
Deut. 32. posuerit & dixerit: Mihi uindictam, ego retribuam,
Dominus. Et iterum spiritus sanctus præmoneat & d
Ne dixeris: ulciscar me de inimico meo: sed expecta D
num, ut tibi auxilio sit. Vnde clarum est atque manife
quia non per nos, sed pro nobis accidunt cuncta ista, q
Dei indignatione descendunt. Nec ideo quis putet Chri
nos ijs quæ accidunt, non uindicari, quòd & ipsi uide
incursione perstringi. Pœnam de aduersis mundi ille
cui & lætitia & gloria omnis in mundo est. Ille mer
deflet, si sibi male sit in seculo, cui bene non potest esse
seculum, cuius uiuendi fructus omnis hic capitur, cu
solatium omne finitur, cuius caduca & breuis uita hi
quam dulcedinem computat uoluptatum: cum istinc
serit, pœna iam sola superest ad dolorem. Cæterum
hic dolor est de incursione malorum præsentium, q
fiducia est futurorum bonorum. Denique nec consti
mur aduersis, nec frangimur, nec dolemus, neque u
aut rerum clade, aut corporum ualetudine mussita
spiritu magis quàm carne uiuentes, firmitate animi
Patientia aduersis probatur. mitatem corporis uincimus. Per ipsa, quæ nos cruci
fatigant, probari & corroborari nos scimus et confi
Putatis nos aduersa uobiscum æqualiter perpeti, cum
dem aduersa uideatis à nobis & uobis non æqualiter
neri? Apud uos impatientia clamosa semper & querul
apud nos fortis & religiosa patientia, quieta semper
per in Deum grata est, nec quicquam istinc lætum, nec
sperum sibi uendicat, sed mutis & lenis, et contra omn
ctuantis mundi turbines stabilis diuinæ pollicitationis
expectat. Quàm diu enim corpus hic permanet, cõmu
cæteris sit necesse est, & corporalis cõditio cõmunis, n
p

parari generi humano ab inuicem datur, nisi istinc de se-
culo recedatur. Intra unam domum boni & mali interim
continemur. Quicquid intra domum euenerit, pari sorte
perpetimur, donec æui temporalis fine completo, ad æternæ
uel mortis uel immortalitatis hospitia diuidamur. Non ergo
idcirco compares uobis & æquales sumus, quia in isto ad-
huc mundo & carne constituti mundi & carnis incommo-
da uobiscum pariter incurrimus. Nam cum in sensu doloris
sit omne quod punit, manifestum est eum non esse partici-
pem pœnæ tuæ, quem uideas tecum æqualiter non dolere.
Viget apud nos spei robur, & firmitas fidei, & inter ipsas
seculi labentis ruinas erecta mens, & immobilis uirtus, &
nunquam nisi læta patientia, & de Deo suo semper anima
secura, sicut per prophetã spiritus sanctus loquitur & hor-
tatur, spei ac fidei nostræ firmitatem cœlesti uoce corro-
borans: Ficus, inquit, non afferet fructum, & non erit gene-
ratio in uineis. Mentietur opus oliuæ, & campi non præ-
stabunt frumentum. Deficient à stabulo oues, & non erunt
in præsepibus boues. Ego autem in Domino exultabo, &
gaudebo in Deo salutari meo. Dei hominem & cultorem
Dei subnixum spei ueritate, & fidei stabilitate fundatum,
negat mundi huius & seculi infestationibus commoueri.
Vtne alicet fallat, & olea decipiat, & herbis siccitate mo-
rientibus æstuans campus arescat, quid hoc ad Christianos?
quid ad Dei seruos, quos paradisus inuitat, quos gratia o-
mnes & copia regni cœlestis expectat? Exultant semper
in Domino, & lætantur, & gaudent in Deo suo, & mala
atq; aduersa mundi fortiter tolerant, dum bona & prospe-
ra futura prospectant. Nam qui exposita natiuitate terrena
spiritu recreati & renati sumus, nec iam mundo, sed Deo
uiuimus, non nisi cum ad Deum uenerimus, Dei munera &

Vna domus bonos & malos habet.

Spe firmantur Christiani.

Abac. 3.

Paradisus Christianos inuitat.

promissa capiemus: & tamen pro arcendis hostibus
imbribus impetra[illegible]is, & uel auferendis uel temper[illegible]
aduersis rogamus semper, & preces fundimus. Et pro
ac salute uestra propitiantes ac placantes Dominum
bus ac noctibus iugiter atq; instanter oramus. Nemo
sibi blandiatur, quòd nobis & profanis Dei cultoribus
Deo aduersantibus sit interim per æqualitatem car
corporis laborum secularium conditio communis,
hoc opinetur non omnia ista, quæ nunc accidunt, uob
rogari, cum de ipsius prædicatione & prophetica
statione antè prædictum sit, uenturam super iniustos
Dei, persecutiones quæ nos humanitus læderent non de
ras, sed ultiones quæ læsos diuinitus defenderent sequ
Et quanta sunt quæ istic pro nobis interim fiunt? In ex
plum aliquid datur ut Dei uindicis ira noscatur: cæte
retro est iudicij dies, quem scriptura sancta denuntiat
Esa.13. Vlulate, proximus est enim dies Domini, & obtritio
aderit. Ecce enim dies Domini uenit insanabilis indig
nis & iræ, ponere orbem terræ desertum, & pecca
Malach.4. perdere ex eo. Et iterum: Ecce dies Domini uenit ar
uelut clibanus ignis, eruntq; omnes alienigenæ, & o
iniqui ut stipula, & succendet illos aduenieus dies: dicit
minus. Succendi & cremari alienigenas præcinit Domi
id est, alienos à diuino genere & profanos spiritualiter
renatos, nec Dei filios factos. Euadere enim eos solos p
qui renati & signo Christi signati fuerint, alio in loco
minus loquitur, quando ad uastationem mundi & in
tum generis humani Angelos suos mittens, grauius in
Ezech.9. mo comminatur, dicens: Ite & cædite, & nolite pa
oculis uestris. Nolite misereri senioribus atq; iuuenibus
uirgines & mulieres & paruulos interficite, ut dele

Om

Omnem autem, super quem signum scriptum est, ne tetige-
ritis. Quod autem sit hoc signum, & qua in corporis parte
positum, manifestat alio in loco Dominus, dicens: Transi
mediam Hierusalem, & notabis signum super frontes uiro-
rum, qui ingemunt & mœrent propter iniquitates, quæ
fiunt in medio ipsorum. Et quòd ad paßionem & sangui-
nem Christi pertineat hoc signum: & ille saluus atq; inco-
lumis reseruetur, quisquis in hoc signo inuenitur, itē Dei te-
stimonio comprobatur, dicentis: Et erit sanguis in signum
uobis super domos, in quibus eritis, & uidebo sanguinem, Exod.12.
& protegam uos: & non erit in uobis plaga diminutionis,
cum percutiam, & conteram terram Aegypti. Quod au-
tem antè occiso agno præceßit in imagine, impletur in Chri-
sto, sequuta postmodum ueritate. Illic percussa Aegypto, Iu-
daicus populus euadere non nisi sanguine & signo agni
potuit: ita & cum uastari cœperit mundus & percuti, quis-
quis in sanguine & signo Christi inuentus fuerit, solus eua-
det. Respicite itaq; dum tempus est ad ueram & æternam
salutem: & quia iam mundi finis in proximo est, ad Domi- *Finis mundi in proximo est.*
num Deum mentes uestras Dei timore conuertite. Nec uos
delectet in seculo inter iustos & mites impotens ista & ua
na dominatio, cum & in agro inter cultas et fertiles segetes *Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.*
lolium & auena dominetur. Nec dicatis mala accidere, quia
dij uestri à nobis non colantur, sed sciatis esse hanc iræ Dei
censuram: ut qui beneficijs non intelligitur, uel plagis intel-
ligatur. Deum uel serò quærite, quia iam pridem per pro-
phetam Deus præmonens hortatur & dicit: Quærite Do-
minum, & uiuet anima uestra. Deum uel serò cognoscite, Amos 5.
quia Christus adueniens hoc admonet docetq;, dicens: Hæc
est autem uita æterna, ut cognoscāt te solum uerum Deum, Ioan.17.
& quem misisti IESVM Christum. Credite illi, qui o-

mnino non fallit. Credite illi, qui hæc omnia futura p
xit. Credite illi, q
credentibus præmium uitæ æterna
bit. Credite illi, qui incredulis æterna supplicia gehen
doribus irrogabit. Quæ tunc erit fidei gloria, quæ p
perfidiæ, cum iudicij dies uenerit? quæ lætitia credu
quæ mœstitia perfidorum, noluisse istic prius credere
ut credant, iam redire non posse? Cremabit addictos a
semper gehenna, & uiuacibus flammis uorax pœna
erit unde habere tormẽta uel requiem possint aliquand
finem. Seruantur cum corporibus suis animæ infinitis
ciatibus ad dolorẽ: spectabitur illic à nobis semper, q
nos spectauit ad tempus: & in persequutionibus facile
lorum crudelium breuis fructus perpetua uisione p
Mar.9. tur secundum scripturæ sanctæ fidem dicentis: Verm
rum non morietur, & ignis eorum non extinguetur
Sap.5. erunt ad uisionem uniuersæ carni. Et iterum: Tunc
iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angu
runt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes
buntur timore horribili, & mirabũtur in subitatione
ratæ salutis, dicentes inter se, pœnitentiam agentes, &
angustia spiritus gementes: Hi sunt quos aliquando
mus in derisum & in similitudinem improperij. Nos
sati uitam illorum æstimabamus insaniam, & finem
sine honore. Quomodo ergo cõputati sunt inter filios
& inter sanctos sors illorum est? Ergo errauimus à
ritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol non
est nobis. Lassati sumus in iniquitatis uia et perditio
ambulauimus solitudines difficiles, uiam autẽ Domini
rauimus. Quid nobis profuit superbia? aut quid diuiti
iactatio contulit nobis? Transierunt omnia illa tan
umbra. Erit tunc sine fructu pœnitentia, & dolor p

& inanis ploratio, & ineffi
cax deprecatio. In æternã pœ-
nam serò credunt, qui in uitam æternam credere noluerunt.
Securitati igitur & uitæ dum licet, prouidete. Offerimus *Securitati consulendum.*
uobis animũ & consilij nostri salutare munus. Et quia odis-
se non licet nobis, & sic Deo plus placemus, dum nullam
pro iniuria uicem reddimus, hortamur dum facultas adest,
dum adhuc aliquid de seculo supereſt, Deo satisfacere, & ad
ueræ religionis candidam lucem de profundo tenebrosæ su-
perstitionis emergere. Non inuidemus commodis uestris,
nec beneficia diuina celamus. Odijs uestris beneuolentiam
reddimus, & pro tormentis ac supplicijs, quæ nobis inferun
tur, salutis iter demonstramus: Credite & uiuite, & qui nos
ad tempus persequimini, in æternum gaudete nobiscum.
Quando istinc excessum fuerit, nullus iam locus pœniten- *Pœnitentiæ nullus post morẽ locus.*
tiæ est, nullus satisfactionis effectus. Hic uita amittitur, aut
tenetur: hic saluti æternæ cultu Dei & fructu fidei proui-
detur. Nec quisquam aut peccatis retardetur, aut annis quò
minus ueniat ad consequendam salutem. In isto adhuc man-
do manenti pœnitentia nulla sera est. Patet ad indulgentiam *Pœnitentia nulla sera est.*
aditus: & quærentibus atq; intelligentibus ueritatem facilis
accessus est. Tu sub ipso licet exitu & uitæ temporalis oc-
casu pro delictis roges Deum, qui unus & uerus est, confes-
sionem & fidem eius agnitionis implores, uenia confitenti
datur, & credenti indulgentia salutaris de diuina pietate
conceditur, & ad immortalitatem sub ipsa morte transitur.
Hanc gratiam Christus impartit, hoc munus misericordiæ
suæ tribuit subigendo mortem trophæo crucis, redimendo
credentem pretio sanguinis sui, reconciliando hominem
Deo patri, uiuificando mortalem regeneratione cœlesti.
Hunc, si fieri potest, sequamur omnes, huius sacramento &
signo censeamur, hic nobis uiam uitæ aperit, hic ad paradi-

sum reduces facit, hic ad cœlorum regna perducit, cum
semper uiuemus, & facti per ipsum filij Dei cum ipso
per exultabimus, ipsius cruore reparati. Erimus Chri
cum Christo simul glorioſi, de Deo patre beati, de p
tua uoluptate lætantes semper in conſpectu Dei, &
tes Deo gratias semper. Neq; enim poterit niſi
ſemper eſſe & gratus, qui cum morti fuiſſet obnoxiu
ctus eſt immortalitate ſecurus. Amen.

TRACTATVS II. DE H

BITV VIRGINVM.

Tractatus beati Cypriani de habitu uirginum, cæteras
res ad pudicitiam & mundi contemptum inuitans, doce
quantũ periculi ſit uel in unius trãſgreſſione præcepti
leuioris: deinde uirginalem conuerſationem inſtituens
ſtrat quæ uirginibus meditanda, quæ concupiſcenda ſint.

Diſciplina.

DISCIPLINA cuſtos ſpei, reg
lum fidei, dux itineris ſalutaris, fir
nutrimentum bonæ indolis, magiſte
tutis facit in Chriſto manere ſemper,
iugiter in Deo uiuere, ad promiſſa
ſtia & diuina præmia peruenire. Hanc ſectari ſalubre
& aduerſari ac negligere letale. In pſalmis loquitur
Pſal. 2. tus ſanctus: Continete diſciplinam, ne forte iraſcatur D
nus, & pereatis à uia recta, cum exarſerit citò ira ejus
Ibid. 49. uos. Et iterum: Peccatori autem dixit Deus: Vt quid e
nis iuſtificationes meas, & aſſumis teſtamentum meum
os tuum? Tu autem odiſti diſciplinam, & proiecisti ſe
nes meos retro. Et denuo legimus: Diſciplinam qui a
Sap. 3. infelix eſt. Et de Salomone mandata ſapiẽtiæ monentis
Prouerb. 3. pimus: Fili ne neglexeris diſciplinã Domini, ne deſec

Et hic quadã imitatus eſt ex Tertulliano.

eo correptus. Quẽ enim diligit Deus, corripit. Si autẽ quem
diligit Deus corripit, & ſic corripit ut emendet, fratres
quoq; & maxime ſacerdotes non oderunt, ſed diligunt eos
quos corripiunt ut emendẽt, cum & Deus per Hieremiam
antè prædixerit, & tempora noſtra ſignificauerit, dicens:
Dabo uobis paſtores ſecundum cor meum, & paſcent uos Hier. 3.
paſcentes cum diſciplina. Quòd ſi in ſcripturis ſanctis, tam
ueteribus quàm etiam nouis frequenter & ubique diſcipli-
na præcipitur, & fundamentum omne religionis ac fidei de
obſeruatione ac timore proficiſcitur, quid cupidius appete-
re, quid magis uelle ac tenere nos conuenit, quàm ut ra-
dicibus fortius fixis, & domicilijs noſtris ſuper petram ro-
buſta mole ſolidatis, inconcuſſi ad procellas & turbines
ſeculi ſtemus, ut ad Chriſti munera per diuina præcepta
ueniamus, conſiderantes pariter ac ſcientes quòd templa
Dei ſint membra noſtra, ab omni fæce contagionis anti-
quæ lauacri uitalis ſanctificatione purgata, nec uiolari ea
aut pollui fas ſit, cum qui uiolat & ipſe uioletur? Eorum
nos templorum cultores & antiſtites ſumus. Seruiamus
illi, cuius eſſe iam cœpimus. Paulus in epiſtolis ſuis ponit
& dicit, quibus nos ad curricula uiuendi per diuina magi-
ſteria formauit: Non eſtis ueſtri: empti enim eſtis magno 1. Cor. 6.
pretio, glorificate & portate Dominum in corpore ueſtro.
Glorificemus & portemus Dominum puro & mundo cor
de, & corpore, & obſeruatione meliori, ut qui per ſan-
guinem Chriſti Domini noſtri redempti ſumus, per omnia
ſeruitutis obſequia redemptoris imperio pareamus, de-
mus que operam ne quid immundum & profanum templo
Dei inferatur, ne offenſus ſedem quam inhabitat, dere-
linquat. Soſpitantis Domini uerba ſunt & docentis, curan-
tis pariter & monentis: Ecce, inquit, ſanus factus es, iam

Ioan. 5. noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. Dat uiuendi rem, dat innocentiæ legem. Postquàm contulit sanitatem, nec habenis liberis & solutis uagari postmodum patitur, sed ipsis potius, sanatus quibus fuerat, magis grauius comminatur, quòd sit scilicet minor culpa quisse antè, cum necdum nosset disciplinam Dei, uenia ultrà delinquere, postquam Dominum nosse cœpisti: & quidem hoc tam uiri quàm mulieres, tam puellæ, sexus omnis atque omnis ætas obseruet, procuret pro religione & fide, quam Domino debet, quod sanctum & purum de Domini dignatione percipitur, minus solicito timore teneatur. Nunc nobis agines sermo est, quarum quò sublimior gloria, maior cura est. Flos est ille ecclesiastici germinis: decus ornamentum gratiæ spiritualis, læta indoles, laudis honoris opus integrum atque incorruptum, Dei respondens ad sanctimoniam Domini, illustrior gregis Christi. Gaudet per illas atque in illis largiter rect ecclesiæ matris gloriosa fœcunditas. Quanto quæ copiosa uirginitas numero suo addidit, tanto gaudium tris augescit. Ad has loquimur, has hortamur assi ne potius quàm potestate, non quòd extremi & mini humilitatis nostræ conscij aliquid ad censuram uindicemus, sed quòd ad solicitudinem magis cauti diaboli infestatione timeamus. Neque inanis cautio formido uana, quæ ad salutis uiam consulit, quæ ca & uitalia præcepta custodit, ut quæ se Christo rint, & à carnali concupiscentia recedentes tam quàm mente se Deo deuouerint, opus suum consummet gno prænuo destinatũ, nec ornari iam aut placere nisi Domino suo studeant, à quo & mercedem

expectant, dicente ipso: Non omnes capiunt hoc uerbum, Matth. 10.
sed illi quibus datum est. Sunt enim spadones qui ex utero
matris sunt nati, & sunt spadones qui seipsos castrauerunt *Spadones.*
propter regnum cœlorum, et sunt spadones qui castrati sunt
ab hominibus. Denuo quoq; per hanc Angeli uocem conti-
nentiæ munus ostenditur, uirginitas prædicatur. Hi sunt qui Apocal. 14.
cum mulieribus se non coinquinauerunt, uirgines enim per-
manserunt. Hi sunt qui sequuntur agnum quocunque ierit.
Neque enim masculis tantum continentiæ gratiam repro-
mittit Dominus, et fœminas præterit, sed quoniam fœmina *Fœmina uiri*
uiri portio est, & ex eo sumpta atque formata est, in scri- *portio.*
pturis ferè omnibus ad protoplastum Deus loquitur, quia
sunt duo in carne una, & in masculo simul significatur &
fœmina. Quòd si Christum continentia sequitur, & regno
Dei uirginitas destinatur, quid est illis cum terreno cultu et
cum ornamentis, quibus dum hominibus placere gestiunt,
Dominum offendunt, non cogitantes esse prædictum, qui ho
minibus placent confusi sunt: quoniam Deus nihil fecit eos.
Et Paulus quoque gloriosè & sublimiter prædicans dicit:
Si hominibus placere uellem, Christi seruus non essem. Con- Gal. 1.
tinentia uerò & pudicitia non in sola carnis integritate con
sistit, sed etiam in cultus & ornatus honore pariter ac pu-
dore, ut secundum Apostolum, quæ innupta est, sancta sit et
corpore & spiritu. Instruit nos Paulus & dicit: Cœlebs co
gitat ea quæ Dei sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem 1. Cor. 7.
matrimonium contraxit, cogitat ea quæ sunt mundi, quomo
do placeat uxori. Sic & uirgo & mulier innupta cogitat
ea quæ sunt Domini, ut sit sancta corpore & spiritu. Vir-
go non esse tantum, sed & intelligi debet & credi, ut
nemo cum uirginem uiderit, dubitet an uirgo sit. Pa-
rem se integritas in omnibus præstet, nec bonam corporis

cultus infamet. Quid ornata, quid compta procedit, q
maritum aut habeat aut quærat? Timeat potius placere
uirgo est, nec periculum sui appetat, quæ ad meliora
uina se seruat. Quæ uirum non habent, cui placere se
lent, integræ & puræ non tantum corpore, sed etiam
perseuerent. Neque enim fas est uirginem ad speciem
mæ comi, aut de carne, & de eius pulchritudine gl
cum nulla sit illis magis quàm aduersus carnem collu
& uincendi, aut domandi corporis obstinata certatio.
lus quoque forti ac sublimi uoce proclamat: Mihi
absit gloriari nisi in cruce Domini mei IESV Ch
per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo
uirgo in ecclesia de specie carnis atque de corporis p
tudine gloriatur? Addit Paulus & dicit: Qui enim
Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & co
piscentijs. Et quæ se carnis concupiscentijs & uitijs re
tiasse profitetur, in ijsdem quibus renuntiauerat, in
tur? Deprehenderis uirgo, detegeris. Aliud te esse iactas
aliud affectas. Maculis te concupescentiæ carnalis asp
cum integritatis candidata sis, & pudoris. Clama, i
Esaiæ Dominus: Omnis caro fœnum, & omnis claritas
ut flos fœni. Aruit fœnum, & flos decidit, uerbum
Domini manet in æternum. Neminem Christianum
& maxime uirginem non decet claritatem ullam com
re carnis & honorem, sed solum appettere sermonem
bona in æternum mansura complecti. Aut si in carne
riandum, tunc planè quando in nominis Domini con
ne cruciatur, quando fortior fœmina, uiris torque
inuenitur, quando ignes, aut cruces, aut ferrum uel b
patitur ut coronetur. Illa sunt carnis pretiosa monilia
corporis ornamẽta meliora. Sed sunt aliquæ diuites, &

Virginibus aduersus carnem colluctatio.

Galat. 6.

Ibidem 5.

Esaiæ 40.

Carnis monilia.

tatum ubertate locupletes, quæ opes suas præferant, & se
bonis suis uti debere contendant. Sciant primò illam diui-
tem esse, quæ in Deo diues est: Illam esse locupletem, quæ lo
cuples in Christo est. Bona illa esse, quæ sunt spiritualia, di-
uina, cœlestia, quæ nos ad Dominum ducant, quæ nobiscum
apud Deum perpetua possessione permaneant. Cæterum
quæcunq; terrena sunt in seculo accepta, & hic cum seculo
remansura, tam contemni debent, quàm mundus ipse conte-
mnitur, cuius pompis & delicijs iam tunc renuntiauimus cũ
meliore transgressu ad Dominum uenimus. Hinc Ioannes 1. Ioan. 2.
nos excitat & hortatur spirituali & cœlesti uoce* corrobo
rans: Nolite, ait, diligere mundum, neque ea quæ in mundo
sunt. Si quis dilexerit mundum, non est charitas patris in il-
lo, quoniam omne quod in mundo est, concupiscentia carnis,
& concupiscentia oculorum & ambitio seculi, quæ non est
à patre, sed ex concupiscentia seculi. Et mundus transibit
& concupiscentia eius. Qui autem fecerit uoluntatem Dei,
manet in æternum, quomodo & Deus manet in æternum.
Aeterna igitur & diuina sectanda sunt, & omnia de Dei
uoluntate facienda sunt, ut Domini nostri uestigia & magi-
steria diuina sectemur, qui monuit & dixit: Non descendi Ioan. 6.
de cœlo ut faciam uoluntatẽ meam, sed uoluntatem eius qui
misit me. Quòd si non est maior Domino suo seruus, et libera
tori debet obsequiũ liberatus, qui esse cupimus Christiani, de
bemus quod Chrstus fecit et docuit, imitari. Scriptum est e-
nim, & legitur, et auditur, et in exemplũ nostræ ecclesiæ ore
celebratur: Qui dicit se in Christo manere, debet quomodo 1. Ioan. 2.
ille ambulauit et ipse ambulare. Ambulandũ est uestigijs pa
ribus, æmula ingressione nitendũ est. Tunc respondet ad fidẽ
nominis sectator ueritatis: & credenti præmium datur, si
quod creditur, & geratur. Locupletem te dicis & diui-
tem,

* al's, contestans.

tem, sed diuitijs tuis Paulus occurrit, & ad cultum a
1.Tim.2. ornatum tuum iusto fine moderandum sua uoce præfe
Sint, inquit, mulieres cum uerecundia & pudicitia com
nentes se, non in tortis crinibus, neque auro, neque mar
tis, aut pretiosa ueste, sed ut decet mulieres promitten
1.Petr.3. stitatem per bonam cõuersationem. Item Petrus ad hæ
dem præcepta consentit, & dicit: Sit in muliere non e
rior ornamenti, aut auri, aut uestis cultus, sed cultus co
Quòd si illi mulieres quoque admonent coërcendas, &
ecclesiasticam disciplinam religiosa obseruatione mode
das, quæ excusare cultus suos soleant per maritum: qu
id magis obseruare uirginem fas est, cui nulla ornatu
competat uenia, nec deriuari in alterum possit mendac
culpæ, sed sola ipsa remaneat in crimine? Locupletem te
cis & diuitem, sed non omne quod potest, debet & fieri
desideria prolixa & de seculari ambitione nascentia u
honorem ac pudorem uirginitatis extendi, cum scrip
1.Cor.6. sit: Omnia licent, sed non omnia expediunt. Omnia licent
non omnia ædificant. Cæterum si tu te sumptuosius co
& per publicum notabiliter incedas, oculos in te iuuen
tis illicias, suspiria adolescentum post te trahas, conc
scendi libidinem nutrias, peccandi fomenta succendas, ut
ipsa non pereas, alios tamen perdas, & uelut gladium
& uenenum uidentibus præbeas, excusari non pot
quasi mente casta sis & pudica. Redarguit te cultus
probus & impudicus ornatus, nec computari iam po
inter puellas & uirgines Christi, quæ sic uiuis ut po
adamari. Locupletem te dicis & diuitem, sed iactare
uitias suas uirginem non decet. Cum dicat scriptura
Sap.5. uina: Quid nobis profuit superbia, aut quid diui
rum iactatio contulit nobis? transierunt illa omnia t
qu

quam umbra. & Apostolus rursum moneat & dicat: Et 1.Corinth.7.
qui emunt sic sint quasi non possidentes, & qui hoc mundo
utũtur quasi non utantur, præterit enim habitus huius mun
di. Petrus etiam, cui oues suas Dominus pascendas, tuendasq;
commendat, super quem posuit & fundauit ecclesiam, au
rum sibi quidem esse & argentum negat, sed se dicit gratia Act.3.
diuitem esse, fide eius & uirtute locupletem, quibus multa
magnalia cum miraculo faceret, quibus ad gratiam gloriæ
bonis spiritualibus abundaret. Has opes, istas diuitias possi
dere non potest, qui se diuitem seculo magis uult esse quàm
Christo. Locupletem te esse dicis & diuitem, & utendum
putas ijs quæ possidere te Deus uoluit: utere, sed ad res
salutares: utere, sed ad bonas artes: utere ad illa, quæ
Deus præcepit, quæ Dominus ostendit. Diuitem te sen
tiant pauperes, locupletem sentiant indigentes. Patri
monia tua Deo fœnera, Christum ciba, ut uirginitatis
præferre gloriam liceat, ut ad Domini præmia uenire con
tingat, multorum precibus exora. Commenda illic thesau
ros tuos, ubi nullus fur effodiat, quò nullus insidians gras
sator irrumpat. Possessiones tibi, sed cœlestes magis com
para, ubi fructus tuos iuges ac perennes & ab omni
contactu iniuriæ secularis immunes, nec rubigo atterat,
nec grando cædat, nec sol urat, nec pluuia corrumpat.
Nam delinquis & hoc ipso in Deum, si ad hoc tibi ab illo
diuitias datas credis, ut illis non salubriter perfruaris. Nam
& uocem homini Deus dedit, & tamen non sunt idcirco
amatoria cantanda nec turpia: & ferrum esse ad cul
turam terræ Deus uoluit, nec homicidia sunt idcirco fa
cienda: aut quia thura & myrrham & ignem Deus in
stituit, sacrificandum est inde idolis: uel quia abundant pecu
dum greges in agris tuis, uictimas et hostias immolare debe
bis.

bis. Alioqui tentatio est patrimonium grande, missa ad
bonos cēsus operetur, ut patrimonio suo unusquisq; loc
tior magis redimere debeat, quàm augere delicta. Orna
torum ac uestium insignia & lenocinia fucorum mo
prostitutis & impudicis fœminis congruunt, & nulla
fere pretiosior cultus est, quàm quarum pudor uilis est
in scripturis sanctis quibus nos instrui Dominus uolu
moneri, describitur ciuitas meretrix, compta pulchrit
ornata, & cum ornamentis suis, ac propter ipsa potio
Apocal. 17. namenta peritura. Et uenit, inquit, unus ex septem An
habentibus phialas septem, & aggressus est me, dix
Veni ostendam tibi damnationem meretricis magnæ sed
tis super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges ter
Et duxit me in spiritu: & uidi mulierem sedentem su
bestiam, & mulier illa amicta erat pallio purpureo
coccino, & adornata erat auro & margaritis, & lap
bus pretiosis, & ferens poculum aureum in manu sua p
execrationis & immanditiæ, & fornicationis totius ter
Fugiant castæ uirgines, & mulieres pudicæ incipi
cultus, habitus impudicarum, lupanarium insignia, orna
ta meretricum. Clamat etiam spiritu sancto plenus Esa
Comptas opinor legendum. filias Sion auro & ueste corruptas increpat, & obiurg
perniciosis opibus affluentes, & à Domino per secula
Esa. 3. cias recedentes: Exaltatæ sunt, ait, filiæ Sion, & ambu
runt alto collo, & nutu oculorum, & incessu pedum
bentes tunicas, & pedibus simul ludentes. Humilia
Dominus principales filias Sion, & reuelabit Dom
habitum earum, & auferet Dominus gloriam uestis
rum, & ornamenta earum, & crines, & cincinnos, &
*al's, botro- nulas, & discriminalia, & dextralia, & armillas, &
natum tronatum, & specula, & anulos, & inaureis, & sericis

texta cum auro & hyacintho. Et erit pro odore suauitatis
puluis, & pro cingulo reste præcingēris, & pro ornamen-
to capitis aureo caluitium habebis. Hoc Deus culpat et de-
notat: hinc corruptas esse uirgines, hinc à cultu uero & di-
uino desciuisse pronuntiat. Exaltatæ ceciderunt: comptæ tur
pitudinem sœditatemq; meruerunt: serico & purpura indu-
tæ, Christum induere non possunt: auro & margaritis &
monilibus adornatæ, ornamenta* corporis et pectoris per- *Forte, cordis
diderunt. Quis non id execretur & fugiat, quod alijs fuerit
exitio? Quis id appetat & assumat, quod ad necem alterius
pro gladio fuerit & telo? Si hausto poculo morcretur ille
qui biberat, uenenum scires esse quod ille potauit. Si acce-
pto cibo qui acceperat interiret, scires esse letale quod acce-
ptum potuit occidere, nec ederes inde nec biberes, unde
interisse alios ante conspiceres. Nunc quanta ignorantia ue-
ri est, animi quanta dementia, id uelle quod & nocuerit
semper & noccat? & putare quòd inde ipsa non pereas, un
de alios perisse cognoscas? Neque enim Deus purpureas aut
coccineas oues fecit, aut herbarum succis, aut conchylijs tin-
gere & colorare lanas docuit. Nec distinctis auro lapillis
& margaritis contexta serica, & numerosa compage di-
gestis monilia instituit, quibus ceruicem quam fecit absconderet, ut operiatur illud quod Deus in homine formauit, &
conspiciatur desuper id quod diabolus adinuenit. An uulne-
ra inferri auribus Deus uoluit, quibus innocens adhuc infan
tia & mali secularis ignara crucietur, ut postea de aurium
cicatricibus & cauernis pretiosa grana dependeant, & si
non suo pondere, mercium quantitate? Quæ omnia pecca-
tores & apostatæ Angeli suis artibus prodiderūt, quādo ad
terrena contagia deuoluti, à cœlesti nigore recesserūt. Illi &
oculos circunducto nigrore fucare, et genas mendacio rubo

ris

ris inficere, & mutare adulterinis coloribus crinem. &
pugnare omnem oris & capitis ueritatem corrupti
impugnatione docuerunt. Et quidem isto in loco pro
re, quem nobis fides suggerit, pro dilectione quam fra
tas exigit, non uirgines tantum aut uiduas, sed & ma
puto & omnes omnino fœminas admonendas, quòd
Dei & factura eius & * plastica adulterari nullo mo
beat, adhibito flauo colore, uel nigro puluere, uel
aut quolibet denique liniamenta natiua corrupente
mine. Dicit Deus: Faciamus hominem ad imaginem
militudinem nostram: et audet quisquam mutare
uertere quod Deus fecit? Manus Deo inferunt, qu
illud quod ille formauit, reformare et transfigurare
dunt, nescientes quia opus Dei est omne quod nascitur
boli quodcunque mutatur. Si quis pingendi art. fex
alicuius et speciem et corporis qualitatem æmulo colo
gnasset, et signato iam consummatoq; simulacro, m
lius afferret, ut iam formata, iam picta quasi peritior
maret, grauis prioris artificis iniuria et iusta indigna
deretur. Tu te existimas impunè laturam tam improb
meritatis audaciam, Dei artificis offensam? Vt enim
dica circa homines et incesta fucis lenocinantibus
corruptis uiolatisq; quæ Dei sunt, peior adultera
Quòd ornari te putas, quòd putas comi, impugnatio
diuini operis, prævaricatio est ueritatis. Monentis Ap
uox est: Expurgate uetus fermẽtum, ut sitis noua
sicut estis azymi. Nam et pascha nostrum immola
Christus. Itaq; festa celebremus, non in fermento uete
in fermento malitiæ et nequitiæ, sed in azymis sync
et ueritatis. Num syncera persecrat et ueritas,
quæ syncera sunt polluuntur colorum adulteriis, inc

*al's, plasma

Gene. 1.

Hic locus citatur ab Augustino libro de doctrina Christi. 4. cap. 21.

1. Corint. 5.

num fucis, in mendacium uera mutantur? Dominus tuus di-
cit: Non potes facere capillum unum album aut nigrum, & Math. 5.
tu ad uincendam Domini tui uocem uis te esse potiorem?
Audaci conatu & sacrilego contemptu crines tuos inficis,
malo præsagio futurorum capillos iam tibi flammeos au-
spicaris, & peccas proh nefas, capite, id est, corporis parte
meliore: & cum scriptum sit de Domino: Caput autem eius Apoc. 1.
& capilli erant albi uelut lana aut nix, tu execraris cani-
tiem, detestaris alborem, qui sit ad Domini caput similis.
Non metuis oro quæ talis es, ne cum resurrectionis dies ue-
nerit, artifex tuus te non recognoscat? ad sua præmia &
promissa uenientem remoueat & excludat increpans uigo-
re censoris & iudicis dicat: Opus hoc meum non est, nec Homo creato-
hæc imago nostra est, cutem falso medicamine polluisti, cri- ris sui oblitus.
nem adultero colore mutasti, expugnata est mẽdacio facies,
figura corrupta est, uultus alienus est, Deum uidere non po-
teris, cum oculi tibi non sint, quos Deus fecit, sed quos dia-
bolus infecit. Illum tu sectata es, rutilos atq; depictos oculos
serpentis imitata es, de inimico tuo compta, cum illo pariter
arsura. Hæc oro non cogitanda sunt Dei seruis? non die scm-
per ac nocte * metuenda? uiderint quid sibi nuptæ per pla- *al's, meditan
cendi studium de coniugum solatio blandiantur, quos dum da
in excusationem suam proferunt, ad societatem criminosæ
consensionis asciscunt. Virgines certè quibus iste sermo nunc
consulit, quæ se eiusmodi artibus compserint, inter uirgines
non putem debere numerari, sed tanquam contactas oues
& morbidas pecudes à sancto & puro grege uirginitatis
arceri, ne contagio suo cæteras polluant, dum simul degunt,
ne perdant alias, quæcunq; perierunt. Et quoniam continen
tiæ bonum quærimus, perniciosa quæq; & infesta uitemus.
Nec illa prætereo, quæ dum negligentia in usum ueniunt,

contra pudicos & sobrios mores licentiam sibi de usu-
tione fecerunt. Quidam non pudet nubentibus inter
& inter illam lasciuientium libertatem sermonum collo
incesta miscere, audire quod non decet, quod nõ licet di
obseruare, & esse præsentes inter uerba turpia & te
lenta conuiuia, quibus libidinum fomes accenditur, spon
patientiam stupri, ad audaciam sponsus animatur. Qu
in nuptijs locus est, cui animus ad nuptias non est? Au
luntariæ illic & lætæ esse quæ possunt, ubi & studia &
ta diuersa sunt? Quid illic discitur? quid uidetur? Qua
à proposito suo uirgo deficit, quando pudica quæ uen
impudicior discedit! Corpore licet uirgo ac mente per
neat, oculis, auribus, lingua minuit illa quæ habebat. Q
uerò quæ promiscuas balneas adeunt, quæ oculis ad lib
nem curiosis pudori ac pudicitiæ corpora dicata pre
tuunt, quæ cum uiros atq; à uiris nudæ uident turpiter
uidentur, non ne ipsæ illecebram uitijs præstant? non ne
corruptelam & iniuriam suam desideria præsentium sol
tant & inuitant? Viderit, inquis, qua illuc mente qui
niat, mihi tantum reficiendi corpusculi cura est & lau
Non te purgat ista defensio, nec lasciuiæ & petulantiæ
men excusat. Sordidat lauatio ista, non abluit, nec emu
membra, sed maculat. Impudicè tu neminem conspicis,
ipsa conspiceris impudicè. Oculos tuos turpi oblectati
non polluis, sed dum oblectas alios, ipsa pollueris. Spe
culum de lauacro facis: theatra sunt fœdiora quò conu
uerecundia illic omnis exuitur, simul cum amictu ue
honor corporis ac pudor ponitur, denotanda & cõtrect
da uirginitas reuelatur. Iam nunc considera an cum ue
est, uerecunda sit inter uiros talis, quæ ad inuerecundi
proficit audacia nuditatis. Sic ergo ecclesia frequenter

gines suas plangit, sic ad infames earum ac detestabiles
fabulas ingemiscit, sic flos uirginum extinguitur, honor cõ-
tinentiæ ac pudor ponitur, gloria omnis ac dignitas profa-
natur, sic se expugnatus inimicus per artes suas inserit: sic
insidijs per occulta fallentibus diabolus obrepit: sic dum or-
nari cultius, dum liberius euagari uirgines uolunt, esse uir-
gines desinunt, furtiuo dedecore corruptæ, uiduæ antequam
nuptæ, non mariti sed Christi adulteræ, quàm fuerant præ-
mijs ingentibus uirgines destinatæ, tam magna supplicia
pro amissa uirginitate sensuræ. Audite igitur uirgines ut pa
rentem, audite quæso uobis timentem pariter ac monentem,
audite utilitatibus & commodis uestris fideliter consulen-
tem: Estote tales quales uos artifex Deus fecit. Estote tales
quales uos manus patris instituit. Maneat in uobis facies in-
corrupta, ceruix pura, forma syncera. Non inferantur auri-
bus uulnera, nec brachia includat aut colla de armillis &
monilibus pretiosa catena, sint à compedibus aureis pedes
liberi, crines nullo colore fucati, oculi conspiciendo Deo di-
gni. Celebrentur lauacra cum fœminis, quarum in uos pu-
dica lauatio est. Nuptiarum festa improba & cõuiuia lasci-
ua uitentur, quorum periculosa contagio est. Vince uestem,
quæ uirgo es, quæ Deo seruis: uince aurum, quæ carnem uin
cis & seculum. Non est eiusdem non posse à maioribus uin-
ci, & imparem minoribus inueniri. Arcta & angusta est
uia, quæ ducit ad uitam: durus & arduus limes qui tendit ad
gloriam. Per hunc uitæ limitẽ martyres pergunt, eunt uir-
gines, iusti quiq; gradiuntur. Lata & spatiosa itinera uitæ
letalis: illic illecebræ & mortiferæ uoluptates, illic diabolus
blanditur, ut fallat: arridet, ut noceat: illicit, ut occidat. Pri-
mus cum centeno martyrum fructus est, secundus sexagena-
rius uester est. Vt apud martyres non est carnis & seculi

Virgines exhortatur.

Vitæuia arcta.

Præmia beatorum.

contagio, nec parua & leuis & delicata congreßio: sic in uobis, quarum a[illegible] gratiam merces secunda est, sit & [illegible]tus ad tolerantiam proxima. Non est ad magna facilis [illegible]sus. Quem sudorem perpetimur, quem laborem, cum [illegible]mur ascendere colles & uertices montium? quid ut [illegible]damus ad cœlum? Si præmium pollicitationis attendas, [illegible]nus est quod laboras. Immortalitas perseueranti datur, [illegible]petua uita promittitur, regnum Dominus pollicetur. S[illegible]te uirgines, seruate quod esse cœpistis, seruate quod [illegible] Magna uos merces manet, præmium grande uirtutis, [illegible]nus maximum castitatis. Vultis scire quo malo care[illegible] quid boni teneat cõtinentiæ uirtus? Multiplicabo, inqu[illegible]lieri Deus, tristitias tuas, et gemitus tuos, & in tristitia [illegible]ries filios, & conuersio tua ad uirum tuum, & ipse tu[illegible]minabitur. Vos ab hac sententia liberæ estis, uos mulie[illegible] tristitias & gemitus non timetis: nullus uobis de partu [illegible]ca filios metus, nec maritus est Dominus. Dominus [illegible] et caput Christus est, ad instar & uicem masculi: sors [illegible] & conditio communis est. Domini uox est illa, dicentis: [illegible]lij seculi huius generant & generantur. Qui autem ha[illegible]rit dignationem seculi illius & resurrectionis à mortuis [illegible]nubunt, neq; matrimonium faciunt, neq; enim incipient [illegible]ri, æquales enim sunt angelis Dei, cum sint filij resurre[illegible]nis. Quod futuri sumus, iam uos esse cœpistis: uos res[illegible]ctionis gloriam in isto seculo iam tenetis: per seculum [illegible] seculi contagione transitis. Cum castæ perseueratis & [illegible]gines, angelis Dei estis æquales, tantum maneat & [illegible] solita & illæsa uirginitas, & ut cœpit fortiter, iugiter [illegible]seueret. Nec monilium aut uestium quærat ornatum, [illegible]morum. Deum spectet & cœlum, neq; oculos ad sub[illegible] porrectos ad carnis & mundi concupiscentiam depri[illegible] &

Immortalitas perseueranti datur.

Gen. 3.

Luc. 20.

& de terrena deponat. Prima sententia crescere & generare præcepit: secunda ad continentiam suasit. Cum adhuc rudis mundus & inanis est, copia fœcunditatis generante propagamur, & crescimus ad humani generis augmentum. Cum iam refertus est orbis, & mundus impletus, qui capere continentiam possunt spadonum more uiuentes castrantur ad regnum. Nec hoc iubet dominus, sed hortatur: nec iugum neceßitatis imponit, quando manet uoluntatis arbitrium liberum. Sed cum habitationes multas apud patrem suum esse dicat, melioris habitaculi hospitia demonstrat: habitacula ista meliora uos petitis, carnis desideria castrantes maioris gratiæ præmium in cœlestibus obtinetis. Omnes quidem qui ad diuinum munus & patrimonium baptismi sanctificatione perueniunt, hominem illic ueterem gratia lauacri salutaris exponunt, & innouati spiritu sancto à sordibus contagionis antiquæ, iterata natiuitate purgantur. Sed natiuitatis iteratæ uobis maior sanctitas & ueritas competit, quibus desideria iam carnis & corporis nulla sunt. Sola in uobis quæ sunt uirtutis & spiritus, ad gloriam remanserunt. Apostoli uox est, quem Dominus uas electionis suæ dixit, quem ad promenda mandata cœlestia Deus misit: Primus homo, inquit, de terræ limo: secundus de cœlo. Qualis ille è limo, tales & qui de limo: & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Quomodo portauimus imaginem eius qui de limo est, portemus & imaginem eius qui de cœlo est. Hanc imaginem uirginitas portat, portat integritas, portat sanctitas, portat & ueritas. Portant disciplinæ Dei memores, iustitiam cum religione retinentes, stabiles in fide humiles in timore, ad omnem tolerantiam fortes, ad sustinendam iniuriam mites, ad faciendam misericordiam faciles, fraterna pace unanimes atque concordes. Quæ uos

Continentiæ suadet Deus, non iubet.

1. Cor. 15.

Imaginis Dei portatores.

singula ô bonæ uirgines obseruare, diligere, implere
tis, quæ Deo & Christo uacantes ad Dominum cui
castis, & maiore & meliore parte præceditis. Pro
annis, iunioribus facite magisterium: minores nata
bete comparibus incitamentum: hortamentis uos
excitate, æmulis de uirtute documentis ad gloriam
cate. Durate fortiter, spiritualiter pergite, peruen
citer: tantum mementote tunc nostri, cum incipiet
uirginitas honorari.

TRACTATVS TERTIVS
DE SIMPLICITATE PRAELATORVM.

Tractatus beati Cypriani aduersus Nouatianũ schismat
ostẽdens præpositos ecclesiæ ad innocẽtiã simplices esse
tere, & cum simplicitate prudentes in præceptorũ obser
aduersus occultam hostis luctam, qui plus metuendus est
uendus cũ latenter obrepit, quàm cum se aduersariũ pro

Matth. 5. CVM moneat Dominus & dicat:
estis sal terræ: cumq; esse nos iube
innocentiam simplices, & tamen cum
plicitate prudentes, quid aliud fra
lectissimi, quàm prouidere nos co
& solicito corde uigilantes subdoli hostis insidias intro
re pariter & cauere, ne qui Christum sapientiam D
tris induimur, minus sapere in tuenda salute uide
Neq; enim persecutio sola metuenda est, & ea que
dis ac deijciendis Dei seruis aperta impugnatione
tur. Facilior cautio est, ubi manifesta formido est.
certamen animus antè præstruitur, quando se aduer

confitetur. Plus metuendus est & cauendus inimicus, cum
latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens occultis
accessibus serpit: unde & nomẽ serpentis accepit. Ea est eius *Serpens dictus diabolus.*
semper astutia, ea est circumueniendi hominis cæca & la-
tebrosa fallacia. Sic ab initio statim mundi fefellit: & uerbis
mendacibus blandiens, rudes animas incauta credulitate de-
cepit. Sic Dominum ipsum tentare conatus, quasi obrepe-
ret rursus & falleret, latenter accessit: intellectus tamen est
& retrusus, & ideo prostratus, quia agnitus atq; detectus.
Vnde nobis exemplum datum est, ueteris hominis uiam fu-
gere, uestigijs Christi uincentis insistere: ne denuo incauti
in mortis laqueum reuoluamur, sed ad periculum prouidi
accepta immortalitate potiamur. Immortalitate autem po-
tiri quomodo possumus, nisi ea à quibus mors expugna-
tur & uincitur, Christi mandata seruemus? ipso monente Matth. 9.
& dicente: Si uis ad uitam uenire, serua mandata. Et iterum: Ioan. 15.
Si feceritis quod mando uobis, iam non dico uos seruos,
sed amicos. Hos deniq; fortes dicit stabiles: hos super pe-
tram robusta mole fundatos: hos contra omnes tempestates
& turbines seculi immobili & inconcussa firmitate solida-
tos. Qui audit, inquit, uerba mea, & facit ea, similabo eum Matth. 7.
uiro sapiẽti, qui ædificauit domum suam super petram. De-
scendit pluuia, aduenerunt flumina, flauerunt uenti, & im-
pegerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim fuit
super petram. Verbis igitur eius insistere, quæcunq; & do-
cuit & fecit, discere & facere debemus. Cæterum credere se
in Christum quomodo dicit, qui non facit quod Christus fa
cere præcepit? aut unde perueniet ad præmium fidei, qui fi-
dem non uult seruare mãdati? Nutet necesse est & uagetur,
& spiritu erroris arreptus, uelut puluis quem uentus excu-
tit, uentiletur. Nec ambulando proficiet ad salutem, qui

salutaris uiæ non tenet ueritatem. Cauenda sunt autem
solum quæ sunt apertè manifesta, sed & astutæ fraudis
tilitate fallentia. Quid uerò astutius, quidue subtilius,
ut Christi aduentu detectus ac prostratus inimicus
quàm lux gentibus uenit, & hospitandis hominibus
lumen effulsit, ut surdi auditum spiritalis gratiæ
rent, aperirent ad Deum oculos suos cæci, infirmi
sanitate reualescerent, claudi ad ecclesiam currerent,
claris uocibus & precibus orarent) uidens idola
& per nimium credentium populum sedes suas
deserta, excogitauerit nouam fraudem, ut sub ipso
Insidiæ diaboli. ni nominis titulo fallat incautos? Hæreses inuenit &
mata, quibus subuerteret fidem, ueritatem corrumperet,
deret unitatem. Quos detinere non potest in uiæ
citate, circunscribit & decipit noui itineris errore.
de ipsa ecclesia homines, & dum sibi appropinquasse
lumini, atq; euasisse seculi noctem uidentur, alias
bus tenebras rursus infundit, ut cum Euangelio
cum obseruatione eius & lege non stantes, Christ
uocent, & ambulantes in tenebris, habere se
stiment, blandiente aduersario atq; fallente, qui
Apostoli uocem transfigurat se uelut angelum
ministros subornat suos uelut ministros
noctem pro die, interitum pro salute, desperationem
obtentu spei, perfidiam sub prætextu fidei, Antichristo
sub uocabulo Christi, ut dum ueri similia mentiuntur,
ritatem subtilitate frustrentur. Hoc eò fit fratres
mi dum ad ueritatis originem non reditur, nec
ritur, nec magistri cœlestis doctrina seruatur. Quæ
consideret & examinet, tractatu longo atque
tis opus non est. Probatio est ad fidem facilis

ritatis. Loquitur Dominus ad Petrum: Ego tibi dico, inquit, quia tu es Petrus, & super istam petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferorum non uincent eam. Tibi dabo claues regni cœlorum, & quæ ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cœlis. Et eidem post resurrectionem suam dicit: Pasce oues meas. Et quamuis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, & dicat: Sicut misit me pater, & ego mitto uos, accipite spiritum sanctum: Si cui remiseritis peccata, remittentur illi: si cui teneritis, tenebuntur: tamen ut unitatem manifestaret, unitatis eiusdem originem ab uno incipientem sua autoritate disposuit. Hoc erant utique & cæteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi & honoris & potestatis, sed exordium ab unitate proficiscitur, ut ecclesia una monstretur. Quam unam ecclesiam etiam in cantico canticorum spiritus sanctus ex persona Domini designat & dicit: Vna est columba mea, perfecta mea, una est matri suæ, electa genitrici suæ. Hanc ecclesiæ unitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? Qui ecclesiæ renititur & resistit, in ecclesia se esse confidit? quando & beatus Paulus Apostolus hoc doceat, & sacramentum unitatis ostendat, dicens: Vnum corpus & unus spiritus, una spes uocationis uestræ, unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus. Quam unitatem firmiter tenere & uindicare debemus, maximè episcopi qui in ecclesia præsidemus, ut episcopatum quoque ipsum unum atque indiuisum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei ueritatem perfida prævaricatione corrumpat. Episcopatus unus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia una est, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur: quomodo solis

Matth. 16.

Apostoli Petro pares.

Cantic. 6.

Ephes. 4.

Concordia.

Episcopatus unus.

Radij multi. Sol unus. Similitudinibus unitatem ecclesiæ probat.

multi radij, sed lumen unum & rami arboris multi, sed
bur unum tenaci radice fundatum. Et cum de fonte uno
ui plurimi defluunt, numerositas licet diffusa uideatur
dantis copiæ largitate, unitas tamen seruatur in origine
uelle radium solis à corpore, diuisionem lucis unitas
capit. Ab arbore frange ramum, fractus germinare
poterit. A' fonte præcide riuum, præcisus arescet: Sic
ecclesia Domini luce perfusa per orbem totum radios
porrigit, unum tamen lumen est, quod ubique diffunditur
nec unitas corporis separatur: ramos suos in uniuersam
ram copia ubertatis extendit: profluentes largiter
latius expandit, unum tamen caput est, & origo una, et
mater fœcunditatis successibus copiosa. Illius fœtu nascimur
illius lacte nutrimur, spiritu eius animamur. Adulterari
potest sponsa Christi: incorrupta est & pudica. Vnam
mum nouit, unius cubiculi sanctitatem casto pudore
dit. Hæc nos Deo seruat, hæc filios regno, quos gener
assignat. Quisquis ab ecclesia segregatus adulteræ iungitur
à promissis ecclesiæ separatur. Nec pertinet ad Christi
mia, qui relinquit ecclesiam Christi. Alienus est, profanus
est, hostis est. Habere iam non potest Deum patrem, qui
clesiam non habet matrem. Si potuit euadere, qui extra
cam Noë fuit: & qui extra ecclesiam foris fuerit, euadit.
net Dominus, & dicit: Qui non est mecum, aduersus me
& qui non mecum colligit, spargit. Qui pacem Christi
concordiam rumpit, aduersus Christum facit. Qui alibi
ter ecclesiam colligit, Christi ecclesiam spargit. Dicit
minus: Ego & pater unum sumus. Et iterum de patre
filio & spiritu sancto scriptum est: & tres unum sunt:
quisquam credit hanc unitatem de diuina firmitate uenientem
sacramentis cœlestibus cohærẽtem scindi in ecclesia posse
uolun

Arca Noë.

Matth. 12.

Ioan. 10.

uoluntatum collidentium diuortio separari? Hanc unitatem
qui non tenet, Dei legem non tenet: non tenet patris & filij
fidem, uitam non tenet & salutem. Hoc unitatis sacramen-
tum, hoc uinculum concordiæ inseparabiliter cohærentis
ostenditur, quando in Euangelio tunica Domini Iesu Chri-
sti non diuiditur omnino nec scinditur, sed sortiẽtibus de ue-
ste Christi, quis Christum potius indueret, integra uestis ac-
cipitur, incorrupta atque indiuidua tunica possidetur. Lo-
quitur ac dicit scriptura diuina: De tunica autem, quæ de
superiore parte non consutilis, sed per totum textilis fue-
rat, dixerunt ad inuicem: Non scindamus eam, sed sor-
tiamur de ea cuius sit. Vnitatem ille portabat de superio-
re parte uenientem, id est de cœlo & à patre uenientem,
quæ ab accipiente & possidente scindi omnino non pote-
rat, sed totam simul & solidam firmitatem inseparabili-
ter obtinebat. Possidere non potest indumentum Christi,
qui scindit & diuidit ecclesiam Christi. Contrà denique, cũ,
Salomone moriente, regnum eius & populus scindere-
tur, Achias propheta Ieroboam regi obuius factus in cam-
po, in duodecim scissuras uestimentum suum discidit, dicens:
Sume tibi decem scissuras, quia hæc dicit Dominus: Ecce scin
do regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem sceptra,
& duo sceptra erunt ei propter seruum meum Dauid, &
propter Hierusalem ciuitatem quam elegi, ut ponam meum
illic. Cum duodecim tribus Israël scinderentur, uestimentum
suum propheta Achias scidit. At uero quia Christi populus
non potest scindi, tunica eius per totum textilis & cohærẽs,
diuisa à possidentibus non est. Indiuidua, copulata, conne-
xa ostendit populi nostri (qui Christum induimus)
concordiam cohærentem. Sacramento uestis declara-
uit ecclesiæ unitatem. Quis ergo sic est sceleratus & perfi-
dus,

Ioan. 19.

3. Reg. 11.

dus, quis sic discordiæ furore uesanus, ut credat scindi posse
aut audeat scindere unitatem Dei? uestem Domini ecclesiam
Ioan. 10. Christi? Monet ipse in Euangelio suo, & docet, dicens:
erit unus grex & unus pastor. Et esse posse uno in loco
quis existimat, aut multos pastores, au plures greges
stolus item Paulus hanc eandem nobis insinuans unitatem
1. Cor. 1. obsecrat & hortatur, dicens: Obsecro uos, inquit, fratres
nomen Domini nostri IESV Christi, ut id ipsum dicatis
mnes, & non sint in uobis schismata. Sitis autem compositi
eodem sensu, & in eadem sententia. Et iterum dicit: Sup
tes inuicem in dilectione, satis agentes seruare unitatem
tus in coniunctione pacis. Stare tu et uiuere putas posse
clesia recedentem? sedes sibi alias & diuersa domicilia
dentem? cum dictum sit ad Raab, in qua præformabatur
Iosue 2. clesia: Patrem tuum, & matrem tuam, & fratres tuos,
tam domum patris tui colliges ad te ipsam in domum
& erit, omnis qui exierit ostium domus tuæ foras, reus
Item sacramentum pascha non aliud Exodi lege continet
quàm ut agnus, qui in figura Christi occiditur, in domo
edatur. Loquitur Deus dicens: In domo una comedetur
eijcietis de domo carnem foras. Caro Christi & sanctus
mini eijci foras non potest, nec alia ulla credentibus
ter unam ecclesiam domus est. Hanc domum, hoc unanimem
Psal. 67. tis hospitium designat & denuntiat spiritus sanctus in
mis, dicens: Deus qui inhabitare facit unanimes in domo
Columba ecclesia. domo Dei, in Ecclesia Christi unanimes habitant, concordes
& simplices perseuerant. Idcirco & in columba uenit
ritus sanctus simplex animal & lætum, non felle amaro
non morsibus sæuum, non unguium laceratione uiolentum
tum: hospitia humana dirigere, unius domus consortia
cum generant, simul filios edere, cum commeant, uolatibus

inuicem cohærere, communi conuersatione uitam suam de-
gere, oris osculo concordiam pacis agnoscere, legem circa
omnia unanimitatis implere. Hæc est in ecclesia noscēda sim
plicitas, hæc charitas obtinēda, ut columbas dilectio frater-
nitatis imitetur, ut mansuetudo & lenitas agnis & ouibus
æquetur. Quid facit in pectore Christiano luporum feritas?
& canum rabies? & uenenum letale serpentum? & cruen-
ta sæuitia bestiarum? Gratulandum est, cum tales de eccle-
sia separantur, ne columbas, ne oues Christi sæua sua & ue
nenata contagione prædentur. Cohærere & coniungi non
potest amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, plu- ἐναντιώσεις.
uia cum serenitate, pugna cum pace, cum fœcunditate ste-
rilitas, cum fontibus siccitas, cum tranquillitate tempe-
stas. Nemo æstimet bonos de ecclesia posse discedere. Tri-
ticum non rapit uentus, nec arborem solida radice funda-
tam procella subuertit. Inanes paleæ tempestate iactantur,
infirmæ arbores turbinis incursione euertuntur. Hos exe-
cratur, & percutit Ioannes Apostolus, dicens: Ex nobis
exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis,
manssissent nobiscum. Hinc hæreses & factæ sunt frequen-
ter, & fiunt, dum peruersa mens non habet pacem, dum
perfidia discordans non tenet unitatem. Fieri uerò hæc Do-
minus permittit & patitur, manente propriæ libertatis
arbitrio, ut dum corda & mentes nostras ueritatis discri-
men examinat, probatorum fides integra, manifesta luce cla
rescat. Per Apostolum prænonet spiritus sanctus & dicit,
Oportet & hæreses esse, ut probati manifesti sint in uobis.
Sic probantur fideles, sic perfidi deteguntur, sic & ante
iudicij diem hic quoque iam iustorum atque iniustorum a-
nimæ diuiduntur, & à frumento paleæ separantur. Hi sunt
qui se ultro apud temerarios conuenas sine diuina dispositio

ne

ne præficiunt, qui se præpositos sine ulla ordinationis
constituunt, qui nemine episcopatum dante, episcopi sibi
men assumunt. Quos designat in psalmis spiritus sanctus,
Psal.1. dentes in pestilentiæ cathedra pestes & lues fidei, serp
tis ore fallentes, & corrumpendæ ueritatis artifices,
na letalia linguis pestiferis euomentes. Quorum serm
cancer, serpit, quorum tactus pectoribus & cordibus
lorum mortale uirus infundit. Contra eiusmodi clama
minus, ab his refrænat & reuocat errantem plebem
am, dicens: Nolite audire sermones pseudoprophetæ
quoniam uisiones cordis eorum frustrantur eos. Lo
tur, sed non ab ore Domini. Dicunt eis, qui abijciunt
bum Dei: Pax erit uobis, & omnibus ambulantibus in
luntatibus suis. Omnis qui ambulat in errore cordis sui,
uenient super eum mala. Non loquutus sum ad eos, &
prophetauerunt. Si stetissent in substantia mea, & audis
uerba mea, & sic docuissent populum meum, conuerti
eos à malis cogitationibus eorum. Hos eosdem denuò D
nus designat & denotat, dicens: Me dereliquerunt fon
Baptisma unũ. aquæ uiuæ, & effoderunt sibi lacus detritos, qui non
Ephes.4. sunt aquam portare. Quum aliud baptisma præter
esse non possit, baptizare posse se opinantur. Vitæ fonte
serto, uitalis & salutaris aquæ gratiam pollicentur. Non
luuntur illic homines, sed potius sordidantur: nec purgan
delicta, sed imò cumulantur. Non Deo natiuitas illa, sed
bolo filios generat. Per mendacium nati, ueritatis prom
non capiunt. De perfidia procreati, fidei gratiam perdu
Ad pacis præmium uenire non possunt, qui pacem Dom
discordiæ furore ruperunt. Nec se quidam uana interpre
Matth.18. tione decipiant, quòd dixerit Dominus, Vbicunque fuer
duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum illis sum. C
rup

ruptores Euangelij atque interpretes falsi extrema ponunt
& superiora prætereunt, partim memores, & partim sub-
dole corrumpentes. Vt ipsi ab ecclesia sciſsi sunt, ita capitu-
li unius sententiam scindunt. Dominus enim cum discipulis
suis unanimitatem suaderet & pacem: Dico, inquit, uobis, Matth.18.
quoniam si duobus ex uobis conuenerit in terra de omni re
quancunque petieritis, continget uobis à patre meo, qui in
cœlis est. Vbicunque fuerint duo aut tres collecti in nomi- *Vnanimitati plurimum tribuendum.*
ne meo, ego cum eis sum: ostendens non multitudini, sed
unanimitati deprecantium plurimum tribui. Si duobus, in-
quit, ex uobis conuenerit in terra, unanimitatem prius po-
fuit, concordiam pacis antè præmisit, ut conueniat nobis fi-
deliter & firmiter docuit. Quomodo autem potest ei cum
aliquo conuenire, cui cum corpore ipsius ecclesiæ & cum
uniuersa fraternitate non conuenit? Quomodo possunt duo
aut tres in nomine Christi colligi, quos constat à Christo et
ab eius Euangelio separari? non enim nos ab illis, sed illi
à nobis recesserunt. Et cum hæreses & schismata postmodũ
nata sint dum conuenticula sibi diuersa constituunt, ueritatis
caput atque originem reliquerunt. Dominus autem de eccle
sia sua loquitur, ad hos qui sunt in ecclesia loquitur, ut si
ipsi concordes fuerint, si secundum quod mandauit & mo-
uit, duo aut tres licet, collecti unanimiter orauerint, duo
aut tres licet sint, impetrare possint de Dei maiestate quod
postulant: Vbicunque fuerint duo aut tres collecti in no-
mine meo, ego, inquit, cum eis sum, cum simplicibus sci-
licet atque pacatis, cum Deum timentibus, & Dei præ-
cepta seruantibus. Cum his duobus uel tribus licet, esse se Daniel.3.
dixit: quomodo & cum tribus pueris in camino ignis fuit,
& quia in Deum simplices, atque inter se unanimes
permanebant, flammis ambientibus medios spiritu roris
animau

Actuum 5. animauit. Quomodo Apostolis duobus in custodia clo-
quia simplices, quia unanimes erant, ipse affuit, ipse vinc-
carceris claustris, ut uerbum quod fideliter prædicar-
multitudini traderent, ad forum rursus imposuit. Qu-
ergo in præceptis suis ponit & dicit: Vbi fuerint duo
tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum: non ho-
nes ab ecclesia diuidit, qui instituit & fecit ecclesiam
exprobrans discordiam perfidis, & fidelibus pacem
ce commendans, ostendit magis esse secum duobus a-
bus unanimiter orantibus, quàm cum dissidẽtibus plu-
plusq; impetrari posse paucorum cõcordi prece, quam
cordi oratione multorum. Ideo & cum orandi lege
Mar.11. ret, addidit, dicens: Et cum steteritis ad orationem, re-
te si quid habebitis aduersus aliquem, ut et pater uest-
in cœlis est, remittat uobis peccata. Et ad sacrificium
dissensione uenientem reuocat ab altari, & iubet prius
cordare cum fratre, tunc cum pace redeuntem D-
munus offerre, quia nec ad Cain munera respexit D-
Neque enim habere pacatum Deum poterat, qui cum
tre pacem per zeli discordiam non habebat. Quam
igitur pacem promittunt inimici fratrum? quæ sacrifi-
lebrare se credunt æmuli sacerdotum? an secum esse C-
stum cum collecti fuerint opinantur, qui extra Chri-
ecclesiam colliguntur? Tales etiam si occisi in confes-
nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. In
piabilis & grauis culpa discordiæ nec passione pu-
gatur. Esse martyr non potest, qui in ecclesia non
regnum peruenire non poterit, qui eam quæ regnatu-
derelinquit. Pacem nobis Christus dedit: concordes &
unanimes esse præcepit: dilectionis & charitatis sed
incorrupta atque inuiolata seruari mandauit: exhi-

se non potest martyrem, qui fraternam non tenuit charita- *Ne martyr quidem absq; charitate.*
tem. Docet hoc & contestatur Paulus apostolus dicens: Et
si habuero fidem ita ut montes transferam, charitatem au- 1.Cor.13.
tem non habeam, nihil sum. Et si in cibos pauperum distri-
buero omnia mea, & si tradidero corpus meum ut ardeam,
charitatem autem non habeam, nihil proficio. Charitas ma-
gnanima est, charitas benigna est, charitas non æmulatur,
non inflatur, non irritatur, non agit perperam, non cogitat
malum. Omnia diligit, omnia credit, omnia sperat, omnia su-
stinet: charitas nunquàm excidit. Nunquàm, inquit, chari-
tas excidit: hæc enim semper in regno erit, hæc in æternum
fraternitatis sibi cohærentis unitate durabit. Ad regnum
cœlorum non potest peruenire discordia, nec ad præmia
Christi, qui dixit: Hoc est mandatum meum, ut diligatis in- Ioan.15.
uicem quemadmodum dilexi uos. Pertingere non poterit ad
præmium Christi; qui dilectionem Christi perfida dissen-
sione uiolauit. Qui charitatem non habet, Deum non habet. 1.Ioan.4.
Ioannis beati apostoli uox est: Deus, inquit, dilectio est, &
qui in dilectione manet, manet in Deo, & Deus in illo ma-
net. Cum Deo manere non possunt, qui esse in ecclesia Dei
unanimes noluerunt, ardeant licet flammis, & ignibus tra-
diti, uel obiecti bestijs animas suas ponant, non erit illa fidei
corona, sed pœna perfidiæ, nec religiosæ uirtutis exitus
gloriosus, sed desperationis interitus. Occidi talis potest, co-
ronari non potest. Sic se Christianum esse profitetur, quo-
modo & Christum diabolus sæpe mentitur, ipso Domino Mar.13.
præmonente & dicente: Multi uenient in nomine meo, di-
centes: Ego sum Christus, & multos fallent. Sicut ille Chri-
stus non est, quamuis fallat in nomine illius: ita nec Chri-
stianus uideri potest, qui non permanet in Euangelij eius &
fidei ueritate. Nam & prophetare, & demonia excludere,

& uirtutes magnas in terris facere, sublimis utiq; & mirabilis res est. Non tamen regnum cœleste conse-
quisquis in his omnibus inuenitur, nisi recti & iusti
obseruatione gradiatur. Denuntiat Dominus & dicit
Matth.7. ti dicent mihi in illo die: Domine domine, non ne in
mine prophetauimus? & in tuo nomine dæmonia ex-
mus? & in nomine tuo uirtutes magnas fecimus? Et
cam illis: Nunquàm uos cognoui: recedite à me, qui
mini iniquitatem. Iustitia opus est, ut promereri
Deum iudicem. Præceptis eius & monitis obtempe
est, ut accipiant merita nostra mercedem. Dominus
gelio, cum spei & fidei nostræ uiam compendio
dirigeret: Dominus Deus tuus, inquit, unus est. &
Matth.22. Dominum Deum tuum de toto corde tuo, & de
tua, & de tota uirtute tua. Hoc primum, & secun
le huic: Diliges proximum tuum tanquam te. In
præceptis tota lex pendet & prophetæ. Vnitatem
& dilectionem magisterio suo docuit, prophetas
legem præceptis duobus inclusit. Quam uerò
Copia. uat, quam dilectionem custodit, aut cogitat, qui
furore uesanus ecclesiam scindit, fidem destruit, pa
bat, charitatem dissipat, sacramentum profanat?
hoc fidelissimi fratres iam pridem cœperat, sed
eiusdem mali infesta clades, & surgere & pullulare
cœpit hæreticæ peruersitatis et schismatum uenena
cies: quia & sic in occasum mundi oportebat, præ
te per Apostolum nobis & præmonente spiritu
2.Tim.3. nouissimis, inquit, diebus aderunt tempora molesta.
χαλεπά. homines sibi placentes, superbi, tumidi, cupidi, blas
parentibus inobedientes, ingrati, impij, sine affec
fœdere, delatores, incontinentes, immites, bonum

tes, proditores, procaces, stupore inflati, uoluptates magis
quàm Deum diligentes, habentes deformationem religio-
nis, uirtutem autem eius abnegantes. Ex ijs sunt qui repunt
in domos uiduarum, & prædantur mulierculas oneratas
peccatis, quæ ducuntur uarijs desiderijs, semper discentes,
& nunquàm ad scientiam ueritatis peruenientes. Et quo-
modo Iamnes & Mambres restiterunt Moysi, sic & hi re-
sistunt ueritati, sed ultrà non proficient plurimum. Imperi-
tia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum
fuit. Adimplentur quæcũq; prædicta sunt, et appropinquan-
te seculi fine hominum pariter ac temporũ probatione ue-
nerunt. Magis ac magis aduersario sæuiente error fallit, ex-
tollit stupor, liuor incendit, cupiditas excæcat, deprauat im-
pietas, superbia inflat, discordia exasperat, ira præcipitat.
Non tamen nos moueat aut turbet multorũ nimia & abru
pta perfidia, sed potius fidem nostram prænunciante rei ue-
ritate corroboret. Vt quidam tales cœperunt, quia hæc antè
prædicta sunt: ita cæteri fratres ab eiusmodi caueãt, quia &
hæc antè prædicta sunt instruente Domino & dicente: Vos Marci 13.
autem cauete, ecce prædixi uobis omnia. Vitate quæso uos
eiusmodi homines, & à latere, atq; auribus uestris perni-
ciosa colloquia uelut cõtagium mortis arcete, sicut scriptum
est: Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequã. Et Eccl.28.
iterum: Corrumpunt ingenia bona cõfabulationes peßimæ. 1.Cor.15.
Docet Dominus & admonet à talibus recedendum. Cæci Matth.15.
sunt, inquit, & duces cæcorum. Cæcus autem cæcum ducens
ambo in foueã cadent. Auersandus talis atq; fugiendus quis-
quis fuerit ab ecclesia separatus. Peruersus est huiusmodi, &
peccat, & à semetipso damnatus. An esse sibi cum Christo
uidetur, qui aduersus sacerdotes Christi facit? qui se à cleri
eius uel plebis societate secernit? Arma ille contra ecclesiam

portat, contra Dei dispositionem repugnat: hostis altar
aduersus sacrificium Christi rebellis, pro fide perfidus,
religione sacrilegus, inobsequens seruus, filius impius, sa
inimicus: contemptis episcopis & Dei sacerdotibus alt
ctis constituere audet aliud altare, precem alteram illi
uocibus facere, dominicæ hostiæ ueritatem per falsa sac
cia profanare, nec scire quoniam qui contra ordinatio
Dei nititur, ob temeritatis audaciam diuina animaduer
Nume.16. punitur. Sic Chore & Dathan & Abiron, qui sibi co
Moysen & Aaron sacerdotem sacrificantes licentiam
dicare conati sunt, pœnas statim pro suis conatibus pe
runt. Tertia compagibus ruptis in profundum sinũ
stantes atq; uiuentes recedentis soli hiatus absorbuit.
tantum eos qui autores fuerant, Dei indignantis ira per
sit, sed & cæteros ducẽtos quinquaginta participes c
furoris & comites: qui coagulati cum ijsdem simul ad
daciam fuerant, exiens à Domino ignis properans ab
consumpsit, admonẽs scilicet & ostendens contra Dei
ri, quicquid improbi fuerint ad destruendam ordinatio
Dei humana uoluntate conati. Sic & Ozias rex, cum
2.Paral. 26. bulum ferens, & contra legem Dei sacrificiũ sibi uin
4.Reg.5. assumens, resistẽte sibi Azaria sacerdote, obtẽperare
& cedere, diuina indignatione confusus, & lepra
in fronte maculatus est, ea parte corporis notatus, q
Domino, ubi signantur, qui Dominum promerentur. Et
Aaron filij extincti. Aaron, qui imposuerunt altari ignem alienũ, quem non
ceperat Dominus, in conspectu statim D
Leuit.10. extincti sunt: quos imitantur scilicet atq; sectantur, q
traditione contempta alienas doctrinas appetunt, &
steria humanæ institutionis inducunt, quos increpat D
Marci 7. nus & obiurgat in Euangelio suo, dicens: Reijcitis m

tum Dei, ut traditionem uestram statuatis: peius hoc crimen
est, quàm quod admisisse lapsi uidentur, qui tamen in pœni-
tentia criminis constituti, Deum plenis satisfactionibus de-
precantur. Hic ecclesia quæritur & rogatur: illic ecclesia
repugnatur. Hic potest necessitas fuisse: illic uoluntas tenetur
in scelere. Hic qui lapsus est, sibi tantum nocuit: illic qui hæ-
resim uel schisma facere conatus est, multos secum trahendo
decepit. Hic animæ unius est damnum: illic periculum pluri-
morum. Certe peccasse se, hic & intelligit & lamẽtatur &
plangit: ille tumens in peccato suo, & in ipsis suis delictis
placens, à matre filios segregat, oues à pastore solicitat, Dei
sacramenta disturbat. Et cum lapsus semel peccauerit, ille *als, postmo
quotidie peccat. Postremò lapsus, martyrium* primitionem dum
consecutus potest regni promissa percipere: ille si extra ec-
clesiam fuerit occisus, ad ecclesiæ non potest præmia perue
nire. Nec quisquam miretur dilectissimi fratres etiã de con-
fessoribus quosdã ad ista procedere, inde quoq; aliquos tam
nefanda quam grauia peccare. Neq; enim confessio immu-
nem facit ab insidijs diaboli, aut contra tentationes, & peri-
cula, & incursus atq; impetus seculares ad hoc in seculo po
situm, perpetua securitate defendit: cæterum nunquàm in
confessoribus fraudes & stupra, & adulteria postmodum
uidereimus, quæ nunc in quibusdam uidentes ingemiscimus
& dolemus. Quisquis ille confessor est, Salomone maior, aut
melior, aut charior non est, qui tamen quandiu in uijs Do-
mini ambulauit, tandiu gratiam, quam de Domino fuerat
consecutus, obtinuit. Postquàm dereliquit Domini uiã, per-
didit & gratiam Domini. Et ideo scriptum est: Tene quod
habes, ne alius accipiat coronam tuam. Quod utiq; Domi-
nus non minaretur auferri posse coronam iustitiæ, nisi quid Confessio glo-
recedente iustitia recedat necesse est & corona. Confessio riæ exordium.

exordium gloriæ est, non meritum coronæ, nec perfectio
Matth.10. dem, sed initiat dignitatem, cumq; scriptum sit: Qui p
uerauerit usq; in finem, is saluus erit: quicquid ante
fuerit, gradus est, quo ad fastigium salutis ascenditur.
Confessor. terminus, quo iam culminis summa teneatur. Confessor
sed post confessionem periculum maius est, quia plus
sarius prouocatus est. Confessor est, hoc magis stare
cum Domini Euangelio, per Euangelium gloriam
cutus à Domino. Cui multum datur, multum quæretur
co: & cui plus dignitatis adscribitur, plus de illo exig
seruitutis. Nemo per confessoris exemplum pereat. N
iniustitiam, nemo insolentiam, nemo perfidiam de consi
ris moribus discat. Confessor est, sit humilis & quietus
in actu suo cum disciplina modestus, ut qui Christi confe
Luc.18. dicitur, Christum quem confitetur imitetur. Nam cum
cat ille: Qui se extollit humiliabitur, & qui humiliat se
altabitur: & ipse à patre exaltatus sit, quia se in terris
mo & uirtus, & sapientia Dei patris humiliauit, quæ
potest extollentiam diligere, qui & nobis humilitatem
lege mandauit, & ipse à patre amplissimum nomē pro
humilitatis accepit? Confessor est Christi, sed si non
blasphemetur maiestas & dignitas Christi. Lingua C
stum confessa non sit maledica, non sit turbulenta, non
uicijs & litibus perstrepens audiatur: non contra fra
& Dei sacerdotes post uerba laudis serpentis uenena
letur. Cæterum si culpabilis & detestabilis postmodum
rit, si confessionem suam mala conuersatione prodider
uitam suam turpi fœditate maculauerit, si ecclesiam de
ubi confessor factus est, derelinquens & unitatis cōcor
scindens, fidem primam perfidia posteriore mutauerit
diri sibi per confessionem non potest quasi electus ad

premium, quum ex hoc ipso magis creuerint merita præ-
narum. Nam & Iudam inter Apostolos Dominus elegit,
& tamen Iudas dominum postmodum prodidit. Non tamen
idcirco Apostolorum fides & firmitas cecidit, quia prodi-
tor Iudas ab eorum societate defecit: sic & hic non statim Iudas proditor.
confessorum sanctitas, & dignitas comminuta est, quia quo-
rundam fides fracta est. Beatus Apostolus loquitur in epi-
stola sua, dicens: Quid enim si exciderunt à fide quidam il-
lorum, nunquid infidelitas illorum fidem euacuauit? absit. Rom.3.
Est enim Deus uerax, omnis autem homo mendax. Stat con
fessorum pars maior & melior in fidei suæ robore, & in
legis ac disciplinæ dominicæ ueritate. Nec ab ecclesiæ pace
discedunt, qui se in ecclesia gratiam consecutos de Dei di-
gnatione meminerunt, atqui hoc ipso ampliorem conse-
quuntur fidei suæ laudem, quòd ab eorum perfidia segre-
gati, qui iuncti confessionis consortio fuerunt, à contagio
criminis recesserunt, uero illuminati Euangelij lumine, pu-
ra & candida Domini luce radiati, tam sunt in conseruanda
Christi pace laudabiles, quàm fuerunt in diaboli cōgressio-
ne uictores. Opto equidem dilectissimi fratres & consulo
pariter & suadeo, ut si fieri potest, nemo de fratribus per-
eat, & consentientis populi corpus unum gremio suo gau-
dens mater includat. Si tamen quosdam schismatum duces,
& dissensionis autores, in cæca & obstinata dementia
permanentes, non potuerit ad salutis uiam consilium sa-
lubre reuocare: cæteri tamen uel simplicitate capti, uel er-
rore inducti, uel aliqua fallentis astutiæ calliditate decepti,
à fallaciæ uos laqueis soluite, uagantes gressus ab errori-
bus liberate, iter rectum uiæ cœlestis agnoscite. Conte- 2. Thessa.3.
stantis Apostoli uox est: Præcipimus uobis, inquit, in no-
mine Domini IESV Christi, ut recedatis ab omnibus

fratribus ambulantibus inordinatè, & non secundum
ditionem quam acceperunt à nobis. Et iterum dicit: No
Ephes.5. uos decipiat inanibus uerbis. Propterea enim uenit ira
super filios contumaciæ. Nolite ergo esse participes eo
Recedendum est à delinquentibus, uel imò fugiendum
dum quis male ambulãtibus iungitur, & per itinera
ris & criminis graditur, à uia ueri itineris exerrans,
Vnitas. crimine & ipse tenetur. Vnus Deus est & Christus
ecclesia eius una, fides una, & plebs in solidam corp
unitatem concordiæ glutino copulata. Scindi unitas non
test, nec corpus unum dißidio compaginis separari, dis
laceratione uisceribus in frusta discerpi. Quicquid à ma
ce discesserit, seorsum uiuere & spirare non poterit, fug
Psal.33. tiam salutis amittit. Monet nos spiritus sanctus &
Quis est homo qui uult uitam, & amat uidere dies opti
Contine linguam tuam à malo, & labia tua ne loqua
insidiose. Declina à malo & fac bonum, quære pacem
Pax quærenda. sequere eam. Pacem quærere debet & sequi filius pac
dissensionis malo continere linguam suam debet, qui
& diligit uinculum charitatis. Inter sua diuina manda
magisteria salutaria passioni iam proximus Dominus
Ioan.14. dit, dicens: Pacem dimitto uobis, pacem meam do
Hanc nobis hæreditatẽ dedit, dona omnia suæ pollicitat
& præmia in pacis conseruatione promisit. Si cohæ
Christi sumus, in Christi pace maneamus. Si filij Dei
Matth.5. pacifici esse debemus. Beati, inquit, pacifici, quoniam
lij Dei uocabuntur. Pacificos esse oportet Dei filios,
mutes, sermone simplices, affectione concordes, fideliter
unanimitatis nexibus cohærentes. Hæc unanimitas sub
stolis olim fuit. Sic nouus credentium populus Domi
data custodiens charitatem suam tenuit, probat scrip

quæ dicit: Turba autẽ eorum qui crediderant, anima et men
te una agebant. & iterum: Et erant perseuerantes unani- Act.4.
mes in oratione cum mulieribus, & Maria quæ fuerat ma- Act.1.
ter Iesu, & fratribus eius. Et ideo efficacibus precibus ora
bant, ideo impetrare cum fiducia poterant quodcunque de
Domini misericordia postulabant. In nobis uerò sic unani- Taxat auari-
mitas diminuta est, ut & largitas operationis infracta est. tiam.
Domos tunc & fundos uenundabant, & thesauros sibi in
cœlo reponentes, distribuenda in usus indigentium pretia a-
postolis offerebant. At nunc de patrimonio nec decimas da-
mus, & cum uendere iubeat Dominus, emimus potius &
augemus. Sic in nobis emarcuit uigor fidei, sic credentium
robur clanguit. Et idcirco Dominus tempora nostra respi-
ciens in Euangelio suo dicit: Filius hominis cum uenerit, pu Luc.18.
tas inueniet fidem in terra? Videmus fieri quod ille prædi- Fides rara.
xit. In Dei timore, in lege iustitiæ, in dilectione, in opere fi-
des nulla est. Nemo futurorum metum cogitat, diem Domi-
ni, & iram Dei, & incredulis uentura supplicia, & statuta
perfidis æterna tormenta nemo considerat. Quod metue-
ret conscientia nostra si crederet, quia non credit omnino,
nec metuit. Si autem crederet, & caueret. Si caueret, euade- Vigilãdum est.
ret. Excitemus nos quantum possumus dilectiß mi fratres,
& somno inertiæ ueteris abrupto, ad obseruanda & geren
da Domini præcepta uigilemus. Simus tales quales esse nos
ipse præcepit dicens: Sint lumbi uestri accincti, et lucernæ ar Luc.12.
dentes, & uos simules hominibus expectantibus Dominũ suũ
quando ueniat à nuptijs, ut cum uenerit & pulsauerit, ape-
riant ei. Beati serui illi, quos aduenies Dominus inuenerit ui
gilates. Accinctos nos esse oportet, ne cũ expeditionis dies
uenerit, impeditos & implicitos apprehendat. Luceat in bo
nis operibus nostrũ lumen & fulgeat, ut ipsum nos ad lucẽ

claritatis æternæ de hac seculi nocte perducat. Expectet
soliciti semper & cauti aduentum Domini repentinum
quando ille pulsauerit, euigilet fides nostra uigilantia p
mium de Domino receptura. Si hæc mandata seruentur
hæc monita & præcepta teneantur, opprimi dormi
diabolo fallente non possumus. Serui uigiles Christo d
nante regnabimus.

TRACTATVS QVARTVS

De Idolorum uanitate.

Tractatus quartus beati Cypriani, quòd idola dii non sint
ab his regna defendi, quæ acceptum tempus certo fine
unt, & unum uerum Deum esse & Dominum omnium, q
Christiani colunt.

Idololatriæ origo.

QVòd idola dij non sint, & quòd unus D
sit, & quòd credentibus datum sit,
non esse quos colit uulgus, hinc nota
Reges olim fuerunt qui ob regalem
moriam coli apud suos postmodum
in morte cœperunt: inde illis instituta templa, inde
functorum uultus per imaginem detinendos expressi
lacra. Nam & immolebant hostias, & dies festos
nores celebrabant: Inde posteris facta sunt sacra, quæ
tus fuerant assumpta solatia. Nam ut uideamus an fict
apud singulos, ueritas, Melicertes & Leucothea
tantur in maria, & fiunt postmodum maris numina. C
& Pollux alternis moriuntur, ut uiuant. Aesculapius
Deũ resurgat, fulminatur. Hercules ut hominem exu
teis ignibus cõcrematur. Apollo Admeti pecora pasc
medonti muros Neptunus instituit, nec mercedem op
felix structor accepit. Antrum Iouis in creta ui
pulcrum eius ostenditur, & ab eo Saturnum fugat

Melicertes.
Leucothea.
Castor.
Pollux.
Aesculapius.
Hercules.
Apollo.
Neptunus.
Saturnus falcifer.
Iupiter.

manifestum est: Inde Latium de latebra eius nomen accepit.
Hic literas imprimere, hic si gnare nũmos in Italia primus *Latium.*
instituit, unde ærariũ Saturni uocitatur. Nam & rusticita-
tis hic cultor fuit, inde ferens falcem pingitur: hunc fuga-
tum hospitio Ianus excepit, de cuius nomine Ianiculum di- *Ianus bifrons.*
ctum est, & mensis Ianuarius institutus est: Ipse bifrons ex-
primitur, quòd in medio constitutus annum incipientem pa-
riter & recedentem spectare uideatur. Mauri uerò manife- *Mauri regum suorum cultores.*
ste reges colunt, nec ullo uelamento hoc nomen obtexunt: In
de per gentes & prouincias singulas uaria deorum religio
mutatur, dum non unus ab omnibus Deus colitur, sed pro-
pria cuique maiorum suorum cultura seruatur: hoc ita esse
Alexander magnus insigni uolumine ad matrem suam scri- *Alexander.*
bit, metu suæ potestatis proditũ * sibi à pijs hominibus, à sa- * al's dijs
cerdote secretum, quòd maiorum regum memoria seruata
fit, inde colendi & sacrificandi ritus inoleuerit. Si autem ali
quando dij nati sunt, cur non hodie quoque nascuntur? nisi
forte Iupiter senuit, aut partus in Iunone defecit. Cur uerò
deos putas pro Romanis posse, quos sæpius uideas nihil pro *Dij Romanorum.*
suis aduersus eorum arma ualuisse? Romanorum autem uer- *Romulus.*
naculos Deos nouimus: est Romulus pcierante Proculo *Picus.*
Deus factus, & Picus, & Tyberinus, & Pilumnus, & Con- *Tyberinus.*
sus, quem Deum fraudis, uelut cõsiliorum Deũ coli Romu- *Consus.*
lus uoluit, postquàm in raptum Sabinarum perfidia peruc- *Cloacina.*
nit. Deam quoque Cloacinam Tatius adinuenit & coluit, *Pauor.*
Pauorem Hostilius atque Pallorem, mox à nescio quo Fe- *Febris.*
bris dedicata, & Acca & Flora meretrices, hi dij Roma- *Acca.*
ni. Cæterum Mars Thracius, & Iupiter Creticus, & Iu- *Flora.*
no uel Argiua, uel Samia, uel Pœna, & Diana Taurica, & *Mars.*
Deorũ mater Idea, & Aegyptia portenta non numina, quæ *Iupiter.*
utique si quid potestatis habuissent, sua ac suorum regna ser- *Iuno.*
uassent, *Diana.* *Idea.*

uassent. Planè sunt apud Romanos & uicti penates,
Aeneas profugus aduexit. Est & Venus calua, mul
turpius calua, quàm apud Homerum uulnerata. Reg
tem non merito accidunt, sed forte uariantur. Cæter
perium antè tenuerunt & Assyrij, & Persæ: & Grae
Aegyptios regnasse cognouimus. Ita uicibus potestat
manis quoq; ut & cæteris imperandi tempus obuen
terum si ad originem redeas, erubescas. Populus de
tis & nocentibus congregatur, & asylo constituto
merum impunitas criminum. Nunc ut rex ipse princ
habeat ad crima, fit Romulus parricida. Atq; ut mu
nium faciat, rem concordiæ per discordiam auspicatur.
piunt, ferociunt, fallunt ad copiam ciuitatis augendam.
ptiæ sunt illis rupta hospitij fœdera, et cum soceris bell
delia. Est & gradus summus in Romanis honoribus co
latus. Sic consulatum cœpisse uidemus ut regnum. Filio
terfecit Brutus, ut crescat de suffragio sceleris comm
tio dignitatis. Non ergo de religionibus sanctis, nec d
spicijs, aut augurijs Romana regna creuerũt, sed acce
tempus certo fine custodiunt. Cæterum & Regulus
eta seruauit, & captus est: & Mancinus religionem
& sub iugum missus est. Pullos edaces habuit Paulus
tamen apud Cannas cæsus est. C. Cæsar ne ante brum
Africam nauigia transmitteret, augurijs & auspicijs
nentibus spreuit, cò facilius & negauit & uicit. Horum
tem omnium ratio est illa quæ fallit & decipit, & p
stigijs cæcantibus ueritatem, stultum & prodigum
inducit. Spiritus insynceri & uagi, qui posteaquam terr
uitijs immersi sunt & à uigore cœlesti, terreno co
recesserunt, non desinunt perditi perdere, & depra
ti errorem prauitatis infundere. Hos & poëtæ dæmoni

Imperij uicissitudo.

Asylum.

* al's, ciuilia

Consulatus.

Regulus.
Mancinus.
Paulus.
Cæsar.

runt, & Socrates instrui se, & regi ad arbitrium dæmonis
prædicabat, & magis inde est ad pernicioſa uel ludicra po-
tentatus, quorum tamen præcipuus Sosthenes formam ueri
Dei negat conspici posse, & angelos ueros sedi eius dicit as
sistere. In quo & Plato pari ratione consentit, & unum
Deum seruans, cæteros angelos uel dæmonas dicit. Hermes
quoq; Trismegistus unum Deum loquitur, eumq; incom-
prehensibilem atq; inæstimabilem confitetur. Hi ergo spiri-
tus sub statuis atque imaginibus* consecratis delitescunt. Hi
afflatu suo uatum pectora inspirant, extorum fibras ani-
mant, auium uolatus gubernant, sortes regunt, oracula effi-
ciunt, falsa ueris semper inuoluunt. Nam & falluntur & fal
lunt, idem turbant, somnos inquietant, irrepentes etiam spi-
ritus corporibus occulta mentis terrent, membra distorquent,
ualetudinem frangunt, morbos lacessunt, ut ad cultum sui
cogant, ut nidore altarium et rogis pecorum saginati, remis
sis, quæ cõstrinxerat, curasse uideantur. Hæc est de illis me-
dela, cum ipsorum cessat iniuria, nec aliud his studium est,
quàm à Deo homines auocare, & ad superstitionem sui ab
intellectu ueræ religionis auertere, & cum sint ipsi pœna-
les, quærere sibi ad pœnam comites, quos ad crimen suum
fecerunt errore participes. Hi tamen adiurati per Deum
uerum nobis statim cedunt & fatentur, & de obsessis cor-
poribus exire coguntur. Videas illos nostra uoce & oratio
ne occultè flagellis cædi, igni torqueri, incremento pœnæ
propagantis extendi, eiulare, gemere, deprecari unde ueni-
ant, & quãdo discedant, ipsis etiã qui se colunt audientibus,
cõfiteri, et uel exilijt statim, uel euanescũt gradatim, prout
fides patientis adiuuat, aut gratia curantis aspirat. Hinc uul
gus in odium nostri nominis cogunt, ut nos odisse incipi-
ant homines antequàm nosse, ne cognitos aut imitari possint

aut

Socrates dæmone usus.

Sosthenes.

Plato.

Trismegistus.

* al's, conseruati

Beneficia tyrannorum.

* quò legendum arbitror.

Odium ante notitiam.

Deus unus.

aut damnare non poßint. Vnus igitur omnium Deus: Neque enim illa ſublimitas poteſt habere conſortem, cum ſola omnem teneat poteſtatem. Ad diuinum imperium

Regnum ſocij impatiens.

etiam de terris mutuemur exẽplũ. Quãdo inquam regnum cum fide cœpit, aut ſine cruore deſijt? Sic Troianorum germanitas rupta, et permanens rogis diſſidium etiam in morte diſcordia: & Romanos geminos unum capit regnum, quos unum uteri cepit hoſpitium. Pompeius & Cæſar affines fuernut, nec tamen neceßitudinis ſocietas æmula poteſtate tenuerũt. Nec hic tu de homine mirere,

Apibus rex unus: Gregibus dux unus.

in hoc omnis natura conſentiat. Rex unus eſt apibus, et unus in gregibus, & in armentis rector unus; multo magis mundi unus eſt rector, qui uniuerſa quæcunque ſunt iubet, ratione diſpenſat, uirtute conſummat. Hic enim uideri non poteſt, uiſu clarior eſt. Nec comprehendi, poteſt rior eſt. Nec æſtimari, ſenſu maior eſt. Et ideo ſic Deum gnè eum æſtimamus, dum inæſtimabilem dicimus. Quo rò templum habere poßit Deus, cuius templum totus mundus, & cum homo latius maneat intra unam ædem uim tantæ maieſtatis includat? In noſtra dedicandus ſit te, in noſtro conſecrandus eſt pectore. Nec nomen Deo ras, Deus nomen eſt illi. Illic uocabulis opus eſt, ubi prijs appellationum inſignibus multitudo dirimenda eſt.

Deus unus ubique.

Deo qui ſolus eſt, Dei uocabulum totum eſt. Ergo totus & ubique totus diffuſus eſt. Nam & uulgus in multis naturaliter confitetur, cum mens & anima ſui autoris principis admonetur. Dici frequenter audimus, ò Deus uidet, & Deo commendo, & Deus mihi reddet, quod Deus uult, & ſi Deus dederit. At quæ eſt hæc ſuperbia delicti, nolle agnoſcere quem ignorare non poßis? Quo

Christus quomodo ſalutis autor.

rò & Chriſtus ſit, & quomodo per ipſum nobis ſalus

neritſic eſt ordo, ſic ratio. Iudæis primum erat apud Deum gratia, ſic olim iuſti erant, ſic maiores eorum religionibus obediebãt. Inde illis & regni ſublimitas floruit, & generis magnitudo prouenit. Sed illi negligentes diſciplinæ, ſuperbi poſtmodum facti & fiducia patrum inflati, dum diuina præcepta contẽnunt, datam ſibi gratiam perdiderũt. Quàm fuerit illis profana uita, quæ contracta ſit uiolatæ religionis offenſa, ipſi quoque teſtantur, qui etſi uoce tacent, exitu confitentur. Diſperſi & palabundi uagantur, ſoli & cœli ſui profugi per hoſpitia aliena iactantur. Necnon Deus antè prædixerat fore, ut uergente ſeculo, & mundi fine iam proximo, ex omni gente & populo & loco cultores ſibi allegeret Deus multò fideliores, qui indulgentiam de diuinis muneribus haurirent, quam acceptam Iudæi contemptis religionibus perdidiſſent. Indulgentiæ igitur huius & gratiæ arbiter & magiſter ſermo & filius Dei mittitur, qui per prophetas omnes illuminator & doctor humani generis prædicabatur. Hic eſt uirtus Dei, hic ratio, hic ſapientia eius & gloria, hic in uirginem illabitur,* carnem ſpiritu ſancto cooperante induitur. Deus ſemper cum homine miſcetur, hic Deus noſter, hic Chriſtus eſt, qui mediator duorum hominem induit, quem perducat ad patrem. Quod homo eſt, eſſe Chriſtus uoluit, ut & homo poßit eſſe quod Chriſtus eſt. Sciebant & Iudæi Chriſtum eſſe uenturum. Nam hoc illis ſemper prophetis monentibus annuntiabatur. Sed ſignificato duplici eius aduentu, uno, qui exercitio & exemplo hominis fungeretur: altero, qui Deum fateretur, non intelligendo primum aduentum, qui in paßione præceſſit occultus, unum tantum credunt qui erit in poteſtate manifeſtus. Quòd autem hoc Iudæorum populus intelligere non potuit, delictorum meritum fuit. Sic erant

Iudæi uagabundi.

**als, carne ſpũs ſanctus iuduitur.*

Deus homo.

Chriſtus prænunciatus.

ſapientiæ

Miracula Christi prædicta.

sapientiæ & intelligentiæ cæcitate mulctati ut qui
digni essent, haberent uitam ante oculos, nec uiderent. I
cum Christus secundum à prophetis prædicta, uerbo
uocis imperio dæmonia de hominibus excuteret, par
cos restringeret, leprosos purgaret, illuminaret cæcos,
dis gressum daret, mortuos rursus animaret, cogeret
menta famulari, seruire uentos, maria obedire, infernos
re, unum qui exercitio & exemplo hominis fungere
alterum qui Dominum fateretur non intelligendo, lud
illum crediderant hominem tantum, de humilitate
al's, magum corporis existimabant, *magnum diligentia potest
magistri eorum atque primores, hoc est, quos & ob
ille & sapientia reuincebat, accensa ira & indigna
prouocata, postremò detentum Pontio Pilato, qui tu
parte Romana Syriam procurabat, tradiderunt, cr
eius & mortem suffragijs uiolentis ac pertinacibus
tantes. Hoc eos facturos & ipse prædixerat, & prop
rum omnium testimonium sic antè præcesserat, opor
lum pati, non ut sentiret mortem, sed ut uinceret: &
passus esset, denuo ad superos regredi, ut uim diuinæ
statis ostenderet. Fidem itaque rerum cursus impleu
& crucifixus, præuento carnificis officio spiritum
dimisit, & die tertio rursus à mortuis sponte surrexit.

Resurrectio.

paruit discipulis suis talis ut antè fuerat, & agno
dum se uidentibus præbuit, simul uictus & substan
poralis firmitate conspicuus ad dies quadragina
tus est, ut denuo ad præcepta uitalia instrui posset, e
cerent quæ docerent. Tunc in cœlum circumfus

Ascensio.

sublatus est, ut hominem quem dilexit, quem indu
à morte protexit: ad patrem uictor imponeret: Iam
turus è cœlo ad pœnam diaboli, & censuram gener

ni, ultoris uigore & iudicis potestate: per orbem uerò di-
scipuli magistro & Deo monente diffusi præcepta Dei in
salutem darent, ab errore tenebrarum ad uiam lucis addu-
cerent: cæcos & ignaros ad agnitionẽ ueritatis ocularent.
Ac ne esset probatio minus solida, & de Christo delicata
confessio, per tormenta, per cruces, per multa pœnarum ge
nera tentantur. Dolor qui ueritatis testis est admouetur, ut
Christus Dei filius qui hominibus ad uitam datus creditur,
non tantum præconio uocis, sed & passionis testimonio
prædicaretur. Hunc igitur comitamur, hunc sequimur,
hunc habemus itineris ducem, lucis principem, salutis au-
torem, cœlum pariter & patrem quærentibus & creden-
tibus pollicentem. Quod est Christus, erimus Christiani, si
Christum fuerimus secuti.

SERMONES VARII D. CAECILII CYPRIANI

SERMO PRIMVS, De Eleemosyna.

Sermo primus de eleemosyna, ad pietatis & misericordiæ opera inuitans, asseuerans iustitiæ & misericordiæ operibus pietatem diuinam mortalibus subuenire.

Christi immortalis beneficia.

MVLTA & magna sunt fratres charissimi, beneficia diuina, quibus in salutem nostram Dei patris & Christi larga & copiosa clementia & operata sit, & semper operetur, quòd conseruandis ac uiuificandis nobis pater filium misit, ut reparare nos posset, quodq;

filius missus esse & hominis filius uoluit, ut nos filios
faceret. Humiliauit se, ut populum, qui prius iacebat, er
ret. Vulneratus est, ut uulnera nostra sanaret. Seruitii
libertatem seruientes extraheret. Mori sustinuit, ut
immortalitatem mortalibus exhiberet. Multa haec
magna diuinae misericordiae munera. Sed adhuc quanta
uidentia illa & quanta clementia Christi est, quòd
salutari ratione prospicitur, ut homini qui redemp
reseruando plenius consulatur? Nam cum Dominus
niens sanasset illa quae Adam portasset uulnera, &
serpentis antiqua curasset, legem dedit sano, & prae
ultrà peccaret, ne quid peccanti grauius eueniret. Co
eramus, & in angustum innocentiae praescriptione co
nec habebat quid fragilitatis humanae infirmitas at
cillitas faceret, nisi iterum pietas diuina subueniens
& misericordiae operibus ostensis, uiam quandam
salutis aperiret, ut sordes postmodũ quascunq; contra
eleemosynis abluamus. Loquitur in scripturis spiritus
Tob.4. ctus & dicit: Eleemosynis & fide delicta purgãtur. N
illa delicta quae fuerant antè contracta: nam illa Christ
Eccle.3. guine & sanctificatione purgantur. Item denuo dicit: S
aqua extinguit ignem, sic eleemosyna extinguit pecca
Hic ostenditur quoq; & probatur, quia sicut lauacro
salutaris gehẽnae ignis extinguitur, ita eleemosynis at
rationibus iustis delictorum flamma sopitur. Et quia
in baptismo remissa peccatorum datur, assidua & ind
ratio, baptismi instar imitata, Dei rursus indulgentia
gitur. Hoc & in Euangelio Dominus docet: nam cũ de
rentur discipuli eius quòd edcrẽt, nec prius manus lau
Luc.11. respondit, & dixit: Qui fecit quod intus est, fecit & qu
ris est: uerum date eleemosynam, & ecce munda sunt

uobis, docens scilicet & ostendens nõ manus lauandas esse,
sed pectus & sordes intrinsecus potius quàm extrinsecus di
luẽdas. uerum qui purgauerit quod est intus, eum quoq; id,
quod est foris, repurgasse, & emundata mente, cute quoq;
mundum esse cœpisse & corpore. Porrò autem monens &
ostendens unde mundi & purgati esse possimus, addidit
eleemosynas esse faciendas. Misericors docet ac monet mise-
ricordiã fieri. Et quia seruare quærit, quos magno redemit,
post baptismi gratiam sordidatos docet denuo posse purga-
ri. Agnoscamus itaq; fratres charissimi diuinae indulgentiae
munus salubre, & emundandis purgandisq; peccatis no-
stris, qui sine aliquo conscientiae uulnere esse non possumus,
medelas spiritualibus uulnera nostra curemus. Nec quisquã
sic sibi blandiatur de puro, atq; immaculato corde, ut inno-
centia sua fretus medicinam nõ putet esse adhibendam uul-
neribus, cum scriptum sit: Quis gloriabitur castum se habe-
re cor, aut quis gloriabitur mundum se esse à peccatis? Et 1.Ioan.1.
iterum in epistola sua Ioannes ponat & dicat: Si dixerimus
quia peccatum nõ habemus, nosmetipsos decipimus, & ue-
ritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata no-
stra, fidelis & iustus est Dominus, qui nobis peccata dimit-
tat. Si autem nemo esse sine peccato potest, & quisquis se in-
culpatum dixerit, aut superbus, aut stultus est, quàm neces-
saria, quàm benigna est clementia diuina? quae cum sciat non
deesse sanatis quaedam postmodum uulnera, dedit curandis
denuo sanandisq; uulneribus remedia salutaria. Nunquam
deniq; fratres charissimi admonitio diuina cessauit, nũquàm
tacuit, quò minus in scripturis sanctis tam ueteribus, quàm
nouis semper & ubiq; ad misericordiae opera Dei populus
prouocaretur, & canente atq; exhortante spiritu sancto
quisquis ad spem regni cœlestis instruitur, facere eleemosy-

Esa.58. nas iuberetur. Mandat & præcipit Esaiæ Deus: Exclam
inquit, in fortitudine, & noli parcere, sicut tuba exalta
cem tuam, & nuntia plebi meæ peccata eorum, & dom
Iacob facinora eorum. Et cum peccata eis sua exprobr
præcepisset, cumq; eorum facinora plena indignationis
petu protulisset, dixissetq; eos, nec si orationibus & pr
bus, & ieiunijs uterentur, satisfacere pro delictis posse
si in cilicio & cinere uoluerentur, iram Dei posse le
in nouissima tamen parte demonstrans solis Deum elee
Ibidem. synis posse placari, addidit, dicens: Frange esurienti pa
tuum, & egenos sine tecto induc in domum tuam. Si uid
nudum, uesti eum, & domesticos seminis tui non desp
Tunc erumpet temporaneum lumen tuum, & uestim
tua citò oriētur, & præibit ante te iustitia, & claritas
circundabit te. Tunc exclamabis, & Deus exaudiet te, d
adhuc loqueris dicet tibi: Ecce adsum. Remedia propit
Peccatorum remedia. do Deo ipsius Dei uerbis data sunt, quid deberent fa
peccantes, magisteria diuina docuerunt. Operationibus
stis Deo satisfieri, misericordiæ meritis peccata purg
Eccles.29. & apud Salomonem legimus: Conclude eleemosynam
sinu pauperis, & hic pro te exorabit ab omni malo. Et
Prouerb. 21. rum: Qui obturat aures ne audiat imbecillum, & ipse
uocabit Dominum, & non erit qui exaudiat eum. Ne
enim promereri misericordiam Domini poterit, qui mi
cors ipse non fuerit, aut impetrabit de diuina pietate al
in precibus, qui ad precem pauperis non fuerit hum
Psal.40. Quod item in psalmis spiritus sanctus declarat & pro
dicens: Beatus qui intelligit super egenum, & paupe
in die mala liberabit eum Dominus. Quorum præce
Danielis 4. rum memor Daniel, cum rex Nabuchodonosor ad
somnio territus æstuaret, pro auertendis malis ac mitig

dis diuina ope impetranda remedium dedit, dicens: Propterea rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniustitias tuas miserationibus pauperum, & erit Deus parcens peccatis tuis. Cui rex non obtemperans, aduersa quæ uiderat, & infesta perpessus est, quæ euadere & uitare potuisset, si peccata sua eleemosynis redemisset. Raphaël quoq; Angelus paria testatur, & ut eleemosyna libenter ac largiter fiat hortatur, dicens: Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna, quia eleemosyna à morte liberat, & ipsa purgat peccata. Ostendit orationes nostras ac ieiunia minus posse, nisi eleemosynis adiuuentur. Deprecationes solas parum ad impetrandum ualere, nisi factorum & operum accessione satientur. Reuelat Angelus & manifestat, & firmat eleemosynis petitiones nostras efficaces fieri, eleemosynis uitam de periculo redimi, eleemosynis animas à morte liberari. Nec sic fratres charissimi ista proferimus, ut non quod Raphaël Angelus dixit, ueritatis testimonio comprobemus. Sic in Actibus Apostolorum facti fides posita est, & quòd eleemosynis non tantum à secunda, sed à prima morte animæ liberentur, gestæ & impletæ rei probatione compertum est. Tabita operationibus iustis & eleemosynis præstandis plurimum dedita, cum infirmata esset & mortua, ad cadauer exanime Petrus accitus est: qui cum impigrè pro apostolica humanitate uenisset circunsteterunt eum uiduæ flentes & rogantes, pallia & tunicas, & omnia illa quæ prius sumpserant indumenta monstrantes, nec pro defuncta suis uocibus, sed ipsius operibus deprecantes. Sensit Petrus impetrari posse, quod sic petebatur: nec defuturum Christi auxilium uiduis deprecantibus, quando esset in uiduis ipse uestitus. Cum itaq; genibus nixus orasset, & uiduarum ac pauperum idoneus

Raphaël Angelus.

Deprecationes sine opere parui sunt momenti.

Actuum 9.

aduocatus legatas sibi preces ad Deum pertulisset, cons-
sus ad corpus, quod in tabula iam lotum iacebat: Tabi-
quit, exurge in nomine IESV Christi. nec defuit Petro
minus statim ferret auxilium, qui in Euangelio dari
quicquid fuisset eius nomine postulatum. Mors itaq;
ditur, & spiritus redditur, & mirãtibus ac stupenti
ctis, ad hanc denuo lucem rediuiuum corpus animatur.
tum potuerunt misericordiæ merita, tantum opera
lucrunt. Quæ laborãtibus uiduis largita fuerat sub
uendi, meruit ad uitam uiduarum petitione reuocari.
in Euangelio Dominus doctor uitæ nostræ, & magis
lutis æternæ uiuificans credentium populum, & uiui
consulens in æternum, inter sua diuina mãdata & præ
cœlestia nihil crebrius mandat & præcipit, quàm u
stamus eleemosynis dandis, nec terrenis possessionibus
bamus, sed cœlestes thesauros potius recondamus. V
Luc.12. inquit, res uestras & date eleemosynam. Et iterum: N
uobis thesauros condere super terram, ubi tinea &
stura exterminat, & ubi fures effodiunt, & furantur.
saurizate autem uobis thesauros in cœlo ubi neque
neq; comestura exterminat, & ubi fures non effodiu
furantur. Vbi enim fuerit thesaurus tuus, ibi erit & cor
Matth.19. Et cum obseruata lege perfectum & consummatum
ostendere: Si uis, inquit, perfectus esse, uade & uende
tua, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo,
ueni sequere me. Item alio loco negotiatorem cœlestis
tiæ, & comparatorem salutis æternæ, distractis omn
rebus suis, pretiosam margaritam, hoc est, uitam
nam Christi cruore pretiosam, de quantitate patri
Ibid.13. sui dicit debere mercari: Simile est, inquit, regnum
rum homini negotiatori quærenti bonas margaritas,

autem inuenit pretiosam margaritam, abijt & uendidit o-
mnia quæcunq; habuit, & emit eam. Eos deniq; & Abrahæ
filios dicit, quos in iuuandis alendisq; pauperibus opera-
rios cernit. Nam cum Zachæus dixisset: Ecce dimidium ex Luc.19.
substantia mea do egenis, & si cui quid fraudaui, quadru-
plum reddo: respondit IESVS & dixit: Quia salus ho-
die huic domui facta est, quoniam & hic filius est Abrahæ.
Nam si Abraham credidit Deo, & reputatum est ei ad iu-
stitiam: utiq; qui secundum præceptum Dei eleemosynam
facit, Deo credit: & qui habet fidei ueritatem, seruat Dei
timorem: qui autem Dei timorem seruat, in miserationi-
bus pauperum Deum cogitat. Operatur enim ideo, quia
credit, quia scit uera esse, quæ prædicta sunt uerbis Dei,
nec scripturam sacram posse mentiri: arbores infructuosas,
id est, steriles homines, excidi & in ignem mitti, misericor-
des autem ad regnum uocari. Quia & in alio loco opera-
rios & fructuosos, fideles appellat, infructuosis uerò &
sterilibus fidem derogat, dicens: Si in iniusto mammona fi- Ibid.16.
deles non fuistis, quod est uerum quis credet uobis? Et si
in alieno fidales non fuistis, quod est uestrum quis dabit
uobis? Si uereris & metuis, ne si operari plurimum cœ-
peris, patrimonio tuo larga operatione finito ad penu-
riam forte redigaris, esto in hac parte intrepidus, esto secu-
rus. Finiri non potest unde in usus Christi impenditur, unde
opus cœleste celebratur. Nec hoc tibi de meo spondeo, sed
de scripturarum sanctarum fide, & diuinæ pollicitationis
autoritate promitto. Loquitur per Salomonem spiritus san-
ctus, & dicit: Qui dat pauperibus, nunquam egebit: qui
autem auertit oculos suos, in magna penuria erit: osten- Prouerb. 28.
dens misericordes, atq; operantes egere non posse, magis
parcos & steriles ad inopiam postmodum deuenire. Item

beatus Apostolus Paulus dominicæ inspirationis gratia
2. Corinth. 9. nus: Qui administrat, inquit, semen seminanti, & pan
ad edendum præstabit, & multiplicabit seminationem
stram, & augebit incrementa frugum iustitiæ uestræ,
in omnibus locupletemini. Et iterum, Administratio
officij non tantum supplebit ea, quæ sanctis desunt,
sed & abundabit per multas gratiarum actiones in Do
num. Quoniam dum gratiarum actio ad Deum pro
mosynis, atq; orationibus nostris pauperum oratione
gitur, census operantis Dei retributione cumulatur. Et
minus in Euangelio iam tunc eiusmodi hominum corda
siderans, & perfidis, atq; incredulis præscia uoce dei
tians contestatur, & dicit: Nolite cogitare dicentes:
Matth. 6. edemus, aut quid bibemus, aut quid uestiemur? hæc
nationes quærunt. Scit autem pater uester, quia omni
horum indigetis. Quærite primum regnum Dei &
Ibidem. tiam eius, & hæc omnia apponentur uobis. Eis omnia
poni dicit & tradi, qui regnum & iustitiam Dei quæru
Eos enim Dominus cum iudicij dies uenerit, ad percipi
dum regnum dicit admitti, qui fuerint in ecclesia eius
rati. Metuis ne patrimonium tuum fortè deficiat, si
ex eo largiter cœperis: & nescis miser, quia dum
ne res familiaris fortè deficiat, uita ipsa & salus defici
dum ne quid de rebus tuis minuatur attendis, non
quòd ipse minuaris, amator magis mammonæ, quàm
mæ tuæ, ut dum times ne pro te patrimonium tuum
das, ipse pro patrimonio tuo pereas. Et ideo bene Apos
1. Timot. 6. lus clamat & dicit: Nihil intulimus in hunc mũdum, ut
nec auferre possumus: habentes autem exhibitionem
tegumentum, his cõtenti simus. Nam qui uolunt diuites
ri, incidunt in tentationem, & in muscipulas, &

ria multa & nociua, quæ mergunt hominem in perditio-
nem, & in interitum. Radix enim omnium malorum cupi- *Cupiditas radix malorum.*
ditas est, quam quidam appetentes naufragauerunt à fide,
& inseruerunt se doloribus multis. Metuis ne patrimonium
tuum fortè deficiat, si operari ex eo largiter cœperis? quan-
do enim factum est, ut iusto possent deesse subsidia, cum scri-
ptum sit: Non occidet fame Dominus animã iusti? Helias in Prouerb. 10.
solicitudine coruis ministrantibus pascitur. Et Danieli in la 3. Reg. 17.
cu ad leonum prædam iussu regis incluso, prandium diuini- Dan. 14.
tus apparatur: & tu metuis ne operanti, & Deum prome-
renti desit alimentum? quando ipse in Euangelio ad expro-
brationem eorum, quibus mens dubia est, & fides parua,
contestetur, & dicat: Aspicite uolatilia cœli, quoniam non Matth. 6.
seminant, neque metunt, neque colligunt in horrea, & pater
uester cœlestis alit illa, non ne uos pluris estis illis? Volucres
Deus pascit, & passeribus alimenta diurna præstantur, &
quibus nullus diuinæ rei sensus est, eis nec potus, nec cibus
deest. Tu Christiano, tu Dei seruo, tu operibus bonis dedito,
tu Domino suo charo aliquid putas defuturum? Nisi si putas
quia qui Christum pascit, à Christo ipse non pascitur: aut
eis terrena deerunt, quibus cœlestia & diuina tribuuntur.
Vnde hæc incredula cogitatio? & unde impia & sacrilega *Christianus dici non meretur, qui Christo non credit.*
ista meditatio? quid facit in domo fidei perfidum pectus? quid
qui Christo omnino non credit, appellatur & dicitur Chri
stianus? Pharisæi tibi magis congruit nomen. Nam cum Luc. 16.
Dominus in Euangelio de eleemosynis disputaret, & ut
nobis amicos de terrestribus lucris prouida operatione
faceremus, qui nos postmodum in tabernacula æterna sus-
ciperent, fideliter & salubriter præmoneret, addidit post
hæc scriptura, dicens: Audiebãt autem hæc omnia Pharisæi
qui erant cupidissimi, et irridebant. Quales nunc quosdã in

ecclesia uidemus, quorum præclusæ aures & corda ce-
nullum de spiritualibus ac salutaribus monitis lumen
tunt, de quibus mirari non oportet, quòd contemnati
ctatibus seruum, quando à talibus ipsum Dominum
mus esse contemptum. Quid tibi istis ineptis & stulti
gitationibus plaudis, quasi metu & solicitudine futur
ab operibus retarderis? quid umbras et præstigias qu
Imò pro potius sæpe usurpat. uanæ excusationis obtendis? Confitere imò quæ uera
& quia scientes non potes fallere, secreta & abdita
exprome. Obsederunt animum tuum sterilitatis tenebr
recedente inde lumine ueritatis, carnale pectus alta &
funda auaritiæ caligo cæcauit: pecuniæ tuæ captiuus &
uus es, catenis cupiditatis & uinculis alligatus es, &
Pecuniæ seruus. iam soluerat Christus, denuo uinctus es: seruas pecu
quæ te seruata non seruat: patrimonium cumulas, qu
pondere suo onerat, nec meministi quid Deus respon
uiti exuberantium fructuum copiã stulta exultatione
Luc. 12. ti: Stulte, inquit, hac nocte expostulatur anima tua à te
ergo præparasti, cui erunt? quid diuitijs tuis solas in
quid in pœnam tuam patrimonij tui pondus exagger
quò locupletior seculo fueris, pauperior Deo fias? R
tuos diuide cum Domino Deo tuo: fructus tuos p
cum Christo: fac tibi ex possessionum terrestrium pr
tu Christum participem, ut & ille te sibi faciat reg
cœlestium cohæredem. Erras & falleris quisquis te
culo diuitem credis. Audi in Apocalypsi Domin
cem, ciusmodi homines iustis obiurgationibus increp
Apocal. 3. Dicis, inquit, dives sum, & ditatus sum, & nullius rei
& nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper,
cus, & nudus es. Suadeo tibi emere à me aurum igni
igne, ut sis dives, & uestiaris uestem albam, et non app

in te fœditas nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos,
ut uideas. Qui ergo locuples ac dives es, eme tibi à Christo
aurum ignitum, ut sordibus tuis tanquam igne decoctis, esse
aurum mundũ possis, si eleemosynis et iusta operatione pur
geris. Eme tibi albam uestem, ut qui secundum Adam nu-
dus fueras, & horrebas antè deformis, indumento Christi
candido uestiaris. Et quæ matrona locuples & dives es,
unge oculos tuos non stibio diaboli, sed collyrio Christi, ut
peruenire ad uidendum Deum possis, dum Dominum &
operibus bonis & moribus promereris. Cæterum quæ talis
es, nec operari in ecclesia potes. Egentem enim & pau-
rem non respexerunt oculi tui superfusi nigroris tenebris
& nocte cæcati. Locuples & dives dominicum celebrare
te credis, quæ corbonam omnino non respicis, quæ in domi-
nicum sine sacrificio uenis, quæ partem de sacrificio, quod
pauper obtulit sumis. Intuere in Euangelio uiduam præce-
ptorum cœlestium memorem, inter ipsas pressuras & an-
gustias egestatis operantem, in gazophylacium duo, quæ
sola sibi minuta fuerant, mittentem. Quam cum animad-
uerteret Dominus & uideret, non de patrimonio, sed de
animo opus eius examinans, & considerans non quantum,
sed ex quanto dedisset, respondit & dixit: Amen dico uobis, *Luc. 21.*
quoniam uidua ista plus omnibus misit in dona Dei. Omnes
enim isti ex eo quod abundat illis, miserunt in dona Dei: hæc
autem de inopia sua omnem quemcunque habuit uictum,
misit. Multum beata mulier & gloriosa, quæ etiam ante
diem iudicij meruit iudicis uoce laudari. Pudeat diuites ste- *Diuitum ex-*
rilitatis atque infelicitatis suæ: uidua & inops, uidua in ope- *probratio.*
re inuenitur. Cumq; uniuersa quæ dantur, pupillis & ui-
duis conferantur, dat illa quam oportebat accipere, ut
sciamus quæ pœna diuitem sterilem maneat, cum hoc ipso

documen

documento operari etiam pauperes debeant. Atque ut
telligamus hæc omnia Deo dari, & cum quisque hæc
Deum promereri, Christus illud Dei dona appellat, q
dona Dei uiduam duos quadrantes misisse significat, q
gis ac magis possit esse manifestum, quia qui miseretur
peris, Deo fœnerat. Sed nec illa res fratres charissimi
nis operibus & iustis refrænet & reuocet Christian
quòd excusari se posse aliquis existimet beneficio filio
quando impensis spiritualibus Christum cogitare, qui
pere se professus est, debeamus, nec cõseruos liberis
sed Dominum præferamus, ipso instruente & mon
Matt.10. Qui diligit, inquit, patrem aut matrem super me, non
dignus: & qui diligit filium aut filiam super me, non
dignus. Item in Deuteronomio ad corroborationẽ fidei
Deuter.33. lectionem Dei paria conscripta sunt: Qui dicunt, inqu
tri aut matri, non noui te, et filios suos non cognouerun
stodierunt præcepta tua, & testamentum tuum seruau
Nam si Deum toto corde diligimus, nec parentes nec
Deo præferre debemus. Quod & Ioannes in epistola
ponit, charitatem Dei apud eos non esse, quos uide
1.Ioan.3. operari in pauperes nolle: Qui habuerit, inquit, s
stantiam mundi, & uidit fratrem suum desiderantem,
clauserit uiscera sua ab eo, quomodo charitas Dei m
in eo? Si enim Deus eleemosynis pauperum fœneratur,
cum datur minimis, Christo datur, non est quòd quis
na cœlestibus præferat, nec diuinis humana præponat
3.Reg.17. uidua illa in tertio Regnorum libro, cum in siccitate &
me consumptis omnibus de modico farinæ & oleo, quod
perfuerat, fecisset subcineritium panem, quo assumpto, m
ritura cum liberis esset, superuenit Helias, et petit sibi
ad edẽdum dari, tunc quod superfuisset inde illam cum

suis uesci. Nec obtemperare illa dubitauit, aut Heliæ filios
mater in fame & egestate præposuit. Fit imò in conspectu
Dei, quod Deo placeat, promptè ac libenter quod petebatur, offertur: nec de abundantia portio, sed de modico to-
tum datur, & esurientibus liberis alter prius pascitur, neq;
in penuria & fame cibus antè quàm misericordia cogitatur,
ut dum in opere salutari carnaliter uita contemnitur, spiri-
tualiter anima reseruetur. Helias itaq; typum Christi ge-
rens, & quòd illa pro misericordia uicem singulis reddat
ostendens, respondit, & dixit: Hæc dicit Dominus, fidelia
farris non deficiet, & capsaces olei non minuetur, usque
in diem, quò dabit Dominus imbrem super terram. Secun-
dum diuinæ pollicitationis fidem multiplicata sunt uiduæ et
cumulata, quæ præstitit, & operibus iustis ac misericordiæ
meritis augmenta & incrementa sumentibus, farris & olei
usus completa sunt. Nec filijs abstulit mater quod Heliæ
dedit, sed magis contulit filijs quod benignè & piè fecit. Et
illa nondum Christum sciebat, nondum præcepta eius au-
dierat, non cruce & passione eius redempta, cibum & potũ
pro sanguine rependebat, ut ex hoc appareat, quantum
in ecclesia peccet qui se & filios Christo anteponens diui-
tias suas seruat, nec patrimonium copiosum cum indigentiũ
paupertate communicat. Sed enim multi sunt in domo libe-
ri, et retardat te numerositas filiorum, quò minus largiter
bonis operibus insistas: atqui hoc ipso operari amplius de-
bes, quò multorum pignorum pater es, plures sunt pro qui-
bus Deum deprecaris. Multorum delicta redimenda sunt,
multiorum precandæ conscientiæ, multorum animæ redimẽ
dæ. Vt in hac uita seculari alẽdis sustinẽdisq; pignoribus quò
maior est numerus, hoc maior est & sumptus: ita & in uita
spirituali atq; cælesti, quò amplior fuerit pignorum copia,

Helias typus Christi.

Filiorũ numerus liberalitatem & eleemosynas minuit.

esse

esse & operum debet maior impensa. Sic & Iob sacrificia
numerosa pro liberis offerebat, quantusq; erat in domo
gnorum numerus, tantus dabatur Deo & numerus hos
rum. Et quoniam quotidie deesse non potest, quod p
tur in conspectu Dei, sacrificia quotidiana non deerant,
bus possent peccata tergeri, probat scriptura diuina
Iob 1. Iob homo uerus & iustus habuit filios septem, & t
tres, & emundabat illos, offerens pro eis hostias D
cundum numerum illorum, & pro peccatis eorum
unum. Si ergo uerè filios tuos diligis, si eis exhibes p
& paternam dulcedinem charitatis, operari magis
ut filios tuos Deo iusta operatione commendes. Nec
ris tuis cogites patrem, qui & temporarius, & infer
sed illum pares, qui æternus & firmus filiorum spes
um pater est. Illi assigna facultates tuas, quas haer
seruas: ille sit liberis tuis tutor, ille contra omnes
Patrimonium Deo credendũ. seculares diuina maiestate protector. Patrimonium
creditum nec respublica eripit, nec fiscus inuadit, nec
lumnia aliqua forensis euertit. In tuto hæreditas p
quæ Deo custode seruatur. Hoc est charis pignor
posterum prouidere, hoc est futuris hæredibus
pietate consulere, secundum fidem scripturæ sanctæ
Psal. 36. tis: Iunior fui, etenim senui, & nunquam uidi iustum
lictum, neque semen eius egens pane. Tota die m
& commodat, & semen eius in benedictione erit.
Prouerb. 20. rum: Qui conuersatur sine uituperatione & in iustitia
tos post se filios relinquet. Præuaricator itaque &
pater es, nisi filijs tuis fideliter consulas, nisi conser
religiosa & uera pietate prospicias. Qui studes
magis quàm cœlesti patrimonio filios tuos diabolo
commendare, quàm Christo, bis delinquis, & geminas

men admittis, & quòd non præparas filijs tuis Dei patris
auxilium, & quòd doces filios patrimonium plus amare,
quàm Christum. Esto potius liberis tuis pater talis, qualis
Tobias extitit. Da utilia & salutaria præcepta pignoribus, Tob. 14.
qualia ille filio dedit: manda filijs tuis, quod & ille filio man
dauit dicens: Et nunc fili mando tibi: serui Deo in ueritate, *Tobiæ præce-*
& fac coram illo quod illi placet, & filijs tuis manda ut fa- *pta ad filium.*
ciant iustitiam, & eleemosynas, & sint memores Dei, &
benedicant nomen eius omni tempore. Et iterum: Omni- Tob. 4.
bus diebus uitæ tuæ fili dilectissime Deum in mente habe, et
noli præterire præcepta eius. Iustitiam fac omnibus diebus
uitæ tuæ, & noli ambulare uiam iniquitatis, quoniam agen-
tia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab ul
te te in ueritate, erit respectus operum tuorum. Ex substan-
lo pauperi: ita fiet ut nec à te facies Dei auertatur. Prout ha
beris fili, sic fac eleemosynam: si tibi fuerit copiosa substan
tia, plus ex illa fac: & si exiguum habueris, ex hoc ipso exi
guo communica. Et ne timueris cum facis eleemosynam,
præmium bonum reponis tibi in diem necessitatis. Quia
eleemosyna à morte liberat, & non patitur ire in gehen-
nam. Munus bonum est eleemosyna omnibus qui faciunt Tob. 12.
eam coram summo Deo. Quale munus est fratres dilectis-
simi, cuius editio Deo spectante celebratur? Si in genti-
lium munere grande et gloriosum uidetur, proconsules uel
imperatores habere præsentes, & apparatus ac sumptus
apud munerarios maior est, ut possint placere maioribus:
quanto illustrior muneris & maior est gloria, Deum &
Christum spectatorem habere? Quanto istic & apparatus *Eleemosynæ*
uberior, & sumptus largior exhibendus est, ubi ad spe- *fructus.*
ctaculum conueniunt cœlorum uirtutes, conueniunt
angeli omnes, ubi munerario non quadriga uel con-

sulatus

sulatus petitur, sed uita æterna præstatur, nec capitat
nis & temporalis fauor uulgi, sed perpetuum præm
regni cœlestis accipitur? Atque ut pigros & sterili
cupiditate nummaria nihil circa fructum salutis oper
magis pudeat, ut plus coscientiam sordidam dedecor
turpitudinis suæ rubor cædat, ponat unusquisque ante
los suos diabolum cum seruis suis, id est, cum populo p
tionis & mortis in medium prosilire, plebem Christi
sente & iudicante ipso comparationis examine prouo
dicentem: Ego pro istis, quos mecum uides, nec alap
cepi, nec flagella sustinui, nec crucem pertuli, nec
nem fudi, nec familiam meam pretio passionis & cru
demi, sed nec regnum cœleste illis promitto, nec ad p
disum restituta immortalitate denuo reuoco, & muner
hi, quàm pretiosa, quàm grandia, quàm nimio & longo
pore quæsita sumptuosissimis apparatibus comparat
bus suis uel obligatis in muneris apparatione, uel u
ac nisi* editio honesta successerit, conuiciis ac sibilis c
tur, & furore populari nonnunquam penè lapidatur
os tales munerarios Christe demonstra, illos diuites,
piosis opibus affluentes, an in ecclesia præsidente &
ctante te eiusmodi munus edant, oppignoratis uel
ctis rebus suis, imò ad cœlestes thesauros mutua in
possessione trãslatis? In istis muneribus hominum
atq; terrenis nemo pascitur, nemo uestitur, nemo cib
tus solatio sustinetur, cuncta inter furorem edentis, &
uanitate depereunt. Illic in pauperibus tuis tu uesti
pasceris, tu æternam uitam operantibus pollicer
meis pereuntibus adæquãtur, qui à te diuinis merce
præmijs cœlestibus honorantur. Quid ad hæc respon

* als, editor honestus

fratres charissimi? Sacrilega sterilitate & quadam tenebra-
rum nocte coopertas diuitum mentes, qua ratione defendi-
mus? qua excusatione purgamus? qui zabuli seruis minores
sumus, ut Christo pro pretio passionis & sanguinis, uicem
nec immodicis rependamus? Præcepta nobis ille dedit: quid
facere seruos suos oporteret instruxit, operãtibus præmium
pollicetur, & sterilibus supplicium comminatur: sententiam
suam protulit, quid iudicaturus sit, & antè prædixit. Quæ
potest excusatio esse cessanti? quæ defensio sterili? nisi quòd
non faciente seruo quod præcipitur, Dominus faciet quod
minatur: qui & dicit: Cum uenerit filius hominis in glo-
ria sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit in throno glo
riæ suæ, & colligentur ante eum omnes gentes, & segrega-
bit eos abinuicem quemadmodum pastor segregat oues ab
hœdis, & statuet oues ad dextram, hœdos autem ad sini-
stram: tunc dicet rex ijs, qui ad dexteram suam erunt: Veni-
te benedicti patris mei, percipite quod uobis paratum est re
gnum ab origine mundi: Esuriui enim, & dedistis mihi man
ducare: sitiui, & dedistis mihi potum: hospes fui, & addu-
xistis me: nudus, & uestistis me: infirmus, & uisitastis me:
in carcere fui, & uenistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti
dicentes: Domine quando te uidimus esurientem, & pasci-
mus? sitientem, & potauimus: quando te uidimus hospitem,
& adduximus: nudum, & uestiuimus: quando autem te ui-
dimus infirmum & in carcere, & uenimus ad te? Tunc re-
spondens rex dicet eis: Amen dico uobis, quàm diu fecistis
uni horum ex fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc di-
cet ijs qui ad sinistram eius erunt: Discedite à me maledicti
in ignem æternum, quem parauit pater meus diabolo &
angelis eius: Esuriui enim, & nõ dedistis mihi manducare:
sitiui, & non potastis me: hospes fui, & non adduxistis me:

Operantibus præmium. Otiosis supplicium.

nudus, & non uestistis me: infirmus & in carcere, &
uisitastis me. Tunc respondebunt & ipsi, dicentes: Do
quando te uidimus esurientem, aut sitientem, aut hosp
aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non m
unus tibi? Et respondebit illis: Amen dico uobis, q
uni ex minimis istis non fecistis, neq; mihi fecistis. Et
iniusti in ambustionem æternam: iusti autem in uit
nam. Quid potuit nobis maius Christus edicere? q
magis potuit iustitiæ ac misericordiæ nostræ oper
uocare, quàm quòd præstari id dixit sibi, quicquid
præstatur & pauperi? & se dixit offendi, nisi egen
stetur & pauperi, ut qui respectu fratris in eccles
uctur, uel Christi contemplatione moueatur: & qu
gitat in labore & egestate conseruum, uel Dom
tet in ipso illo quem despicit constitutum. Et idcir
charissimi quibus metus pronus in Deum est, & s
catoq; iam mundo ad superna & diuina animus
fide plena, mente deuota, operatione continua pre
Domino obsequium præbeamus: demus Christo
terrena, indumenta cœlestia recepturi. Demus
potum secularem cum Abraham, Isaac & Iacob
uium cœleste uenturi: ne parum metamus plur
Saluti consu- nemus. Securitati ac saluti æternæ, dum tempus est, co
ndum.
Gal. 6. mus. Paulo Apostolo admonente & dicente: Ergo dum
pus habemus, operemur bonum ad omnes, maxim
ad domesticos fidei. Bonum autem facientes non d
mus, tempore enim suo metemus. Cogitemus fratres
simi quid sub Apostolis fecerit credentium populus,
intra ipsa primordia maioribus uirtutibus mens
quando credentium fides nouo adhuc fidei calore fer
domicilia tunc & prædia uenundabant, &

pauperibus facultatem libenter ac largiter Apostolis offe-
rebant, terreno patrimonio uendito, atq; distracto, fundos
illuc transferentes, ubi fructus caperent possessionis æternæ:
illic comparantes domos, ubi inciperent semper habitare.
Teste nunc fuit in operibus cumulus, qualis in dilectione con
sensus, sicut legimus in Actibus Apostolorum: Turba autem
erum qui crediderant anima ac mente una agebant, nec Act. 4.
fuit inter illos discrimen ullum, nec quicquam suum iudica-
bant ex bonis quæ eis erant, sed fuerunt illis omnia commu
nia. Hoc est natiuitate spirituali uere Dei filios fieri, hoc est *Apostolis o-*
ege cœlesti æquitatem Dei patris imitari. Quodcunq; enim *mnia commu-*
Dei est, in nostra usurpatione commune est, nec quisquam à *nia.*
beneficijs eius ac muneribus arcetur, quò minus omne hu-
manum genus bonitate ac largitate diuina æqualiter per-
fruatur. Sic æqualiter dies illuminat, sol radiat, imber rigat,
ventus aspirat, & dormientibus somnus unus est, stellarum
splendor ac lunæ communis est. Quo æqualitatis exemplo,
quæ possessor in terris reditus ac fructus suos cum fraterni-
ex partitur, dum largitionibus gratuitis communis ac iu-
sta est, Dei patris imitator est. Quæ illa erit fratres cha-
rissima operantium gloria, quàm grandis, & summa læti-
tia, cum populum suum Dominus cœperit recensere, &
meritis atq; operibus nostris præmia promissa retribuere,
per terrenis cœlestia, pro tẽporalibus sempiterna, pro mo-
dicis magna præstare, offerre nos patri, cui nos sua sancti-
ficatione restituit, æternitatem nobis immortalitatemq; lar-
geri, ad quam nos sanguinis sui uiuificatione reparauit, re-
ducere ad paradisum denuo facere, regna cœlorum fide &
ueritate suæ pollicitationis aperire? Hæc hærent firmiter *Exhortatio.*
sensibus nostris: hæc intelligantur plena fide: hæc corde toto
diligantur: hæc indefinentium operum magnanimitate re-

dimantur. Præclara & diuina res fratres charissimi, ca-
ris operatio, solatium grande credentium, securitatis
salubre præsidium, munimentum spei, tutela fidei, m
peccati: & res posita in potestate facientis, res gra
facilis, sine periculo persequutionis corona pacis: uer
munus & maximum, infirmis necessarium, fortibus
sum, quo Christianus adiutus præ se effert gratiam
tualem, promeretur Christum iudicẽ, Deum compa
bitorem. Ad hanc operum salutarium palmam libe
promptè certemus, omnes in agone iustitiæ Deo &
spectante curramus, & qui seculo ac mundo mo
iam cœpimus, cursum nostrum nulla seculi ac mundi
ditate tardemus. Si expeditos, si celeres, si in hoc
agone currentes, dies nos uel reditionis, uel persequ
inuenerit, nusquam Dominus meritis nostris ad p
deerit. In pace coronam uincentibus candidam pro
bus dabit, in persequutione purpuream pro pa
nabit. Amen.

SERMO SECVNDVS.

De Zelo, & Liuore.

Sermo eiusdem secundus de zelo & liuore, in quo lector
mici insidias detegens, unde zelus, & quando, & quam
perit ostendit, & multiplicem eius perniciem demonstra

ZELARE quod bonum uideas, c
dere melioribus, leue & modicum
quosdam crimen uidetur fratres
mi, dumq; existimatur leue esse &
cum, non timetur: dum non timetur
temnitur: dum contemnitur, non facile uitatur: &
& occulta pernicies, quæ dum minus perspicitur,

à prouidentibus possit, improuidas mentes latenter affligit.
Porro autem Dominus prudentes esse nos iussit, & cauta
solicitudine uigilare præcepit, ne aduersarius uigilans sem-
per & semper insidians, quando in pectus obrepat, de scin-
tillis constet incẽdia, de paruis maxima exaggeret, & dum
remissis & incautis leniore aura & flatu molliore blandi-
tur, procellis ac turbinibus excitatis ruinas fidei & salutis
acilæ naufragia moliatur. Excubandum est itaq; fratres
dilectissimi, atq; omnibus uiribus elaborandum, ut inimico
ueneni & iacula sua in omnes corporis partes, quibus per-
gilantia repugnemus, secundum quod Petrus quoq; aposto- 1. Pet. 5.
lus in epistola sua præmonet & docet, dicens: Sobrij estote
& uigilate, quia aduersarius uester zabulus tanquam leo ru
giens & aliquid deuorare quærens, circuit. Circuit ille nos
singulos, & tanquam hostis, clausos obsidens muros, ex-
plorat & tentat, an sit aliqua pars membrorum minus sta-
bilis & minus fida, cuius aditu ad interiora penetretur.
Offert oculis formas illices & faciles uoluptates, ut uisu de- *Diaboli uer-*
ceptus castitatem. Aures per canoram musicam tentat, ut so- *sutia.*
nus dulciori auditu soluat & molliat Christiani uigorem.
Linguam ad conuicium prouocat, manus iniurijs lacessenti
bus ad petulantiam cædis instigat: ut fraudatorem faciat, lu-
cra opponit iniusta: ut animam pecunia capiat, ingerit per-
niciosa compendia: honores terrenos promittit, ut cœlestes
æstimat: ostendit falsa, ut uera subripiat. Et cum latenter non
possit fallere, exerte atq; aperte minatur, terrorem turbidæ
persecutionis intentans, ad debellandos Dei seruos inquietus
semper, & semper infestus. In pace subdolus, in persecutio-
ne uiolentus. Quamobrem fratres dilectissimi contra omnes
diaboli uel fallaces insidias, uel apertas minas stare debet

instructus animus & armatus, tam paratus semper ad
pugnandum, quàm est ad impugnandum semper pa-
inimicus. Et quoniam frequentiora sunt tela eius, quæ la-
ter obrepunt, magisq; occulta & clandestina iaculatio-
minus perspicitur, hoc grauius & crebrius in uulnera
stra grassatur, ad hæc quoq; intelligenda & depellen-
gilemus, ex quibus est zeli & liuoris malum. Quod si
penitus inspiciat, inueniet nihil magis Christiano cau-
dum, nihil cautius prouidendum, quàm ne quis inuidia
liuore capiatur: ne quis fallentis inimici cæcis laqueis
plicatus, dum zelo frater in fratris odia conuertitur, g-
suo nescius ipse perimatur: quod ut colligere plenius
manifestius perspicere possimus, ad caput eius atq; ori-
nem recurramus. Videamus ergo unde zelus & quam-
quomodo cœperit. Facilius enim malum tam pernicio-
nobis uitabitur, si eiusdem mali origo & magnitudo
tur. Hinc diabolus inter initia statim mundi & peri-
mus, & perdidit. Ille angelica maiestate subnixus, ille
acceptus & charus postquam hominem ad imaginem
factum conspexit, in zelum maleuolo liuore prorupit,
prius alterum deijciens instinctu zeli, quàm ipse zelo
deiectus, captiuus antequàm capiens, perditus antequàm
dens, dum stimulante liuore homini gratiam datæ im-
talitatis eripit, ipse quoq; id quod prius fuerat, amisit. Q-
le malum est fratres charissimi, quo angelus cecidit, q-
cumueniri & subuerti alta illa & præclara sublimitas
tuit, quo deceptus est qui decipit? Exinde inuidia g-
tur in terris, dum liuore* paritur, magistro perditio-
sequitur, dum zabulum qui zelat, imitatur. Sicut scri-
est: Inuidia autem zabuli mors introiuit in orbem terr-
Imitantur ergo illum qui sunt ex parte eius. Hinc deni-

Inuidia uitanda.

Inuidiæ origo.

*als, periturus

Sap. 2.

uæ fraternitatis prima odia, hinc parricidia nefanda cœpe-
runt, dum Abel iustum Cain zelat iniustus, dum bonum ma-
lus inuidia & liuore persequitur. Tantum ualuit ad con-
summationem facinoris æmulationis furor, ut nec charitas
fratris, nec sceleris immanitas, nec timor Dei, nec pœna de-
licti cogitaretur. Iniustè oppressus est, qui iustitiam primus
ostenderat: odia perpessus est, qui odisse non nouerat: occi-
sus est impiè, qui moriens non repugnabat. Et quòd Esau fra-
tri suo Iacob inimicus extitit, zelus fuit. Nam quia ille bene-
dictionem patris acceperat, hic in odium persecutionis faci-
bus liuoris exarsit. Et quòd Ioseph fratres sui uendiderunt,
causa uendendi de æmulatione descendit, postquàm id quod
sibi in uisionibus prosperum fuerat ostensum, simpliciter ut
fratribus frater exposuit, in inuidiam maleuolus animus eru-
pit. Saul quoq; rex ut Dauid odisset, ut persecutionibus sæpe
repetitis innocentem, misericordem, mitem, lenitate patien-
tem necare cuperet, quid aliud quàm zeli stimulus prouoca-
uit? quia Goliad interfecto, & opere ac dignatione diuina
tanto hoste deleto populus admirans in laudes Dauid præ-
dicationis suffragio prosilijt, Saul simultatis atq; insectatio-
nis furias de liuore concepit. Et ne longum faciam singulos
recensendo, pereuntis simul populi attendamus interitum.
Iudæi non ne inde perierunt, dum Christo malunt inuidere
quàm credere? Obtrectantes magnalibus, quæ ille faciebat,
zelo excæcante decepti sunt, nec ad diuina noscenda cordis
oculos aperire potuerunt. Quæ nos considerantes fratres
charissimi, contra tantam mali perniciem uigilanter & for-
titer dicata Deo & uegetata pectora nostra muniamus.
Aliorum mors proficiat ad nostram salutem, imprudentium
pœna prouidentibus confert sanitatem. Non est autem quod
aliquis existimet malum istud una specie contineri, aut bre-

Gen. 4.

Gen. 27. & 37.

1. Reg. 18.

Ibidem 17.

uibus terminis & angusto fine concludi. Latè patet & multiplex & fœcunda pernicies, radix est omnium malorum, & fons cladium seminarium delictorum, materia caparum. Inde odium surgit, animositas inde procedit, ... tiam zelus inflammat, dum quis non potest suo esse contentus uidens alterum ditiorem. Ambitionem zelus excitat, dum cernit quis alium in honoribus altiorem, zelo excitante sensus nostros, ac in ditionē suam mentis arcana ... gente, Dei timor spernitur, magisteriū Christi negligitur, iudicij dies non prouidetur. Inflat superbia, exacerbat ... tia, perfidia præuaricatur, impatientia concutit, furit ... dia, ira feruescit. Nec se potest iam cohibere, nec regere ... factus est potestatis alienæ. Hinc dominicæ uinculum ... rumpitur, hinc charitas fraterna uiolatur, hinc adulteratur ueritas, unitas scinditur, ad hæreses atq; schismata ... silitur, dum obtrectatur sacerdotibus, dum episcopis ... detur, dum quis aut queritur non se potius ordinatum ... dedignatur alterum ferre præpositum. Hinc recalcitrat, hinc rebellat de zelo superbus, de æmulatione peruersus, animositate & liuore non hominis, sed honoris ... Qualis uerò est animi tinea, aut quæ cogitationum ... pectoris quanta rubigo, zelare in altero uel uirtutem ... uel felicitatem, id est, odisse in eo uel merita propria, uel ... neficia diuina, in malum proprium bona aliena ... re, illustrium prosperitate torqueri, aliorum gloriam ... cere suam pœnam, & uelut quosdam pectori suo ... re carnifices, cogitationibus & sensibus suis adhibere ... tores, qui se intestinis cruciatibus lacerent, qui cor ... creta maleuolentiæ ungulis pulsent, non cibus talibus ... tus, non potus potest esse iucundus, suspiratur semper ... gemitur, & doletur. Dūq; ab inuidis nunquàm liuor ...

Inuidia radix omnium malorum.

nitur, diebus ac noctibus pectus obsessum sine intermissione laniatur. Mala cætera habent terminum, et quodcunque delinquitur, delicti consummatione finitur: in adultero cessat facinus perpetrato stupro: in latrone conquiescit scelus homicidio admisso: & prædoni rapacitatem statuit possessa præda, & falsario modum imponit impleta fallacia: zelus terminum non habet, permanens iugiter malum, & sine fine peccatum est. Quantoq; ille cui inuidetur successu meliore profecerit, tantò inuidus in maius incendium liuoris ignibus inardescit. Hinc uultus minax, toruus aspectus, pallor in facie, in labijs tremor, stridor in dentibus, uerba rabida, effrænata conuicia, manus ad cædis uiolentiam promptæ, etiam si gladio interim uacuæ, odio tamen furiosæ mentis armatæ. Et idcirco spiritus sanctus dicit in psalmis: Nolite zelare bene ambulantem in uia sua. Et iterum: Obseruauit peccator iustum & stridebit ad eum dentibus suis. Deus autem irridebit eum, quoniam prouidet quia ueniet dies eius. Hos beatus Paulus Apostolus designat & denotat, dicens: Venenum aspidum sub labijs eorum maledictione & amaritudine plenum est. Veloces ad effundendum sanguinem pedes eorum: contritio & calamitas in uijs eorum, qui uiam pacis non cognouerunt, nec est timor Dei ante oculos eorum. Multò malum lenius, & periculum minus est, cum membra gladio uulnerantur. Facilior cura est, ubi plaga perspicua, & citò ad sanitatem medela subueniente perducitur uulnus quod uidetur: zeli uulnera obstrusa sunt & occulta: nec remedium cura medentis admittunt, qui se intra conscientiæ latebras cæco dolore clauserunt. Quicunque es inuidus & malignus, uideris quàm sis eis, quos odisti, insidiosus, perniciosus, infestus, nullius magis, quàm tuæ salutis inimicus es. Quisquis ille est quem zelo

Inuidia sine termino.

Psal. 36.

Rom. 3.

Psal. 13. & 139.

Inuidia uulnus occultum.

perſequeris, ſubterfugere & uitare te poterit: tu te f
non potes: ubicunq; fugeris, aduerſarius tuus tecum
ſtis ſemper in pectore tuo eſt, pernicies intus inclu
eluctabili catenarum nexu ligatus & uinctus es,
minante captiuus es, nec ſolatia tibi ulla ſubueniun
ucrans malum eſt, hominem perſequi ad Dei gra
tinentem: calamitas ſine remedio eſt, odiſſe felicem.
co, fratres dilectiſſimi, huic periculo conſulens Dom
quis zelo fratris in laqueũ zabuli incurreret, cũ eum
puli interrogaſſent quis inter illos maior eſſet: Qui
inquit, minimus in omnibus uobis, hic erit magnus.
tauit omnem æmulationem reſponſo ſuo, omnem
materiam mordacis inuidiæ eruit & abſcidit. Di
Chriſti zelare non licet, nõ licet inuidere. Exaltatio
nos non poteſt eſſe contentio, de humilitate ad ſum
mus, didicimus unde placeamus. deniq; & Apoſtolus
ens & docens, ut qui illuminati Chriſti lumine tenebr
eternæ conuerſationis euaſimus, in factis atque ope
Rom.13. luminis ambulemus, ſcribit & dicit: Nox tranſiit, di
tem appropinquauit: abiiciamus ergo opera tenebr
& induamur arma lucis, tanquàm in die decenter
mus: non in comeſſationibus & ebrietatibus: non in co
piſcentijs & impudicitijs: non in certaminibus &
receſſerunt de pectore tuo tenebræ: ſi nox inde diſſip
ſi caligo deterſa eſt: ſi illuminauit ſenſus tuos ſplen
ſi homo lucis eſſe cœpiſti, quæ ſunt Chriſti ſequer
lux & dies Chriſtus eſt. Quid in zeli tenebras
te nubilo liuoris inuoluis? quid inuidiæ cæcitate
cis & charitatis lumen extinguis? quid ad zabulum
renuntiaueras, iterum redis? quid Cain ſimilis exiſtis
cidij nanque facinore conſtringi eum quiſquis zelauer

odio fratrem ſuum habuerit, declarat Ioannes Apoſtolus in
epiſtola ſua, dicens: Qui fratrem ſuum odit, homicida eſt: et 1.Ioan.3.
ſcitis quia omnis homicida non habet uitam in ſe manentem.
Iterum: Qui dicit ſe eſſe in luce, & fratrem ſuum odit,
in tenebris eſt uſque adhuc, & in tenebris ambulat, & non
ſcit quò eat: quoniam tenebræ excæcauerunt oculos eius.
Qui odit, inquit, fratrem ſuum, in tenebris ambulat, & non 1.Ioan.2.
ſcit quò eat: uadit enim neſcius in gehennam, ignarus &
cecus præcipitatur in pœnam, recedens ſcilicet à Chriſti
lumine, monentis & dicentis: Ego ſum lux mundi: qui me Ioan.8.
ſequutus fuerit, non ambulabit in tenebris, ſed habebit lu-
men uitæ. Sequitur autem Chriſtum, qui præceptis eius in-
ſiſtit, qui per magiſterij eius uiam graditur, qui ueſtigia
eius atque itinera ſectatur, qui quod Chriſtus & fecit &
docuit, imitatur: ſecundum quod Petrus quoque hortatur &
monet, dicens: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, relinquens no- 1.Petr.2.
bis exemplum ut ſequamur ueſtigia eius. Meminiſſe de-
bemus quo uocabulo Chriſtus plebem ſuam appellet, quo
titulo gregem ſuum nuncupet: ioues nominat, ut innocentia
Chriſtiana ouibus æquetur: agnos uocat, ut agnorum natu
ram ſimplicem ſimplicitas mentis imitetur. Quid ſub ueſti-
mento lupus latitat? quid gregem Chriſti, qui Chriſtia-
num ſe mentitur, infamat? Chriſti nomen induere, & non
per Chriſti uiam pergere, quid aliud quàm prænaricatio,
eſt diuini nominis, quàm deſertio itineris ſalutaris: cum,
& ipſe doceat & dicat eum ad uitam uenire, qui manda- Matth.19.
ta ſeruauerit, & eum eſſe ſapientem, qui uerba eius au-
dierit & fecerit? doctorem quoq; eum maximum in regno
cælorum uocari, qui fecerit & ſic docuerit: tunc prædicanti
profuturum, quod benè atque utiliter prædicatum fuerit,
ſi id quod ore promitur, factis ſequentibus impleatur? Quid

uerò insinuauit crebrius discipulis suis Dominus: quid
salutaria monita & præcepta cœlestia custodienda, ser
dáq; magis mandauit, quàm ut eadem dilectione qua
puos ipse dilexit, nos quoque inuicem diligamus? Qu
do autem uel pacem Domini, uel charitatem tenet, qu
tercedente zelo nec pacificus potest esse, nec charus
& Apostolus Paulus cum pacis & charitatis mer
promeret, cumq; assueueraret firmiter & doceret nec
sibi, nec eleemosynas, nec passionem quoque ipsam co
nis & martyrij profuturam, nisi charitatis fœdera
atque inuiolata seruasset, adiecit, & dixit: Charitas mag
1. Cor. 13. nima est, charitas benigna est, charitas non zelat. Do
scilicet & ostendens cum posse charitatem tenere, qu
magnanimus & benignus, & à zelo & liuore alien
Item alio loco cum moneret, ut homo iam sanctus spiritu
nus natiuitate cœlesti Dei filius factus non nisi spiritu
& diuina sectetur, ponit & dicit: Et ego quidem fratres
1. Cor. 3. potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus
quasi infantibus in Christo. Lac uobis potum dedi, non
bum: nondum enim poteratis, sed neque adhuc potestis
huc enim estis carnales: ubi enim in uobis zelus & con
tio & dissensiones sunt, non ne carnales estis, & secundu
hominem ambulatis? Obterenda sunt fratres charissimi
tia & peccata carnalia, & terreni corporis infesta lasciv
rituali uigore calcanda: ne dum iterum ad ueteris hom
conuersationem reuoluimur, letalibus laqueis implicem
Apostolo hoc idem prouidenter & salubriter præmo
te: Itaq; inquit, fratres non secundū carnem uiuamus. Si en
2. Cor. 10. secundum carnem uixeritis, mori incipietis. Si autem spi
opera carnis mortificaueritis, uiuetis: quotquot
spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Si filij Dei

mus, si templa eius esse iam cœpimus: si accepto spiritu san
cto, sancte & spiritualiter uiuimus, si de terris oculos ad
cœlum sustulimus, si ad superna & diuina plenum Deo
Christo pectus erexim us, non nisi quæ sunt Deo & Chri
sto digna faciamus: sicut & Apostolus ponit & dicit: Si con Coloss. 3.
surrexistis, inquit, cum Christo, quæ sursum sunt quærite,
ubi Christus est in dextra Dei sedens: quæ sursum sunt sapi
te, non quæ super terram. Mortui enim estis, & uita uestra
abscondita est cum Christo in Deo: cum autem Christus ap
paruerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in
gloria. Qui ergo in baptismo secundum hominis antiqui
peccata carnalia & mortui & sepulti sumus, qui regene
ratione cœlesti Christo consurreximus, quæ sunt Christi &
cogitemus pariter & geramus: sicut idem Apostolus docet
rursus & monet, dicens: Primus homo de terræ limo. Secun- 1. Cor. 15.
dus homo de cœlo: qualis ille de limo, tales et qui de limo: &
qualis cœlestis, tales et cœlestes. Quomodo portauimus ima
ginē eius qui de limo est, portemus et imaginem eius qui de
cœlo est. Imaginem autem cœlestē portare possumus, nisi in
eo quod esse iam cœpimus, Christi similitudinē præbeamus:
hoc est enim mutasse quod fueras, et cœpisse esse quod non
eras, ut in nobis diuina natiuitas luceat, ut ad Deum patrem
deifica disciplina respōdeat, ut honore & laude uiuēdi Deus
in homine clarescat, ipso hortante & monente, & eis qui
se clarificant, uicem mutuam pollicente: Eos, inquit, qui cla- Ioan. 12.
rificant me, clarificabo, & qui spernit me, spernam. Ad
quam clarificationem formans nos & præparans Domi
nus & filius Dei similitudinem Dei patris insinuans in E- Leui. 19.
uangelio suo dicit: Audistis quia dictum est: Diliges Matth. 5.
proximum tibi, & odio habebis inimicum tibi. Ego autem
dico uobis, diligite inimicos uestros, & orate pro eis, qui

uos

uos persequuntur, ut sitis filij patris uestri, qui in cœ-
qui solem suum oriri facit super bonos & malos, &
super iustos & iniustos. Si hominibus lætum est &
sum filios habere consimules: & tunc magis gen-
ctat, si ad patrem liniamentis paribus soboles
spondeat: quantò maior in Deo patre lætitia est, cum
spiritualiter nascitur, ut actibus eius & laudibus
nerositas prædicetur? Quæ iustitiæ palma est, quæ
esse te talem, de quo Deus non dicat: Filios genera
tui, ipsi autem spreuerunt me: collaudet te potius
Matth. 25. & inuitet ad præmium, dicens: Venite benedicti
percipite regnum quod uobis paratum est ab
di. His meditationibus corroborandus est animus,
lectissimi, eiusmodi exercitationibus contra omnia
iacula firmandus. Sit in manibus diuina lectio, in
minica cogitatio. Oratio iugis omnino non cesset.
operatio persæueret. Spiritualibus semper actibus
mur, ut quotiescunque inimicus accesserit, quotie
tentauerit, & clausum aduersus se pectus inuenit
Coronæ Christianorũ uariæ. matum. Non enim Christiani nominis corona una
tempore persecutionis accipitur. Habet & pax
suas, quibus de uaria & multiplici congressione
prostrato & subacto aduersario coronamur. Lic
subegisse, continentiæ palma est. Contra iram, con
riam repugnasse, corona patientiæ est. De auarit
phus est, pecuniam spernere. Laus est fidei, fiducia
rum mundi aduersa tolerare. Et qui superbus in
non est gloriam de humilitate consequitur. Et qui
rum fouendorum misericordiam pronus est, re
thesauri cœlestis adipiscitur. Et qui zelare non
unanimis & mitis fratres suos diligit, dilectionis

eis præmio honoratur. In hoc uirtutum stadio quotidie cur
rimus, ad has iustitiæ palmas & coronas sine intermissio-
ne temporis peruenimus: ad quas ut tu peruenire etiam pos
sis, qui fueras zelo & liuore possessus, omnem illam malitiæ
eam, quæ prius tenebaris, abijce, ad uiam uitæ æternæ uesti-
gijs salutaribus reformare. Euelle de pectore tuo spinas &
tribulos, ut te dominicum semen fertili fruge locupletet, ut
diuina & spiritualis seges in copiam fœcundæ messis exu-
beret. Venena fellis euome, discordiarum uirus exclude,
purgetur mens quam serpentinus liuor infecerat. Amaritu-
dinis omnis, quæ intus infederat, Christi dulcedine leniatur.
Qui de sacramento crucis & cibum sumis & potum, lignũ
quod apud Mara profecit in imagine ad saporis dulcedi-
nem, tibi in ueritate proficiat ad mulcendi pectoris lenita-
tem. Nec ad medelam prosperandæ ualetudinis labores,
unde uulneratus fueras, inde curare. Ama eos quos antè o-
deras, dilige illos quibus iniustis obtrectationibus inuide-
bas. Bonos imitare, si potes: si sectari non potes, collætare
certe & gratulare melioribus: fac te illis adunata dilectio-
ne participẽ, fac te cõsortio charitatis et fraternitatis uinculo
haberedẽ. Dimittentur tibi debita, quando tu ipse dimi-
seris. Accipietur sacrificia tua, cum pacificus ad Deũ ueneris.
Dirigetur atque actus tui diuinitus dirigentur, quando ea quæ
diuina & iusta sunt cogitaueris, sicut scriptum est: Cor uiri Prouerb. 16.
cogitat iusta, & à Deo dirigentur gressus eius. Habes au- Genes. 4.
rem multa quæ cogites. Paradisum cogita, quò Cain non re-
dit, qui zelo fratrem suum perenit. Cogita cœleste regnum,
ad quod non nisi concordes atque unanimes Dominus
admittit. Cogita quòd filij Dei hi soli possint uoca-
ri, qui sint pacifici, qui natiuitate cœlesti & lege di-
uina ad similitudinem Dei patris & Christi respondent

aduna

adunati. Cogita sub oculis nos Dei stare, spectante ac
cante ipso conuersationis ac uitæ nostræ curricula de
re, peruenire nos tunc demum posse, ut eum uidere
gat, si ipsum nũc uidentem delectemus actibus nostris
dignos gratia eius & indulgentia præbeamus, si pla
semper in regno, in hoc mundo ante placeamus.

SERMO TERTIVS.

De Bono patientiæ.

Sermo tertius eiusdẽ diui Cypriani de bono patientiæ
à Christo incipiens & per sanctorum exemplaria discurren
quàm sit utilis patientia & necessaria uniuersis, & maxim
stianis, qui diabolo impugnante plus quatiuntur.

DE PATIENTIA locuturus, fr
dilectißimi, & utilitates eius &
da prædicaturus, unde potius in
quàm quòd nunc quoque ad audi
uestram patiẽtiam uideo esse necessa
ut nec hoc ipsum quod auditis & discitis, sine patie
cere possitis. Tunc enim demum sermo & ratio
efficaciter discitur, si patienter quod dicitur audiatur.
inuenio, fratres dilectißimi, inter cæteras cœlestis d
uias, quibus ad consequenda diuinitus præmia spe
nostræ secta dirigitur, quid magis sit uel utilius ad
uel maius ad gloriam, quàm ut qui præceptis domi
sequio timoris ac deuotionis innitimur, patientiam
tota obseruatione tueamur: hanc se sectari philosophi
profitentur, sed tam illic patientia falsa est, quàm
entia falsa est. Vnde enim uel sapiens esse uel
possit, qui nec sapientiam, nec patientiam Dei

quando de ijs qui sibi sapere in mundo uidentur, ipse mo-
neat & dicat: Perdam sapientiam sapientium, & pruden- Esaiæ 29.
tiam prudentium reprobabo. Item beatus Apostolus Pau-
lus plenus spiritu sancto, & uocandis formandisq; gentibus Coloss. 2.
missus, contestetur & instruat, dicens: Videte ne quis uos
decipiat per philosophiam & inanem fallaciam, secun-
dum traditionem hominum, secundum elementa mundi, &
non secundum Christum, quia in ipso inhabitat omnis ple-
nitudo diuinitatis. Et alio loco: Nemo se, inquit, decipiat. Si 1. Cor. 3.
quis putat sapientẽ se esse in uobis, mundo huic stultus fiat,
ut sit sapiens. Sapientia huius mundi, stultitia est apud Deũ:
scriptum est enim: Reprehendam sapientes in astutia eo- Iob 5.
rum. Et iterum: Cognouit Dominus cogitationes sapientium Psal. 93.
quia stultæ sunt. Quare si sapientia illic uera nõ est, esse non
potest nec uera patientia. Nam si patiens ille est qui hu-
milis & mitis est, philosophos autem nec humiles uidemus
esse nec mites, sed sibi multum placentes, & hoc ipso quòd
sibi placeant Deo displicentes: apparet non esse illic ueram Philosophi
patientiam, ubi sit insolens affectatæ libertatis audacia, & Deo displi-
exerti ac seminudi pectoris inuerecunda iactantia. Nos au- centes.
tem fratres charißimi, qui philosophi non uerbis, sed factis
sumus, nec uestitu sapientiam, sed ueritate præferimus, qui
uirtutum magis conscientiam quàm iactantiam nouimus,
qui non loquimur magna, sed uiuimus quasi serui & culto-
res Dei, patientiam quam magisterijs cœlestibus discimus,
obsequijs spiritualibus præbeamus. Est enim nobis cum
Deo uirtus ista communis. Inde patientia incipit: inde cla-
ritas eius & dignitas caput sumit. Origo & magnitudo pa- Patientiæ ori-
tientiæ Deo autore procedit. Diligenda res homini quæ go à Deo.
Deo chara est. Bonum quod amat diuina maiestas, commen-
dat. Si Dominus nobis & Deus pater est, sectemur patien-

tiam Dei pariter & patris: quia & seruos oportet esse
sequentes, & filios non decet esse degeneres. Qualis
in Deo & quanta patientia, quòd in contumeliam suam
iestatis & honoris instituta ab hominibus profana tem
& terrena figmenta, & sacra sacrilega patientissime
nens, super bonos & malos æqualiter facit diem nasci
lumen solis oboriri, & cum imbribus terram rigat, nec
beneficijs eius excluditur, quò minus iustis similiter &
iustis discretas pluuias largiatur. Videmus insepa
æqualitate patientiæ nocentibus & innoxijs, religiosis
impijs, gratias agentibus & ingratis Dei nutu tem
obsequi, elemēta famulari, spirare uentos, fontes fluere
descere copias meßium, fructus mitescere uinearum, e
berare pomis arbusta, nemora frondescere, prata flore
cum crebris imò continuis exacerbetur offensis Deus
gnationem suam temperat, & præstitutum semel retr
tionis diem patienter expectat. Cumq; habeat in pote
uindictam, mauult diu tenere patientiam, sustinens
clementer & differens, ut si fieri potest, multum
protracta aliquando mutetur, & homo in errorum
lerum contagione uolutatus uel serò ad Dominum
tatur, ipso monente & dicente: Nolo mortem mori
quantum ut reuertatur & uiuat. Et iterum: Reuertimini
me, dicit Dominus. Et iterum: Reuertimini ad Dom
Deum uestrum, quoniam misericors & pius est, & p
& multæ miserationis, & qui sententiam flectat ad
malitias irrogatas. Quod item Apostolus Paulus com
morans, & peccatorem ad pœnitentiam reuocans, pro
nit & dicit: Aut nunquid opulentiam bonitatis eius
stentionis & longanimitatis contemnis, ignorans qu
patientia & bonitas Dei ad pœnitentiam te adducit?

Bonis ac malis sol exoritur.

Vindictam differt Deus.

Ezech. 18.
Malach. 3.
Iohel. 2.
Rom. 2.

autem secundum duritiam tuam & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuiq; secundū opera sua. Iustum iudicium Dei dixit esse, quia serum est, quia diu multumq; differtur, ut homini ad uitam longa Dei patientia consulatur. Tunc repræsentatur pœna impio & peccatori, quando iam non potest pœnitentia prodesse peccanti: atq; ut plenius intelligere poßimus, fratres dilectißimi, quia patientia Dei res est, & quisquis lenis & patiens & mitis est, Dei patris imitator est, cum in Euangelio suo Dominus præcepta in salutem daret, & diuina monita depromens ad perfectum discipulos erudiet, posuit & dixit: Audistis quia dictum est: Diliges proximū tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis: Diligite inimicos uestros, & orate pro eis, qui uos persequuntur, ut sitis filij patris uestri qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim dilexeritis eos qui uos diligunt, quam mercedem habebitis? non ne hoc & publicani faciunt? Et si salutaueritis fratres uestros tantum, quid amplius facietis? non ne ethnici idipsum faciunt? Estote itaq; uos perfecti, sicut pater uester cœlestis perfectus est. Sic perfectos dixit fieri Dei filios, sic consummari ostendit & docuit cœlesti natiuitate reparatos, si patientia Dei patris maneat in nobis, si similitudo diuina, quā peccato Adam perdiderat, manifestetur & luceat in actibus nostris. Quæ gloria est similem Deo fieri, qualis & quanta felicitas habere in uirtutibus, quod diuinis laudibus poßit æquari? Nec hoc fratres dilectißimi Iesus Christus & Dominus Deus noster tantū uerbis docuit, sed adimpleuit & factis. Et quia ad hoc descendisse se dixerat, ut uoluntatem patris faceret, inter cætera admirabilia suarum uirtutum, quibus indicia

Leuit. 19.
Matth. 5.

Patientia Christi.

diuinæ maiestatis expreſsit, paternam quoq; patientiæ
lerantiæ tenore ſeruauit: omnes deniq; actus eius a
ſtatim aduentu patientia comite ſignantur, quod
de illa ſublimitate cœlesti, ad terrena deſcendens, non
natur Dei filius carnem hominis induere, ut cum pec
ipſe nõ eſſet, aliena peccata portaret. Immortalitate
poſita, fieri ſe & mortalem patitur, ut innocens pro
tium ſalute perimatur. Dominus baptizatur à ſeruo,
miſſam peccatorum daturus, ipſe non dedignatur
regenerationis corpus abluere: diebus quadraginta
per quem cæteri ſaginantur: eſurit & famem ſentit,
fame ſermonis & gratiæ fuerant, cœlesti pane ſatia
tur. Cum diabolo tentante cõgreditur, & inimicum
uiciſſe contentus, nil ultra uerba conatur. Diſcipulis
ſeruis dominica poteſtate præfuit, ſed benignus &
terna eos charitate dilexit. Dignatus eſt etiam pedes
ſtolorum lauare, ut dum circa ſeruos talis eſſet Do
exemplo ſuo doceret, qualis circa compares & æqua
debeat eſſe conſeruus. Nec mirandum quòd circa
tes talis extiterit, qui Iudam potuit uſq; ad extremum
ga patientia ſuſtinere, cibum cum ininico ſumere,
domeſticum ſcire, nec palam oſtendere, traditoris
non recuſare. In Iudæis uerò tolerandis æquanimitas
ta, & quanta patientia? incredulos ad fidem ſuadere
ſtere, obſequio ingratos fouere, contradicentibus re
re leniter, ſuperbos ſuſtinere clemẽter, humiliter
tibus cedere, prophetarũ interfectores & aduerſum
ſemper rebelles uſq; ad crucis & paſſionis horam
ligere: ſub ipſa autem paſſione & cruce priuſquam
delitatem necis & effuſionem ſanguinis ueniretur, quæ
uiciorum probra patienter audita, quæ contumeliæ

Æquanimitas.

tolerata ludibria! ut inſultantium ſputamina patienter exci-
peret, qui ſputo ſuo cæci oculos paulò antè formaſſet: & cu-
tus in nomine nunc à ſeruis eius zabulus cum angelis ſuis
flagellatur, flagella ipſe pateretur: coronaretur ſpinis, qui
martyres floribus coronat æternis: palmis in faciem uerbe-
raretur, qui palmas ueras uincentibus tribuit: ſpoliaretur ue-
ſte terrena, qui indumento immortalitatis cæteros ueſtit: ci-
baretur fele, qui cibum cœleſtem dedit: aceto potaretur, qui
pocilum ſalutare propinauit. Ille innocens, ille iuſtus, imò
innocentia ipſe, & ipſe iuſtitia, inter facinoroſos deputatur,
& teſtimonijs falſis ueritas premitur, iudicatur iudicatu-
ra, & Dei ſermo ad uictimam tacens ducitur. Et cum ad
crucem Domini confundantur ſydera, elementa turbentur,
contremiſcat terra, nox diem claudat, Sol ne Iudæorum fa-
cinus aſpicere cogatur, & radios & oculos ſuos ſubtrahat:
ille non loquitur, nec mouetur, nec maieſtatem ſuam ſub ipſa
ſalem paſſione profitetur: uſq; ad finem perſeueranter ac
iugiter tolerantur omnia, ut conſumetur in Chriſto plena
& perfecta patientia. Et poſt iſta adhuc interfectores ſuos,
ſi conuerſi ad eum fuerint, ſuſcipit, & patientia ſua ſalutari
ad conſeruandos benignus & patiens eccleſiam ſuam ne-
mini claudit: illos aduerſarios, illos blaſphemos, illos nomi-
nos ſui ſemper inimicos, ſi pœnitentiam delicti agant, ſi ad-
miſſum facinus agnoſcant, non ſolum ad indulgentiam cri-
minis, ſed ad præmium regni cœleſtis admittit. Quid poteſt
patientius, quid benignius dici? uiuificatur Chriſti ſangui-
ne etiam qui effudit ſanguinem Chriſti: talis eſt Chriſti ac
tantæ patientia, quæ niſi tanta ac talis exiſteret, Paulum
quoq; Apoſtolum eccleſia non haberet. Quòd ſi & nos fra-
tres chariſſimi, in Chriſto ſumus, ſi ipſum induimus, ſi ipſe
eſt ſalutis noſtræ uia, qui Chriſtum ueſtigijs ſalutaribus ſe-

quimur, per Christi exempla gradiamur, sicut Ioan.
1.Ioan.2. Apostolus instruit dicens: Qui dicit se in Christo man
debet quomodo ille ambulauit, & ipse ambulare. Item
trus, super quem ecclesia Domini dignatione fundata est
1.Pet.2. epistola sua ponit & dicit: Christus passus est pro nob
linquens uobis exemplum ut sequamini uestigia eius,
peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius,
cum maledicceretur, non remaledicebat: cum pateretur
comminabatur. Tradebat se iudicanti se iniustè. Inuen
deniq; & patriarchas, & prophetas, & iustos omnes
figuram Christi imagine præeunte portabant, nihil
custodisse in laude uirtutum suarum, quàm quòd patien
Gen.4. forti & stabili æquanimitate tenuerunt. Sic Abel origi
martyrij & passionem iusti hominis initians primus
dedicans, aduersus fratrem fratricidam non resistit nec
luctatur, sed humilis & mitis patienter occiditur. Sic Abr
Gen.22. ham Deo credens & radicem ac fundamentum fidei
mus instituens, tentatus in filio non dubitat neq; cunctatus
sed præceptis Dei tota patientia deuotionis obsequi
Et Isaac ad hostiæ dominicæ similitudinem præfigur
Gen.32. quando à patre immolandus offertur, patiens inuenitur.
Iacob fugatus à fratre, de domo sua patienter excedit,
maiore patientia postmodum supplex adhuc magis imp
& persecutorem muneribus pacificis ad concordiam
cat. Ioseph uenundatus à fratribus & relegatus non
patienter ignoscit, sed & gratuita frumenta uenientibus
giter & clementer impartit. Moyses ab ingrato & per
populo contēnitur frequenter, & penè lapidatur, &
lenis & patiens pro eisdem Deum deprecatur. In D
uerò ex quo secundum carnem Christi natiuitas
quàm magna & mira & Christiana patientia, habuisse

manu sæpe, ut Saul regem persequentem se, & interficere
concupiscentem, posset occidere, & tamen subditum sibi &
traditum maluisse seruare, nec rependisse inimico uicem,
sed occisum adhuc insuper & uindicasse! Tot deniq; pro-
phetæ interfecti, tot martyres gloriosis mortibus honorati,
qui omnes ad cœlestes coronas patientiæ laude uenerunt.
Neq; enim potest accipi dolorum & passionum corona, nisi
præcedat in dolore & passione patientia. Quàm sit autem
patientia utilis & necessaria, fratres dilectissimi, ut manife-
stius & plenius possit nosci, Dei sententia cogitetur, quam
in origine statim mundi & generis humani Adam præce-
pti immemor & datæ legis transgressor accepit, tunc scie-
mus quàm patientes in isto seculo esse debeamus, qui sic na- Gen.3.
scimur, ut pressuris istic & conflictationibus laboremus.
Quia audisti, inquit, uocem mulieris tuæ, & manducasti ex
illa arbore, de qua sola præceperam tibi ne manducares, ma
ledicta terra erit in omnibus operibus tuis. In tristitia &
gemitu edes ex ea omnibus diebus uitæ tuæ. Spinas & tri-
bulos eijciet tibi, & edes pabulum agri. In sudore uultus
tui edes panem tuum, donec reuertaris in terram, de qua Homo ciuis.
sumptus es, quia terra es, & in terram ibis. Huius sententiæ
uinculo colligati omnes & constricti sumus, donec morte
expuncta de isto seculo recedamus. In tristitia & gemitu
simus necesse est omnibus diebus uitæ nostræ. Edamus pa-
nem necesse est cum sudore & labore. Vnde unusquisq; cum
nascitur, & hospitio huius mundi excipitur, initium sumit
à lacrymis: & quamuis adhuc omnium nescius & ignarus,
nihil aliud nouit in illa ipsa prima natiuitate, quàm flere,
prouidentia naturali lamentatur. Vitæ mortalis anxietates,
& labores, & procellas mundi, quas ingreditur, in exor-
dio statim suo ploratu uel gemitu rudis anima testatur. Su-

datur enim quandiu istic uiuitur & laboratur. Nec sa-
tibus & laborantibus possunt alia magis quàm pati-
subuenire solatia, quæ cũ apta sint & necessaria in isto
do uniuersis, tum magis nobis qui diabolo impugnante
quatimur, qui in acie quotidie stantes inueterati & ex-
tati hostis colluctationibus fatigamur, quibus præter
& assiduas tentationũ pugnas & in persecutionum
certamine patrimonia relinquenda sunt, subeundus
portandæ catenæ, animæ impendendæ, gladius, bestiæ
cruces, omnia deniq; tormẽtorum ac pœnarum genera
& uirtute patientiæ perferenda, Domino ipso instruente
dicente: Hæc locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis
Ioan.16. seculo autem pressuram habebitis, sed, fidite quoniã ego
mundũ. Si autem qui diabolo & mundo renũtiauimus
suras & infestationes diaboli & mundi crebrius ac
tius patimur, quantò magis patientiã debemus tenere
adiutrice & comite omnia infesta toleremus. Domini &
Matth.10. gistri nostri salutare præceptũ est: Qui tolerauit, in quo
Ioan.8. ad finem, hic saluus erit. Et iterũ: Si permanseritis, in quo
uerbo meo, uerè discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem
& ueritas liberabit uos. Tolerandum & perseuerandum
fratres dilectissimi, ut ad spem ueritatis & libertatis ad
si, ad ueritatem & libertatem ipsam peruenire possimus
quia hoc ipsum quòd Christiani sumus, fidei & spei
est: ut autem spes & fides ad fructum sui possint peruenire
patientia opus est. Non enim præsentem gloriam sequi-
mur, sed futuram, sed quod Apostolus Paulus monet,
Rom.8. cens: Spe saluati sumus. Spes autem quæ uidetur nõ est spes
quod enim uidet quis, quid sperat? Si autem quod non
demus speramus, per patientiam expectamus, propter
expectatio & patientia necessaria est, ut id quod esse cœp-
ra

mus, impleamus, & quod credimus & speramus, Deo præ-
stante capiamus. Denique alio in loco idem Apostolus iu-
stos & operantes, & fœnoris diuini incremento cœlestes
thesauros sibi recondentes, ut patientes quoque sint, instruit
& docet, dicens: Ergo dum tẽpus habemus, operemur quod Galat.6.
bonum est ad omnes, maximè uerò ad domesticos fidei. Bo-
num autem facientes non deficiamus, tempore enim suo
metemus. Admonet ne quis impatiens in operatione defici-
at, ne quis tẽtationibus aut auocatus, aut uictus, in medio lau-
dis & gloriæ itinere desistat, & pereant præterita, dum
quæ cœperant desinunt esse perfecta. Sicut scriptum est: Iu- Ezech. 33.
stitia iusti non liberabit eum in quacunque die exerraue-
rit. Et iterum: Tene quod habes, ne alius accipiat coronam Apocal.3.
tuam: quæ uox adhortatur patienter & fortiter perseuera-
re, ut qui ad coronam & laudem iam proximam nititur, du-
rante patientia coronetur. Patientia autem fratres dilectis-
simi, non tantum bona custodit, sed & repellit aduersa. Spi-
ritui sancto fauens, & cœlestibus ac diuinis cohærens, con-
tra facta carnis & corporis, quibus anima expugnatur &
capitur, uirtutum suarum propugnaculo reluctatur. Inspi-
ciamus denique pauca de multis, ut de paucis intelligantur
& cætera, Adulterium, fraus, homicidium, mortale crimen
est. Sit fortis & stabilis in corde patientia, & nec adulte-
rio sanctificatum corpus & Dei templum polluitur, nec iu-
stitiæ dicata innocentia contagione fraudis inficitur, nec post
gustatam Eucharistiam manus gladio & cruore maculan-
tur. Charitas fraternitatis uinculum est fundamentum pacis, Charitas.
tenacitas ac firmitas unitatis, quæ & spe & fide maior est,
quæ & opera & martyria præcedit, quæ nobiscum semper
æterna apud Deum in regnis cœlestibus permanebit. Tolle
illi patientiam, & desolata non durat. Tolle sustinendi

tolerandiq; substantiã, & nullis radicibus ac uiribus p
ucrat. Apostolus deniq; cum de charitate loqueretur, p
1.Cor.13. tiam & patientiã illi iunxit: Charitas magnanima est,
tas benigna est, charitas nõ æmulatur, nõ inflatur, nõ
tur, nõ cogitat malũ, omnia diligit, omnia credit, omnia
rat, omnia sustinet. Ostẽdit inde illã * perseuerare in
ter posit, qui norit omnia sustinere. Et alibi in loco si
tes, inquit, inuicẽ in dilectione satis agẽtes, seruate
spiritus in coniunctione pacis: probauit nec unitatem
posse, nec pacem, nisi se inuicem fratres mutua toler
ueant, & concordiæ uinculum patientia intercedente
diant: quid deinde, ut non iures neque maledicas, ut
ta non repetas, ut accepta alapa & alteram maxillam
beranti præbeas, ut fratri in te peccanti non tantum
sed septuagies septies, sed omnino peccata dimittas,
gas inimicos tuos, ut pro aduersarijs & persecutor
precem facias. Non poteris ista perferre, nisi tolerantiæ
patientiæ teneas firmitatem. quod factum uidemus in
phano, qui cum à Iudæis ui & lapidibus necaretur, no
uindictam, sed interfectoribus ueniam postulabat, dicens
Actuum 7. mine ne statuas illis hoc peccatum. Sic esse oportuit
mum martyrem Christi, qui martyres secuturos
morte præcurrens, non tantum Dominicæ passionis
cator esset, sed & patientißimæ lenitatis imitator. Q
cam de ira, de discordia, de simultate, quæ in Christian
non debent? si patientia in pectore, & hæc illic
habere non possunt: aut si adire tentauerint, citò
excluſa, ut domicilium pacificum perseueret in cord
ubi pacis delectet habitare. Admonet denique Apost
& docet dicens: Nolite contristari spiritum sanctum
in quo signati estis in diem redemptionis. Omnis am

*al's, perseuerare posse, quòd norit omnia sustinere.

do, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia auferantur à uobis. Si enim Christianus à furore & contentione cernali tanquam de maris turbinibus excesßit, & tranquillus ac lenis in portu Christi esse iam cœpit, nec iram aut discordiam debet intra pectus admittere, cui nec malum pro malo reddere licet, nec odisse. Nec non ad uaria quoque carnis incommoda, & crebros corporis durosq; cruciatus, quibus humanum genus quotidie fatigatur & patitur, patientia necessaria est. Nam cum in illa prima trangressione præcepti firmitas corporis cum immortalitate discesserit, & cum morte infirmitas uenerit, nec posßit firmitas recipi, nisi cum recepta & immortalitas fuerit, oportet in hac fragilitate atque infirmitate corporea luctari semper & congredi, quæ luctatio & congreßio non nisi patientiæ uiribus potest sustineri. Examinandis autem nobis atq; explorandis diuersi importantur labores, & multiplex tentationum qualitas irrogatur, de iacturis facultatum, de ardoribus febrium, de cruciatu uulnerum, de amißione charorum. Nec aliud magis iniustos discernit & iustos, quàm quòd in aduersis per impatientiam queritur & blasphemat iniustus, patientia iustus probatur, sicut scriptum est: In dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe, quoniam igne probatur aurũ atq; argentum. Sic Iob examinatus est & probatus est, ad summum fastigiũ patientiæ laudis uirtute prouectus. Quanta aduersus eum iacula zabuli emisit! quanta admota tormenta! iactura rei familiaris instigauit, uenerosæ sobolis orbitas irrogatur, dies in cẽsu Domini, & in liberis pater ditior, nec Dominus repentè, nec pater est: accedit uulnerum uastitas, & tabescentes ac defluentes artus, uermium quoque edax pœna consumit. Ne quid omnino remaneret, quod non Iob in suis tẽtationibus

Patientiæ omnibus necessaria.

Eccl.2.

Iob patientia probatus.

nibus experiretur, armat zabulus & uxorem illo an
nequitiæ suæ usus ingenio, quasi omnes per mulierem
pere posset & fallere, quod fecit in origine: nec tamen
grauibus ac densis conflictationibus frangitur, quò m
inter illas angustias & pressuras suas Dei benedictio
ce patientia prædicetur. Tobias quoque post iustitiæ
sericordiæ suæ opera magnifica, luminum amissione
tus, in quantum patienter cæcitatem pertulit, in tantum
diter Deum patientiæ laude promeruit. Atque ut magis
tres dilectissimi, patiētiæ bonum luceat, quid mali e con
rio impatientia importet, consideremus. Nam ut pa
tia bonum Christi est, sic econtra impatiētia zabuli ma
& sicut in quo habitat & manet Christus, patiens
uenitur, ita impatiens semper existit, cuius mentem za
nequitia possidet. Exordia deniq; ipsa uideamus. Zabu
hominem ad imaginem Dei factum impatienter tulit, inde
perijt primus & perdidit. Adam contra præceptum cæ
ste cibi letalis impatiens, in mortem cecidit, nec accep
diuinitus gratiam patientia custode seruauit: & ut fratr
Cain perimeret, sacrificij eius & muneris impatiens fuit
quòd Esau de maioribus ad minora descendit, primatus
per impatientiam lentis amisit. Quid Iudaicus populus
ca beneficia diuina perfidus & ingratus? non ne quod
Deo primum recessit, impatientiæ crimen fuit? dum Mo
si cum Deo loquentis moras non potest ferre, prosi
Deos ausus est postulare, ut itineris sui duces nuncupa
caput bubulum, & terrestre figmentum: nec unquam
eadem impatientia destitit, quo minus semper docilitatis
diuinæ admonitionis impatiens prophetas suos & iust
quosq; perimendo ad crucem quoq; & sanguinem Dei
prosiliret. Impatientia etiam in ecclesia hæreticos facit, &

Tobias cæcitatem pertulit.

Impatientia.

Adā impatiēs.

Cain impatiēs.

Esau impatiēs.

ad Iudæorum similitudinem contra Christi pacem & cha-
ritatem rebelles ad hostilia & furiosa odia compellit. Et ne
longum sit singulatim recensere omnia, omnino quæ patien
tia ædificat ad gloriam, impatientia destruit ad ruinā. Qua-
re fratres dilectissimi & bonis patientiæ & impatientiæ ma
lis diligenter expensis, patientiam per quam in Christo ma
nemus, ut uenire cum Christo ad Deum possimus, plena
obseruatione teneamus, quæ copiosa & multiplex non an-
gusto fine concluditur, nec breuibus terminis coërcetur.
Late patet patientiæ uirtus, & ubertas eius ac largitas, de
unius quidem nominis fonte proficiscitur, sed exundantibus
uenis per multa gloriarum itinera diffunditur, nec profice-
re aliquid in actibus nostris potest ad consummandam lau-
dem, nisi inde consummationis accipiat firmitatem. Patien-
tia est, quæ nos Deo & commendat & seruat: Ipsa est, quæ
iram temperat, quæ linguam frænat, mentem gubernat, pa-
cem custodit, disciplinam regit, libidinis impetum frangit,
tumoris uiolentiam comprimit, incendium simultatis extin
guit, coërcet potentiam diuitum, inopiam pauperum refo-
uet: tuetur in uirginibus beatam integritatem, in uiduis labo
riosam castitatem, in coniunctis & maritatis indiuiduam
charitatem: facit humiles in prosperis, in aduersis fortes, cō
tra iniurias & contumelias mites, docet delinquentibus ci-
tò ignoscere: si ipse delinquas, diu & multum rogare; tenta-
tiones expugnat, persecutiones tolerat, passiones & mar-
tyria consummat. Ipsa est quæ fidei nostræ fundamenta fir-
miter ponit: ipsa est quæ incrementa spei sublimiter pro-
uehit: ipsa actum dirigit, ut tenere possimus uiam Christi, dū
per eius tolerantiā gradimur: ipsa efficit, ut perseueremus fi
lij Dei, dum patientiam patris imitamur. Et quoniam pluri
mos scio fratres dilectissimi, uel pondere iniuriarū ingentiū,

Patientiæ commendatio.

uel

uel dolore de ijs qui aduersum se grassantur & semin
dicare uclociter cupere, nec illud in extrema partem
dum est, ut in istis fluctuantis mundi turbinibus, &
rum siue gentilium & hæreticorum quoq; perfecti
constituti, patienter expectemus ultionis diem, nec a
ctum doloris nostri querula festinatione properemus.
Soph.3. scriptum sit: Expecta me, dicit Dominus, in diem re
ctionis meæ in testimonium, quoniam iudicium meum
congregationes gẽtium ut excipiam reges, & effun
per eos iram meam. Expectare nos iubet Dominus &
ræ ultionis diem forti patientia sustinere: qui & in A
Apocal. 22. lypsi loquitur dicens: Ne signaueris uerba prophetiæ
huius, quia iam tempus in proximo est, ut & ij qui no
rant nocere, noceant: & qui in sordibus est, sordescat
iustus autem adhuc iustior fiat: similiter & qui sanc
sanctior. Ecce uenio citò, & merces mea mecum est
unicuique secundum facta sua. Vnde etiam clamantes
tyres, & ad uindictam suam dolore erumpente propera
tes, expectare adhuc iubentur, & temporibus con
Apocal.6. dis implendisq; martyribus præbere patientiam.
aperuisset, inquit, agnus quintum sigillum, uidi sub
animas occisorum propter uerbum Dei & martyrium
& clamauerunt uoce magna dicentes: Quousque Do
sanctus & uerus non iudicas & uindicas sanguinem
de ijs qui in terris inhabitant? Et datæ sunt eis singu
læ albæ, & dictum est eis ut requiescerent breui adhuc
pore, donec impleatur numerus conseruorum &
trum eorum, quiq; postea occiderentur exemplo
Quando autem uenict sanguinis iusti diuina
Malach.4. declarat per Malachiam prophetam spiritus sanctus
cens: Ecce dies Domini uenit ardens quasi

eruntq; alienigenæ & omnes iniqui stipula, & succendet
illos adueniens dies, dicit Dominus: quod item legimus in
psalmis, ubi Dei iudicis prædicatur aduentus censuræ suæ
maiestate uerendus: Deus manifestus ueniet, Deus noster, & Psal.49.
non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit, et in circuitu eius
procella nimia, aduocabit cœlum desursum, & terram de-
orsum, ut separent populum suum. Colligite illi iustos eius,
eos qui disponunt testamentum eius in sacrificijs: & annun-
tiabunt cœli iustitiam eius, quoniam Deus iudex est. Nam
& Esaias eadem prænuntiat dicens: Ecce enim Dominus si- Esa.66.
cut ignis ueniet, & sicut procellæ currus eius, retribuere in
ira uindictam: in igne enim Domini iudicabuntur, & gladio
eius uulnerabuntur. Et iterum: Dominus Deus uirtutũ pro- Ibid.42.
dibit & comminuet bellum, excitabit certamen, & clama-
bit super inimicos suos cum fortitudine: Tacui tacui, nun-
quid semper tacebo? Quis autem est hic qui tacuisse prius Esa.53.
dicit, & non semper tacebit? utique ille, qui sicut ouis ad
uictimam ductus est, & sicut agnus coram tondente se si-
ne uoce non aperuit os suum: utique ille, qui non clama-
bit, neque in plateis uox eius audita est: utique ille, qui
non fuit contumax neque contradixit, cum dorsum suum
poneret ad flagella, & maxillas ad palmas, faciem suam
non auertit à fœditate sputorum: utique ille, qui cum accu-
seretur à sacerdotibus & senioribus nihil respondit, & ad-
mirante Pilato patientissimum silentium tenuit. Hic est qui
cum in passione tacuerit, in ultione postmodum non tacebit.
Hic est Deus noster, id est, non omnium, sed credentium fide-
lium Deus, qui cum in secundo aduentu uenerit manifestus,
non silebit: nam cum in humilitate prius fuerit occultus, ue-
niens in potestate manifestus. Hunc expectemus iudicem fra-
tres dilectissimi, iudicem & uindicem nostrum, ecclesiæ

suæ pop

suæ populum & ab initio mundi iustorum omnium ma-
rum secum pariter uindicaturum: qui ad uindictam su-
mium festinat & properat, consideret quia necdum uin-
tus est ipse, qui uindicat. Pater Deus præcepit filium
adorari, & Apostolus Paulus diuini præcepti memor
Philipp. 2. nit & dicit: Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen
sit super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu fle-
tur, cœlestium, terrestrium, & infernorum: & in Apo-
Apoc. 19. lypsi angelus Ioanni uolenti adorare se resistit & dicit
de ne feceris, quia conseruus tuus sum & fratrum tuorum
Iesum Dominum adora. Qualis Dominus Iesus, & qua-
patientia, ut qui in cœlis adoratur, necdum uindicetur
terris? Huius patientiam fratres dilectißimi in persecutio-
bus & paßionibus nostris cogitemus. Huius aduentui pla-
expectationis obsequium præbeamus. Nec defendendi
Dominum serui irreligiosa & inuerecunda festinatione p-
peremus. Insistamus potius & elaboremus, et toto corde
gilantes, atq; ad omnem tolerantiam stabiles dominica p-
cepta seruemus, ut cum illa iræ & uindictæ dies ueneris
cum impijs & peccatoribus puniamur, sed cum iustis
Deum timentibus honoremur, Amen.

SERMO QVARTVS,
De Mortalitate.

Sermo quartus beati Cypriani de mortalitate, ad amorem
linquendi hanc uitam exhortans, & ostendens hoc quòd in
lo discrimine cum iniustis iusti moriuntur, non esse putandum
bonis & malis interitum esse communem, quoniam ad refri-
rium iusti uocantur, ad supplicium rapiuntur iniusti.

ETsi apud plurimos uestrum fratres dilectißimi, mor-
lida est, & fides firma, & anima deuota, quæ ad pe-
tis mortalitatis copiam non mouetur, sed tanquam petra-

tis & stabilis turbidos impetus mundi, & uiolentos seculi
fluctus frangit potius, ipsa nec frangitur, & tentationibus
non uincitur, sed probatur: tamen quia animaduerto in ple-
be quosdam uel imbecillitate animi, uel fidei paruitate, uel
dulcedine secularis uitæ, uel sexus mollitie, uel, quod maius
est, ueritatis errore minus stare fortiter, nec pectoris sui diui-
num atq; inuictum robur exerere: dißimulanda res non
fuit nec tacenda, quò minus quantum nostra mediocritas
potest, uigore pleno & sermone de dominica lectione con-
cepto, dedicatæ mentis ignauia comprimatur, & qui homo
Dei & Christi esse iam cœpit, Deo & Christo dignus ha-
beatur. Agnoscere enim se debet fratres dilectißimi, qui deo
militat, qui positus in cœlestibus castris diuina iam sperat,
ut ad procellas & turbines mundi trepidatio nulla sit in no-
bis, nulla contatio, quando hæc uẽtura prædixerit Dominus,
prouidæ uocis hortatu instruens & docens, & præparans
atq; corroborans ecclesiæ suæ populum ad omnem toleran-
tiam futurorum, bella & fames, & terræmotus & pestilen-
tias per loca singula exurgere prænũtiauit & docuit. Et ne
inopinatus nos & nouus rerum infestantium metus quate-
ret, magis ac magis in nouißimis temporibus aduersa cre-
brescere, antè præmonuit. Fiunt ecce quæ dicta sunt, &
quando fiunt quæ antè prædicta sunt, sequẽtur & quæcun-
que promissa sunt, Domino ipso pollicente & dicente: Cum
autem uideritis hæc omnia fieri, scitote quoniam in proximo
est regnum Dei. Regnum Dei fratres dilectißimi esse cœpit
in proximo, præmium uitæ & gaudium salutis æternæ,
& perpetua lætitia & possessio paradisi nuper amissa,
mundo transeunte iam ueniunt, iam terrenis cœlestia, &
magna paruis, & caducis æterna succedunt. Quis hic an-
xietatis & solicitudinis locus est? quis inter hæc trepidus

Ignauia mentis qualiter cõprimenda.

Luc. 21.

& mœstus est, nisi cui spes & fides deest? Eius est enim
tem timere, qui ad Christum nolit ire: eius est ad Chri
nolle ire, qui se non credit cum Christo incipere reg
Scriptum est enim iustum fide uiuere. Si iustus es &
uiuis, si uerè in Deum credis, cur non cum Christo fu
& de Domini pollicitatione securus, quòd ad Christum
ceris, amplecteris, & quòd zabulo careas, gra
Simeon. Simeon deniq; ille iustus, qui uerè iustus fuit, qui fide
Dei præcepta seruauit, cum ei diuinitus responsum
Luc. 2. quòd nõ antè moreretur, quàm Christum uidisset, &
stus infans in templum cum matre uenisset, agnouit
tu natum esse iam Christum, de quo sibi fuerat ante
ctum, quo uiso, sciuit citò se esse moriturum. Lætus
morte iam proxima, & de uicina accersione securus,
pit in manibus puerum, & benedicens Deum, exclam
& dixit: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secun
uerbum tuum in pace, quoniam uiderunt oculi mei sal
tuum: Probans scilicet & contestans tunc esse seru
pacem, tunc liberam & tranquillam quietem, quam
istis mundi turbinibus extracti, sedis & securitatis
portum petimus, quando expuncta hac morte ad
talitatem uenimus. Illa est enim nostra pax, illa fi
quillitas, illa stabilis & firma & perpetua securitas
rum quid aliud in mundo, quàm pugna aduersus di
quotidie geritur? quàm aduersus iacula eius & tela
ctationibus aßiduis dimicatur? Cum auaritia nobis,
pudicitia, cum ira, cum ambitione congreßio est,
nalibus uitijs, cum illecebris secularibus aßidua, &
molesta luctatio est. Obsessa mens hominis & un
buli infestatione uallata, uix occurrit singulis, uix
Si auaritia prostrata est, exurgit libido: si libido con

Vltima semper Expectãda dies homini est, diciq; beatus Ante obitũ nemo supremaq; funera debet.

Hostes hominis.

est, succedit ambitio: si ambitio contempta est, ira exasperat,
inflat superbia, uinolentia inuitat, inuidia concordiam rum-
pit, amicitiam zelus abscindit. Cogeris maledicere, quod lex
diuina prohibet: compelleris iurare, quod nõ licet. Tot per-
secutiones animus quotidie patitur, tot periculis pectus ur-
getur, & delectat hic inter zabuli gladios diu stare, cum
magis concupiscendum sit & optandum, ad Christum sub-
ueniente uelocius morte properare, ipso instruente nos &
dicente: Amen amen dico uobis, quoniam uos plorabitis & Ioan. 16.
plangetis, seculum autem gaudebit: uos tristes eritis, sed tri-
stitia uestra in lætitiam ueniet. Quis non ad lætitiam uenire
festinet? quis non tristitia carere optet? Quando autem in
lætitiam ueniat nostra tristitia, Dominus denuo ipse decla-
rat dicens: Iterum uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, &
gaudium uestrum nemo tollet à uobis. Cum ergo uidere
Christum gaudere sit, nec poßit esse gaudium nostrum nisi
cum uiderimus Christum, quæ cæcitas animi, quæ ue demen
tia est, amare pressuras & pœnas, & lacrymas mundi, &
non festinare potius ad gaudium, quod nunquàm poßit au-
ferri? Hoc autem fit fratres dilectißimi, quia fides deest, quia
nemo credit futura esse quæ promittit Deus, qui uerax est,
cuius sermo credentibus æternus & firmus est. Si tibi uir
grauis & laudabilis aliquid polliceretur, haberes utiq; pol-
licenti fidem, nec te falli ac decipi ab eo crederes, quem sta-
re in sermonibus atq; in actibus suis scires: nunc Deus tecum
loquitur, & tu mente incredula perfidus fluctuas? Deus tibi
de hoc mundo recedenti immortalitatẽ pollicetur atq; æter-
nitatem, & tu dubitas? hoc est Deum omnino non nosse, hoc
est Christum credentium magistrum peccato incredulitatis
offendere, hoc est in ecclesia constitutum fidem in domo fi-
dei non habere. Quantum prosit exire de seculo, Christus

ipse salutis atq; utilitatis nostræ magister ostendit, q
discipuli eius contristarentur, quòd se iam diceret re
Ioan.14. rum, locutus est ad eos, dicens: Si me dilexissetis, gau
quoniam ad patrem uado: docens & ostendens, cum
quos diligimus de seculo exeunt, gaudendum potius
Philip.1. dolendum. Cuius rei memor beatus apostolus Paulus
stola sua ponit & dicit: Mihi uiuere Christus est, &
lucrum. Lucrum maximum computans iam seculi
non teneri, iam nullis peccatis & uitijs carnis odio
ficri, exemptum pressuris angentibus, & uenenatis
faucibus liberatum, ad lætitiam salutis æternæ Christ
cante proficisci. At enim mouet quosdam quòd
cum gentibus nostros morbi istius ualetudo corripi
ad hoc crediderit Christianus, ut & immunis à
malorum, mundo & seculo feliciter perfruatur, &
mnia hîc aduersa perpessus ad futuram lætitiam
Mouet quosdam quòd sit nobis cum cæteris mortal
communis. Quid enim nobis in hoc mundo non
cum cæteris, quandiu adhuc secundum legem
Carne hic æquamur, separamur spiritu.
uitatis manet caro ista cõmunis? Quoadusq; istic
sumus, cum genere humano carnis æqualitate
mur, spiritu separamur. Itaque donec corrup
istud induat incorruptionem, & mortale hoc
mortalitatem, & spiritus nos perducat ad Deum
quæcunq; sunt carnis incommoda, sunt nobis cum
genere communia. Sic cùm flatu sterili terra
neminem fames separat; sic cùm incursione hostili
aliqua possessa est, omnes simul captiuitas uastat. Et
imbres nubila serena longa suspendunt, omnibus
una est. Et cum nauem scopulosa saxa confringunt,
tibus naufragium sine exceptione commune est. Et

rum dolor: & impetus febrium & omnium ualetudo mem-
brorum cum cæteris communis est nobis, quandiu porta-
mus in seculo caro ista communis. Quinimo si qua conditio-
ne, si qua lege crediderit Christianus, noscat & teneat, sciat
plus sibi, quàm cæteris in seculo laborandum, cui magis sit
cum diaboli impugnatione luctandum. Docet & præmo-
net scriptura diuina, dicēs: Fili, accedens ad seruitutem Dei, Eccl.2.
sta in iustitia & in timore, & præpara animam tuam ad
tentationem. Et iterum: In dolore sustine & in timore, &
in humilitate patientiam habe quoniam igne probatur au-
rum similiter & argentum. Sic Iob post rerum damna, post
egrorum funera, uulneribus quoq; & uermibus grauiter
afflictus, non uictus est, sed probatus: qui in ipsis conflicta-
tionibus suis & doloribus patientiam religiosæ mentis osten
debat: Nudus exiui ex utero matris, nudus etiam ibo sub Iob 1.
terram: Dominus dedit & Dominus abstulit: sicut Domino
placuit, ita & factum est, sit nomen Domini benedictum.
Et cum eum uxor sua compelleret, ut ui doloris impatiens
aliquid aduersus Deum querula & inuidiosa uoce loquere-
tur, respondit & dixit: Tanquam una ex insipientibus mu- Iob 2.
lieribus locuta es. Si enim bona suscepimus de manu Domi-
ni, mala non toleremus? In his omnibus quæ contige-
runt Iob, labijs suis nihil peccauit in conspectu Domini.
Itaq; illi testimoniũ perhibet Dominus, dicens: Animaduer-
tisti puerum meum Iob? non est similis illi quisquam in ter-
ra, homo sine querela, uerus Dei cultor. Et Tobias post
operam magnifica, post misericordiæ suæ multa & glorioſa
præconia, cæcitatem luminum passus, timens & benedicens
Deum in aduersis, per ipsam corporis sui cladē creuit ad lau
dem, quem & ipsum uxor sua deprauare tentauit, dicens:
Vbi sunt iustitiæ tuæ? ecce quæ pateris. At ille circa timo- Tob.2.

rem Dei stabilis & firmus, & ad omnem tolerantiam
sionis fide religionis armatus, tentationi uxoris imm
dolore non cessit, sed magis Deum maiore patientia
meruit, quem postmodum Raphaël collaudat & dicit,
ra Dei reuelare & confiteri honorificum est: nam q
orabas tu & Sara nurus tua, ego obtuli memoriam
nis uestræ in cõspectu claritatis Dei. Et cum sepelire
tuos simpliciter, & quia non es cunctatus exurgere
relinquere prandium tuum, & abisti & condidisti
tuum, & missus sum tentare te. Et iterum: Me miss
curare te, & Saram nurum tuam: ego enim sum Ra
unus ex septem angelis sanctis qui assistimus & c
mur ante claritatem Dei. Hanc tolerantiam iusti semp
bucrunt, hanc Apostoli disciplinam de Dominic
runt, non mussitare in aduersis, sed quæcunq; in secu
dunt, fortiter & patienter excipere. Cum Iudæorum
lus hinc semper offenderit, quòd aduersus Deum
Nume. 20. tius murmuraret, sicut testatur in Numeris dom
dicens: Desinat murmuratio eorum à me, & non
tur. Murmurandum non est in aduersis, fratres dile
Psal. 50. sed patienter & fortiter quicquid acciderit sustine
scriptum sit: Sacrificium Deo spiritus contribulatus
Deut. 8. tritum & humiliatum Deus non despicit: In Deutr
quoq; moneat spiritus sanctus per Moysen & dicat D
nus Deus tuus uexabit te, & famem injiciet tibi, & eg
spectet in corde tuo si bene custodieris præcepta eius
non. Et iterum: Tentat uos Dominus Deus uester, ut
diligitis Dominum Deum uestrum ex toto corde u
Gen. 22. & ex tota anima uestra. Sic Abraham Deo placui
Deo placeret, nec amittere filium timuit, nec gerere
cidium recusauit. Qui filium non potes lege & sorte

liorum amittere, quid faceres si filium iubereris occidere?
Ad omnia te facere paratum timor Dei & fides debet. Sit
licet rei familiaris amissio, sit de infestantibus morbis assi- *Exhortatio ad patientiam.*
dua membrorum & cruenta uexatio, sit de uxore, de libe-
ris, de excedentibus charis funebris & tristis auulsio, non
sum tibi offendicula ista, sed prælia: nec debilitent aut fran-
gant Christiani fidem, sed potius ostendant in collectatione
uirtutem. cum contemnẽda sit omnis iniuria malorum præ-
sentium fiducia futurorum bonorum. Nisi præcesserit pu-
gna, non potest esse uictoria: cum fuerit in pugnæ congres-
sione victoria, tunc datur uincentibus & corona: nam gu-
bernator in tempestate dignoscitur, in acie miles probatur.
Delicata iactatio est, cum periculum non est: conflictatio in
aduersis probatio est ueritatis. Arbor quæ alta radice fun-
data est, uentis incumbentibus non mouetur: et nauis quæ
firmi compage solidata est, pulsatur fluctibus nec fatigatur: &
quando area fruges terit, uentos grana fortia & robusta
contemnunt, inanes paleæ flatu portante rapiuntur. Sic &
Apostolus Paulus, post naufragia, post flagella, post carnis
& corporis multa & grauia tormenta, non uexari sed
emendari se dicit in aduersis, ut dum grauius affligitur,
uirtus comprobetur: Datus est mihi, inquit, stimulus carnis 2. Cor. 12.
meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet, ut non extollar:
propter quod Dominum ter rogaui, ut discederet à me, &
dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmi-
tate perficitur. Quando ergo infirmitas uel imbecillitas &
nequitias aliqua grassatur, tunc uirtus nostra perficitur: tunc Eccl. 27.
fides tentata perstiterit, coronatur. sicut scriptum est: Va-
sa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribula-
tionis. Hoc denique inter nos & cæteros interest, qui Deum
nesciunt, quòd illi in aduersis queruntur & murmurant:

nos aduersa non auocant à uirtutis & fidei uerita-
corroborant in dolore. Hoc quòd nunc corporis uire
tus in fluxum uenter euiscerat, quòd in fauciũ
conceptus medullitus ignis exæstuat, quòd assiduo
intestina quatiuntur, quòd oculi ui sanguinis inun
quòd quorundam pedes uel aliquæ membrorum
contagio morbidæ putredinis amputantur, quòd
cturas & damna corporum prorumpente langu
debilitatur incessus, uel auditus obstruitur, uel
aspectus, ad documentum proficit fidei. Contra
tus uastitatis & mortis inconcussi animi uirtutibus
gredi, quanta pectoris magnitudo est? & quanta
tas, inter ruinas humani generis stare erectum, nec
quibus spes in Dominum nulla est, iacere prostratum
tulari magis oportet, & temporis munus amplecti
dum nostram fidem firmiter promimus, & labore
ad Christum per angustam Christi uiam pergimus
Mors quibus timenda. mium uitæ & fidei ipso iudicante capiamus. Mori
meat, sed qui ex aqua & spiritu non renatus
ignibus mancipatur: mori timeat, qui non Christi
passione censetur: mori timeat, qui ad secundam
hac morte transibit: mori timeat, quem de seculo
perennibus pœnis æterna flamma torquebit: mori
cui hoc mora longiore confertur, ut cruciatus eius
tus interim differatur. Multi ex nostris in hac
te moriuntur, hoc est, multi ex nostris de seculo
Mortalitas ista ut Iudæis & gentibus & Christi
pestis est. ita Dei seruis salutaris excessus est. Hoc
ullo discrimine generis humani cum iniustis & iu
riuntur, non est quòd putetis bonis & malis
communem. Ad refrigerium iusti uocantur, ad

rapiuntur iniusti: datur uelocius tutela fidentibus, perfidis
pœna. improuidi & ingrati sumus fratres dilectissimi ad di
uina beneficia, nec quid nobis conferatur agnoscimus. Exce
dunt ecce in pace tutæ cum gloria sua uirgines, ueniẽtis An-
tichristi minas & corruptelas & lupanaria non timentes:
pueri periculum lubricæ ætatis euadunt, ad continentiæ at-
que innocentiæ præmium feliciter perueniunt: tormenta iam
non timet delicata matrona, metum persequutionis, & ma-
nus cruciatusq; carnificis moriendi celeritate lucrata. Pauo-
re mortalitatis & temporis accenduntur tepidi, constringũ
tur remissi, excitantur ignaui: desertores compelluntur, ut
credant: gentiles cogũtur, ut credant: uetus fideliũ populus
ad quietem uocatur: ad aciem recens & copiosus exercitus
robore fortiore colligitur, pugnaturus sine metu mortis cũ
prælio uenerit, qui ad militiam tẽpore mortalitatis accedit.
Quid deinde illud fratres dilectissimi, quale est, quàm perti-
nẽs, quàm necessarium, quòd pestis ista & lues, quæ horri-
bilis & feralis uidetur, explorat iustitias singulorum, &
mentes humani generis examinat, an infirmis seruiant sani?
an propinqui cognatos pie diligant? an misereantur seruorũ
languentium domini? an deprecantes ægros non deserãt me
dici? an feroces uiolentiam suam cõprimant? an rapaces ava
ritiæ ferentis insatiabilem semper ardorem uel metu mortis
extinguant? an ceruicem flectant superbi? an audaciam le-
niant improbi? an pereuntibus charis uel sic aliquid diuites
largiantur & donent sine hærede morituri? Vt nihil aliud
mortalitas ista contulerit, hoc Christianis & Dei seruis
plurimum præstitit, quòd martyrium cœpimus liben-
ter appetere, dum mortem discimus non timere. Exer-
cia sunt nobis ista, non funera, dant: animo fortitudinis glo-
riam, contemptu mortis præparant ad coronam. Sed fortasse *Obiectio.*

aliquis opponat & dicat: Hoc me ergo in præsenti mor-
litate contristat, quòd qui paratus ad confessionem fuer-
& ad tolerantiam passionis toto me corde & plena uir-
te deuoueram, martyrio meo priuor, dum morte præuen-
Primo in loco non est in tua potestate, sed in Dei dign-
martyrium: nec potes te dicere perdidisse, quod nescis an
rearis accipere: tunc deinde Deus scrutator renum & co-
dis, & occultorum contemplator & cognitor uidet te,
laudat, et comprobat, et qui perspicit apud te paratam fi-
uirtutem, reddet pro uirtute mercedem. Nunquid Co-
cum Deo manus offerret iam peremerat fratrem? & tam
parricidium mente conceptum Deus prouidus antè dam-
uit: ut illic cogitatio mala, & perniciosa conceptio D-
prouidente, prospecta est: ita & in Dei seruis, apud q-
confessio cogitatur, & martyrium mente concipitur, a-
mus ad bonum deditus Deo iudice coronatur. Aliud est m-
tyrio animum deesse, aliud animo defuisse martyrium. Q-
lem te inuenit Deus cum uocat, talem pariter & iudi-
cum ipse testetur & dicat: Et scient omnes ecclesiæ q-
ego sum scrutator renis & cordis: nec enim sanguinem
strum quærit Deus, sed fidem: nam nec Abraham, n-
Isaac, nec Iacob occisi sunt, & tamen fidei ac iustitiæ m-
ritis honorati inter patriarchas primi esse meruerunt.
quorum conuiuium congregatur quisquis fidelis & iu-
& laudabilis inuenitur. Meminisse debemus uolum-
nos non nostram, sed Dei facere debere, secundum q-
nos Deus quotidie iussit orare. Quàm præposterum
quamq; peruersum, ut cum Dei uolũtatem fieri postule-
quando euocat nos & accersit de hoc mundo Deus, no-
tim uoluntatis eius imperio pareamus. Hoc nitimur
reluctamur, & peruicacium more seruorum ad cõspec-
Do-

Qualis quis inuenitur, talis iudicatur.

Domini cum tristitia & mœrore perducimur, exeuntes
istinc necessitatis uinculo, non obsequio uoluntatis, & uolu-
mus ab eo præmijs cœlestibus honorari, ad quem uenimus
inuiti? Quid ergo rogamus & petimus, ut adueniat regnũ
cœlorum, si captiuitas terrena delectat? Quid precibus fre-
quenter iteratis rogamus & poscimus, ut acceleret dies re-
gni, si maiora desideria & uota potiora sunt seruire istic dia-
bolo, quàm regnare cum Christo? Deniq; ut manifestius di-
uinæ prouidentiæ indicia clarescerent, quòd Dominus præ-
scius futurorum suis cõsulat ad ueram salutem: cum quidam
de collegis & consacerdotibus nostris iam infirmitate de-
fessus, & de appropinquante morte solicitus commeatum si-
bi precaretur, astitit deprecanti & iam penè morienti iu-
uenis honore & maiestate uenerabilis, statu excelsus, &
clarus aspectu, & quem assistentem sibi uix posset humanus
aspectus oculis carnalibus intueri, nisi quòd talem uidere
iam poterat de seculo recessurus. Atque ille non sine qua-
dam animi & uocis indignatione infremuit, & dixit: Pati
timetis, exire non uultis, quid faciam uobis? Increpantis uox
est & monentis, qui de persequutione solicitis, de accursio-
ne securis non consentit ad præsens desiderium, sed consu-
lit in futurum. Audiuit frater noster & collega moriturus,
quod cæteris diceret. Nam qui moriturus audiuit, ad hoc
audiuit, ut diceret: audiuit non sibi ille, sed nobis. Nam quid
disceret iam recessurus? didicit imò nobis remanentibus, ut
dum sacerdotem qui commeatum petebat increpitum
esse comperimus, quid cunctis expediat agnosceremus.
Nobis quoque ipsis minimis & externis quoties reue-
latum est, quàm frequenter atque manifestè de Dei di-
gnatione præceptum est, ut contestarer assiduè, & publicè
prædicarem, fratres nostros non esse lugẽdos accersione do-
minica

Visio.

Gaudendum morte potius quàm flendũ.

minica de seculo liberatos, cum sciam non eos amitti,
præmitti, recedentes præcedere, ut proficiscentes et
gantes desiderari eos debere, non plangi: nec acci
esse hic atras uestes, quando illi ibi indumenta alba
pserint: occasionem dandam non esse gentilibus, ut
rito ac iure reprehendant, quòd quos uiuere apud
cimus: ut extinctos & perditos lugeamus, & fidem
sermone & uoce depromimus, cordis & pectoris
nio reprobemus. Spei nostræ ac fidei præuaricatores
simulata, ficta, fucata uidentur esse quæ dicimus. Nihil
dest uerbis proferre uirtutẽ, et factis destruere ueritatẽ
probat denique Apostolus Paulus & obiurgat & cas
1. Tess. 4. qui contristentur in excessu suorum: Nolumus, inquit,
rare uos fratres de dormientibus, ut non contristemini
& cæteri, qui spem non habent. Si enim credimus quia
SVS mortuus est & resurrexit, sic & Deus eos qui
mierunt in Christo, adducet cum illo. Eos contristari
excessu suorum, qui spem non habent. Qui autem
uimus, & in Deum credimus, & Christum passum
pro nobis, & resurrexisse confidimus, in Christo
& per ipsum atque in ipso resurgentes, quid aut ipsi
dere istinc de seculo nolumus, aut nostros recedentes
perditos plãgimus ac dolemus? ipso Christo Domino
Ioan. 11. nostro monente & dicente: Ego sum resurrectio, qui
in me, licet moriatur, uiuet: & omnis qui uiuit & credit
me, non morietur in æternum. Si in Christum credimus
dem uerbis & promissis eius habeamus, & non
in æternum, ad Christum, cum quo & uicturi & regnat
semper sumus, læta securitate ueniamus. Quòd
morimur, ad immortalitatem morte transgredimur
test uita æterna succedere, nisi hinc contigerit exire

est exitus, sed transitus: & temporali itinere decurso ad æ-
terna transgressus. Quis non ad meliora festinet? Quis non
mutari & reformari ad Christi speciem, & ad cœlestis gra
tiæ dignitatem uenire citius exoptet? Paulo Apostolo præ- Philip. 3.
dicante: Nostra autem conuersatio, inquit, in cœlis est, unde
& Dominum expectamus IESVM Christum, qui trans-
formabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori
claritatis suæ. Tales nos futuros & Christus Dominus pol
licetur, quando ut cum illo simus, & cum illo in æternis se-
dibus uiuamus, atq; in regnis cœlestibus gaudeamus, patrem
precatur pro nobis: Pater quos mihi dedisti, uolo ut ubi ego Ioan. 17.
sum, & ipsi sint mecum, & uideant claritatem quam mihi
dedisti prius quàm mundus fieret. Venturus Ad Christi se-
dem, ad regnorum cœlestium claritatem, lugere non debet
nec plangere, sed potius secundum pollicitationem Domini,
secundum fidem ueritatis, in profectione sua & translatio-
ne gaudere. Sic denique inuenimus & Enoch translatum *Enoch Deo placuit.*
esse, qui Deo placuit. Sic in Genesi testatur & loquitur
scriptura diuina: Et placuit Enoch Deo, & non est inuen- Gen. 5.
tus postmodum, quia Deus illum transtulit. Hoc fuit placuis-
se in conspectu Dei, de hac contagione seculi meruisse trans-
ferri. Sed & per Salomonem docet spiritus sanctus, qui Deo
placeant, maturius hinc eximi & citius liberari, ne dum in
isto mundo diutius immorantur, mundi contactibus pollu-
antur: Raptus est, inquit, ne malitia mutaret intellectum Sap. 4.
eius, placita enim erat Deo anima eius: propter hoc prope-
ranit educere eum de media iniquitate. Sic & in psalmis ad
Dominũ properat spirituali fide Deo sua anima deuota, si-
cut scriptum est: Quàm dilectissimæ habitationes tuæ Deus Psal. 83.
uirtutũ, desiderat & properat anima mea ad atria Dei. Eius
est in mundo diu uelle manere, quẽ mũdus oblectat, quẽ secu-

lum

lum blandiens atque decipiens, illecebris terrenæ uolu-
tis inuitat. Porrò cum mundus oderit Christianũ, quid a-
eum qui te odit, & non magis sequeris Christum qui te
demit & diligit? Ioannes in epistola sua clamat & lo-
tur: & ne carnalia desideria sectantes mundum diligam
1. Ioan. 2. hortatur: Nolite, inquit, diligere mundum, neque ea quæ
mundo sunt. Si quis dilexerit mundum, non est charitas
tris in illo: quia omne quod in mundo est, concupisc-
carnis est, & concupiscentia oculorũ, & ambitio seculi
non est à patre, sed ex concupiscentia mundi, & mu-
transibit et concupiscentia eius: qui autem fecerit uolunta-
Dei, manet in æternum, sicut & Deus manet in æterna-
Porrò fratres dilectißimi, mente integra, fide firma, u-
tute robusta, parati ad omnem uoluntatem Dei sinu-
re mortis excluso immortalitatem quæ sequitur, cogite-
Hoc nos ostẽdamus esse quod credimus, ut neque charor-
lugeamus exceßum: & cum accersionis propriæ d-
uenerit, incunctanter & libenter ad Dominum ipso uoca-
ueniamus. Quod cum semper fuerit faciendum Dei
uis, nunc fieri multo magis debet corruente iam mundo,
malorum infestantiũ turbinibus obsesso, ut qui cernimus
pisse iam grauia, & scimus imminere grauiora, lucrũ
mum cõputemus, si istinc uelocius recedamus. Si in habi-
lo tuo parietes uetustate nutarent, tecta desuper tremen-
domus iam fatigata, iam lassa ædificijs senectute labenti-
ruinã proximã minaretur, nõ ne omni celeritate migra-
Si te nauigante turbida et procellosa tempestas fluctib-
uenti excitatis, prænuntiaret futura naufragia, non ne p-
Mundus nutat. tum uelociter peteres? Mundus ecce nutat & labitur,
ruinam sui non iam senectute rerum, sed fine testatur:
tu non Deo gratias agis, non tibi gratularis quod

maturiore subtractus, ruinis & naufragijs, et plagis immi-
nentibus exuaris? Considerandum est fratres dilectißimi,
& identidem cogitandum, renuntiasse nos mundo, & tan-
quam hospites et peregrinos hic interim degere. Amplecta-
mur diem, qui aßignat singulos domicilio suo, qui nos istinc
ereptos, & laqueis secularibus exutos paradiso restituit, &
regno cœlesti. Quis non peregre constitutus properet in
patriam regredi? Quis non ad suos nauigare festinans,
uentum prosperum cupidius optaret, ut uelociter charos li-
ceret amplecti? Patriam nostram paradisum computamus,
parentes nostros patriarchas habere iam cœpimus: quid
non properamus & currimus, ut patriam nostram uidere,
ut parentes salutare poßimus? Magnus illic nos charorum
numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum, frequens
nos & copiosa turba desiderat, iam de sua immortalitate
secura, & adhuc de nostra incolumitate solicita. Ad ho-
rum conspectum & complexum uenire, quanta & illis &
nobis in commune lætitia est! qualis illic cœlestium re-
gnorum uoluptas sine timore moriendi, & cum æternitate
uiuendi! quam summa & perpetua felicitas! illic Apo-
stolorum gloriosus chorus: illic prophetarum exultan-
tium numerus: illic martyrum innumerabilis populus, ob
certaminis & paßionis uictoriam coronatus: triumphan-
tes illic uirgines, quæ concupiscentiã carnis et corporis con-
tinentiæ robore subegerunt: remunerati misericordes, qui
alimentis & largitionibus pauperum iustitiæ opera fece-
runt, qui dominica præcepta seruantes ad cœlestes the-
sauros terrena patrimonia transtulerunt. Ad hos fratres di-
lectißimi auida cupiditate properemus, ut cum his citò esse
poßimus, ut citò ad Christũ uenire contingat, optemus. Hãc
cogitationẽ nostram Deus uideat, hoc propositũ mentis &
fidei

fidei Dominus Christus aspiciat, daturus eis gloriæ ampliora præmia, quorum circa se fuerint desideria iora. Amen.

SERMO QVINTVS,
De Lapsis.

Sermo quintus eiusdem de lapsis & coronatis iam martyr uel ad uitam seruatis, docens Deum familiam suam hoc ex ne probare uoluisse, quia traditam diuinitus disciplinam ga corruperat. Deinde multa de corpore Christi miracul rans, ad pœnitentiam hortatur.

Serenitas discussa nube refulget.

PAX ecce dilectissimi fratres ecclesiæ dita est, & quod difficile nuper incred ac perfidis impossibile uidebatur, ope ultione diuina securitas nostra repa est. In lætitiam mentes redeunt, & temp state pressuræ ac nube discussa, tranquillitas ac serenitas fulserunt. Dandæ laudes Deo, & beneficia eius ac mun cum gratiarum actione celebranda, quamuis agere gr tias nostra uox nec in persequutione cessauerit. Neq enim tantum inimico licere potest, ut non qui Dominum to corde, & anima, & uirtute diligimus, benedictione & laudes semper & ubique cum gloria prædicemus. Ex ptatus uotis omnibus dies uenit, & post longæ noctis hor bilem tetramq; caliginem, Dei luce radiatus mundus cl

Confessorum commendatio.

Confessores præconio boni nominis claros, & uirtutibus fidei laudibus gloriosos, lætis conspectibus intuemur, sanc osculis adhærentes, desideratos diu inexplebili cupiditate plectimur. Adest militum Christi cohors candida, qui p sequutionis urgentis ferociam turbulentam stabili cong sione fregerunt, parati ad patientiam carceris, arma tolerantiam mortis, repugnastis fortiter seculo spectacul

gloriosum præbuistis Deo, secuturis fratribus fuistis exem plo. Religiosa uox Christum locuta est, in quem se semel credidisse confessa est. Illustres manus quæ non nisi diuinis operibus assueuerant, sacrificijs sacrilegis restiterunt. Sanctificata ora cœlestibus cibis post corpus & sanguinem Domini, profana contagia & idolorum reliquias respuerunt, ab impio sceleratoq; uelamine, quo illic uelabantur sacrificantium capita captiua, caput uestrum liberum mansit. Frons cum signo Dei pura, diaboli coronam ferre non potuit, coronæ se domini reseruauit. Quàm uos læto sinu excipit mater ecclesia de prælio reuertentes! Quàm beata, quàm gaudens portas suas aperit, ut adunatis agminibus intretis, de hoste prostrato trophæa referẽtes! Cum triumphantibus uiris & fœminæ ueniunt, quæ cum seculo dinũcantes sexum quoq; uicerunt. Veniunt & geminata militiæ suæ gloria uirgines, & pueri annos suos uirtutibus trãseuntes. Necnon & circunstantiũ cætera multitudo uestrã gloriam sequitur, proximis & penè coniunctis laudis insignibus uestigia uestra comitatur. Eadem & illis synceritas cor dis, eadem fidei tenacis integritas. Incõcussis præceptorum cœlestium radicibus nixos, & Euangelicis traditionibus roboratos, non præscripta exilia, non destinata tormenta, non rei familiaris damna & corporis supplicia terruerunt. Explorãdæ fidei præfiniebãtur dies. Sed qui seculo renunciasse se meminit, nullum seculi diem nouit. Nec tempora terrena iam computat, qui æternitatem de Deo sperat. Nemo fratres, nemo hanc gloriam mutilet, nemo incorruptã stantium firmitatem maligna obtrectatione debilitet, cum dies negantibus præstitutus excessit, quisquis professus intra diem non est, Christianum se esse confessus est. Primus est uictoriæ titulus, gentilium manibus apprehensum, Dominum cõfiteri.

Victoriæ gradus.

Secundus ad gloriam gradus est, cauta secessione subtrac
Domino reseruari. Illa publica, hæc priuata cõfessio est.
iudicem seculi uincit, hic contentus Deo suo iudice, con
tiam puram cordis integritate custodit. Illic fortitudo pr
ptior, hic solicitudo securior. Ille appropinquante hora
iam maturus inuentus est, hic fortasse dilatus est, qui pa
monio derelicto idcirco secessit, quia non erat nega
confiteretur utiq; si fuisset & ipse detentus. Has mart
cœlestes coronas, has confessorum glorias spirituales,
stantium fratrũ maximas eximiasq; uirtutes mœstitia
contristat, quòd auulsam nostrorum uiscerum partem
lentus inimicus populationis suæ strage deiecit. Quid
loco faciam dilectissimi fratres fluctuans uario mentis
Quid aut quomodo dicam? Lacrymis magis quam uer
opus est ad exprimendum dolorem, quo corporis no
plaga deflenda est, quo populi aliquando numerosi m
plex lamentanda iactura est. Quis enim sic durus ac ferr
quis sic fraternæ charitatis oblitus, qui inter suorum m
tiformes ruinas & lugubres ac multo squallore defor
reliquias constitutus, siccos oculos tenere præualeat?
erumpente statim fletu prius gemitus suos lacrymis
uoce depromat? Doleo fratres, doleo uobiscum, nec mi
leniendos dolores meos integritas propria & sanitas
uata blanditur, quãdo plus pastor in gregis sui uulnere
neretur. Cum singulis pectus meum copulo, mœroris
neris pondera luctuosa participo. Cum plangentibus p
go, cum deflentibus defleo, cum iacentibus iacere me
Iaculis illis grassantis inimici mea membra simul pe
sunt, sæuientes gladij per mea uiscera transierunt. Im
& liber à persequutionis incursu fuisse non potest
In prostratis fratribus & me prostrauit affectus. Ha

Veritatis ratio habenda.

tamen est, fratres dilectissimi, ratio ueritatis, nec sic mentem
& sensum persequutionis infestæ tenebrosa caligo debet
cæcasse, ut nihil remanserit lucis & luminis, unde diuina
præcepta perspici possint. Sed cladis causa cognoscitur, &
medela uulneris inuenitur, Deus probare familiam suam uo
luit. Et quia traditam nobis diuinitus disciplinam pax longa
corruperat, iacentem fidem, & penè dixerim dormientem
censura cœlestis erexit: cumq; nos pro peccatis nostris am-
plius pati meremur, clemẽtissimus Dominus sic cuncta mo-
deratus est, ut hoc omne quod gestum est, exploratio potius
quàm persequutio uideretur. Studebant augendo patrimo-
nio singuli, & obliti quid credentes aut sub Apostolis antè
fecissent, aut semper facere deberent, insatiabili cupiditatis
ardore ampliandis facultatibus incubabant. Non in sacerdo
tibus religio deuota, non in * ministerijs fides integra, non
in operibus misericordia non in moribus disciplina. Corru-
pta barba in uiris, in fœminis forma fucata. Adulterati post
Dei manus oculi, capilli mendacio colorati. Ad decipienda
corda simplicium callidæ fraudes, circumueniẽdis fratribus
subdolæ uoluntates. Iungere cum infidelibus uinculum ma-
trimonij, prostituere cum gentilibus membra Christi. Non
iurare tantum temere, sed ad hoc etiam peierare. Præpositos
superbo tumore contemnere, uenenato sibi ore maledicere.
Odijs pertinacibus inuicẽ dissidere. Episcopi plurimi, quos
& ornamẽto esse oportet cæteris & exemplo, diuina pro-
curatione contempta, procuratores rerum secularium fieri,
derelicta cathedra, plebe deserta, per alienas prouincias
oberrantes negotiationis quæstuosæ nundinas aucupari.
Esurientibus in ecclesia fratribus habere argentum largi-
ter, uelle fundos insidiosis fraudibus rapere, usuris multi-
plicantibus fœnus augere. Quid non perpeti tales pro pec-

Fides dormiens censura cœlesti erigitur.

Inuersa omnia.

*ministris

catis eiusmodi mereremur? cum iam pridē præmonuer
Psal.88. dixerit censura diuina: Si dereliquerint legem meam, &
iudicijs meis non ambulauerint, si iustificationes meas p
fanauerint, & præcepta mea non seruauerint, uisitabo in
ga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum. Præ
tiata sunt ista nobis & antè prædicta. Sed nos datæ leg
obseruationis immemores, id egimus per nostra pecca
dum Domini mandata contemnimus, ad correctionem
cti & probationem fidei remedijs seuerioribus uenire
Nec saltem serò conuersi ad Domini timorem sum
hanc correctionem nostram probationemq; diuinam
tienter subiremus. Ad prima statim uerba minantis in
maximus fratrum numerus fidem suam prodidit, nec
stratus est persecutionis impetu, sed uoluntario lapsu se
prostrauit. Quid, oro, inauditum, quid nouum uenerat
uelut incognitis atq; inopinatis rebus extortis Christi
cramētum temeritate præcipiti solueretur? Non'ne hæc
Prophetæ antè, & Apostoli postmodum nuntiauer
Non'ne iustorum pressuras, & gentilium semper in
pleni spiritu sancto prædicauerunt? Non'ne fidem uin
semper armans & Dei seruos cœlesti uoce corrobor
Deut.6. dicit scriptura diuina: Dominum Deum tuum adorabis
illi soli seruies? Non'ne iram diuinæ indignationis ostend
Esa.2. & pœnæ metum præmonens denuo dicit? Adorauerunt
quos fecerunt digiti eorum, & curuatus est homo, &
miliatus est uir, & non laxabo illis. Et iterum Deus
Exo.22. quitur dicens: Sacrificans dijs eradicabitur, nisi Deo
In Euangelio quoq; postmodum Dominus in uerbis
& consummator in factis, docens quid fieret, & fi
quodcunq; docuisset: quicquid nunc geritur & ge
non'ne antè præmonuit? Non'ne & negantibus

supplicia, & salutaria confitentibus præmia antè consti-
tuit? Exciderunt quibusdam, proh nefas, omnia, & de me-
moria recesserunt. Non expectauerunt saltem, ut interro-
gati negarent, ut thus accenderent apprehensi. Ante aciem
multi uicti, sine congreßione prostrati, nec hoc sibi reli-
querunt, ut sacrificare idolis uiderentur inuiti. Vltro ad fo-
rum currere, ad mortem sponte properare, quasi hoc olim
cuperent, quasi amplecterentur occasionem datam, quam
semper optassent. Quot illic à magistratibus uespera urgen
te dilati sunt? quot ne eorum differretur interitus etiam ro-
gauerunt? Quam uim potest talis obtendere, qua crimen
suum purget, cū uim magis ipse fecerit ut periret? Non'ne
quando ad Capitolium sponte uentum est, quando ultro ad
obsequium diri facinoris accessum est, labauit gressus, caliga
uit aspectus, tremuerunt uiscera, brachia conciderunt? Non
sensus obstupuit, sermo hæsit, lingua defecit? Stare illic po-
tuit Dei seruus, & loqui & renuntiare Christo, qui iam
diabolo renuntiarat & seculo? Non ara illa, quò moriturus
accessit, rogus illi fuit? Non illi altare, quod fœtore tetro
fumare ac redolere conspexerat, uelut funus & bustum ui-
tæ suæ horrere ac fugere debebat? Quid hostiam tecum
miser, quid uictimam immolaturus uel supplicaturus impo-
nit? Ipse ad aras hostia, uictima ipse uenisti. Immolasti illic
salutem tuam, spem tuam. Fidem tuam funestis illis ignibus
concremasti. Ac multis proprius interitus satis non fuit.
Hortamentis mutuis in exitium populus impulsus est, mors
inuicem letali poculo propinata est. Ac ne quid deesset ad
criminis cumulum, infantes quoq; parentum manibus uel
impositi uel attracti. Amiserunt paruuli, quod in primo
statim natiuitatis exordio fuerant consequuti. Non'ne illi
cum iudicij dies uenerit, dicent: Nos nihil fecimus, nec dere-

licto cibo & poculo Dei ad profana contagia sponte p
perauimus, perdidit nos aliena perfidia, parentes sensi
parricidas. Illi nobis ecclesiam matrem, illi patrem Dei
negauerunt, ut dum parui & improuidi, & tanti facin
ignari, per alios ad consortium criminum iungimur, al
na fraude* moreremur? Nec est, proh dolor, iusta aliq
& grauis causa, quæ tantum facinus excuset. Relinq
da erat patria, & patrimonij facienda iactura. Cui e
nascenti atque morienti non relinquenda quandoq; pa
& patrimonij sui facienda iactura est? Vt Christus non r
linquatur, salutis ac sedis æternæ iactura timeatur. Cla
ecce per prophetam spiritus sanctus: Discedite, disce
exite inde, & immundum nolite tangere. Exite de me
eius, mundamini qui fertis uasa Domini: & qui sunt u
domini ac templum Dei, ne immundum tangere, & fr
libus cibis pollui uiolariq; cogantur, non exeunt de me
nec recedunt? Alibi quoque uox auditur è cœlo, præm
nens quid Dei seruos facere conueniat, dicens: Exi de
populus meus, ne particeps sis delictorum eius, & ne p
stringaris plagis eius. Qui exit & cedit, delicti partic
non fit. Plagis uerò & ipse constringitur, qui socius c
minis inuenitur. Et ideo Dominus in persequutione sece
& fugere mandauit, atq; ut id fieret & docuit & fe
Nam cum corona de Dei dignatione descendat, nec p
accipi nisi fuerit hora sumendi, quisquis in Christo man
interim cedit, non fidem denegat, sed tempus exp
Qui autem cum non secederet cecidit, remansit nega
Dissimulanda fratres ueritas non est, nec uulneris m
materia & causa reticenda. Decepit multos patrim
sui amor cæcus: nec ad recedendum parati, aut expediti
potuerunt, quos facultates suæ uelut compedes ligaue

*als, caperemur

Esa. 52.

Apoc. 18.

Illa fuerunt remanentibus uincula, illæ catenæ, quibus &
uirtus retardata est, & fides pressa, & mens uincta, &
anima præclusa: ut serpenti terram, secundum Dei senten-
tiam deuoranti, præda & cibus fierent, qui terrestribus in-
hærerent. Et idcirco Dominus bonorum magister, & præ-
monens in futurum: Si uis, inquit, perfectus esse, uade, uende
omnia tua, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœ-
lis, & ueni sequere me. Si hoc diuites facerent, per diuitias
non perirent, thesaurum in cœlo reponentes, hostem nunc
& expugnatorem domesticum non haberent: esset in cœ-
lo cor, & animus & sensus, si thesaurus esset in cœlo. Nec
uinci à seculo posset, qui unde uinceretur in seculo non ha-
beret: sequeretur Dominum solutus & liber, ut Apostoli
& sub Apostolis multi, & nonnulli sæpe fecerunt, qui &
rebus suis & parentibus derelictis, indiuiduis Christo ne-
xibus adhæserunt. Sequi autē Christum quomodo possunt,
qui patrimonij uinculo detinentur? aut quomodo cœlum
petunt, & ad sublimia & alta conscendunt, qui terrenis
cupiditatibus degrauantur? Possidere se credunt, qui po-
tius possidentur, census sui serui, nec ad pecuniam suam
domini, sed magis pecuniæ mancipati. Hoc tempus, hos
homines Apostolus denotat, dicens: Qui autem uolunt di-
uites fieri, incidunt in tentationem & muscipulas, & desi-
deria multa, & nocentia, quæ mergunt hominem in per-
ditionem & interitum. Radix enim omnium malorum est
cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, &
inseruerunt se doloribus multis. Dominus autem quibus
nos præmijs ad contemptum rei familiaris inuitat! Parua
hæc & exigua huius temporis damna, quibus mercedibus
pensat! Nemo est, inquit, qui relinquat domum, aut agrum,
aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios, propter re-

Matth. 19.

Pecuniæ mancipati.

1. Timot. 6.

Cupiditas radix malorum.

Mar. 10.

gnum Dei, & non recipiat septies tantum in isto tempo
in seculo autem uenturo uitam æternam. Quibus cogni
& de Domini pollicentis ueritate compertis, non tan
timenda nõ est eiusmodi, sed & optanda iactura, ipso de
Matth. 5. Domino prædicante & monente: Beati eritis cum per
quuti uos fuerint, & separauerint uos, & expulerint, &
maledixerint nomini uestro ut nequam propter filium
minis. Gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces
stra multa est in cœlis. Sed tormenta postmodum uen
erant, & cruciatus graues reluctantibus imminebãt. Q
ri de tormentis potest, qui per tormenta superatus est
excusationem doloris obtendere, qui uictus est in dolo
Potest rogare talis, & dicere: Certare quidem fortiter
lui, & sacramenti mei memor deuotionis ac fidei arma
cepi: sed me in congreßione pugnantem cruciamenta
& supplicia longa uicerunt. Stetit mens stabilis, & fi
fortis, & cum torquentibus pœnis immobilis diu anima
ctata est: sed cum durißimi iudicis recrudescente sæuitia
fatigatum nunc flagella scinderent, nunc contunderent
stes, nunc equuleus extenderet, nunc ungula effoderet,
flamma torreret, caro me in colluctatione deseruit, &
mitas uiscerum ceßit, nec animus sed corpus in dolore
cit. Potest citò proficere ad ueniam causa talis. Potest
modi excusatio esse miserabilis. Sic hic Casto & Ae
aliquando Dominus ignouit. Sic in prima congreßione
uictos, uictores in secundo prælio reddidit, ut fortiores
bus fierent, qui ignibus antè ceßissent, & unde super
essent, inde superarent. Deprecabantur illi non lacrym
rum miseratione, sed uulnerum: nec sola lamentabili
sed laceratione corporis & dolore. Manabat pro fletu
sanguis, & pro lacrymis cruor semiustulatis uisceribus
fluebat.

Corpus non animus in martyrio deficit.

fluebat. Nunc uerò quæ uulnera ostendere uicti possunt?
quas plagas hiantium uiscerum? quæ tormenta membro-
rum, ubi non fides congressa cecidit, sed congreßionem per-
fidia præuenit? Nec excusat oppressum neceßitas criminis,
ubi crimen est uoluntatis. Nec eò dico, ut fratrum causas
onerem, sed ut magis fratres ad precem satisfactionis insti-
gem. Nam cum scriptum sit, Qui uos felices dicunt, in erro-
rem uos mittunt, & semitas pedum uestrorum turbant.
Qui peccantem blandimentis adulantibus palpat, peccan-
di fomitem subministrat, nec comprimit delicta ille, sed nu-
trit. At qui consilijs fortioribus redarguit simul atque in-
seruit fratrem, promouet ad salutẽ. Quos diligo, inquit Do- Apocal. 3.
minus, redarguo & castigo. Sic oportet Dei sacerdotem
non obsequijs decipientibus fallere, sed remedijs salutaribus
prouidere. Imperitus est medicus, qui tumentes uulnerum *Medicus imperitus.*
sinus manu parrcente contrectat, & in altis receßibus
uiscerum uirus inclusum, dum seruat, exaggerat. Aperien-
dum uulnus est, & secandũ, & putredinibus amputatis me
dela fortiore curandum. Vociferetur & clamet licet, &
conqueratur æger impatiẽs per dolorem, gratias aget post-
modum, cum senserit sanitatem. Emersit enim fratres dile-
ctißimi, nouum genus cladis, & quasi parum persecu-
tionis procella sæuierit, acceßit ad cumulum sub miseri-
cordiæ titulo malum fallens & blanda pernicies. Contra
Euangelij uigorem, contra Domini ac Dei legem temerita-
te quorundam laxatur incautis communicatio. Irrita &
falsa pax, periculosa dantibus, & nihil accipientibus profu- *Pax dantibus periculosa.*
tura. Non quærunt sanitatis patientiam, nec ueram de sa-
tisfactione medicinam. Pœnitentia de peccatoribus exclusa
est, grauißimi extremiq; delicti memoria sublata est. Operi-
untur morientium uulnera, & plaga letalis altis & pro-

fundis uisceribus infixa, dissimulato dolore contegitur
diaboli aris reuertentes, ad sanctum Domini sordidis &
fectis nidore manibus accedunt. Mortiferos idolorum
adhuc penè ructantes, exhalantibus etiamnum scelus
faucibus & contagia funesta redolentibus, Domini
inuadunt, cum occurrat scriptura diuina & clamet &
Leult.17. cat: Omnis mundus manducabit carnem, & anima
cunq; manducauerit ex carne salutaris sacrificij, quod
Domini, & immunditia eius super ipsum, & peribit
illa de populo suo: Apostolus item testetur & dicat:
1.Cor.10. potestis calicem Domini bibere & calicem dæmoniorum
non potestis mensæ Domini communicare & mensæ dæmo-
niorum. Idem contumacibus & peruicacibus communicat
1.Cor.11. et denuntiet, dicens: Quicunq; ederit panem, aut biberit
cem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domi-
ni. Spretis his omnibus atque contemptis, uis infertur
pori eius & sanguini eius. Plus modo in Dominum manibus
atque ore delinquunt quàm cum Dominũ negauerũt. Ante
expiata delicta, ante exomologesin factam criminis, ante
purgatam conscientiam sacrificio & manu sacerdotis, ante
offensam placatam indignantis Domini & minantis, pacem
putant esse, quam quidam uerbis fallacibus uendidit. Non
est pax illa, sed bellum. Nec ecclesiæ iungitur qui ab Euan-
gelio separatur. Quid iniuriam beneficium uocant? quid
pietatem uocabulo pietatis appellant? quid eis qui flere
giter, & rogare Dominum suum debent, intercepta
tẽtiæ lamẽtatione cõmunicare se simulãt? Hoc sunt eius
lapsis, quod grando frugibus, quod turbidum sydus arbo-
bus, quod armentis pestilens uastitas, quod nauigijs sæua
pestas. Solatium æternæ spei adimunt, arborem à radice
uertunt, sermone morbido ad letale contagium serpunt.

tem ad scopulos, ne in portum perueniat, illidunt. Non con-
cedit pacem facilitas ista, sed tollit: nec cõumnicationem tri-
buit, sed impedit ad salutem. Persecutio est hæc alia, & alia
tentatio, per quam subtilis inimicus impugnandis adhuc la-
psis occulta populatione grassatur, ut lamentatio conquie-
scat, ut dolor sileat, ut delicti memoria uanescat, comprima-
tur pectorum gemitus, statuatur fletus oculorum, ne Do-
minum grauiter offensum longa & plena pœnitentia de-
precetur, cum scriptum sit: Memento unde cecideris, & age
pœnitentiam. Nemo se fallat, nemo decipiat. Solus Dominus Apoc.2.
misereri potest. Veniam peccatis, quæ in ipsum commissa *Deo proprium misereri.*
sunt, solus potest ille largiri qui peccata nostra portauit, qui
pro nobis doluit, quem Deus tradidit pro peccatis nostris.
Homo Deo esse non potest maior, nec remittere aut dona-
re indulgentia sua seruus potest, quod in Dominum delicto
grauiore commissum est, ne adhuc lapso & hoc accedat ad
crimẽ, si nesciat esse prædictum: Maledictus homo qui spem
habet in homine. Dominus orandus est, Dominus no- Hier.17.
stra satisfactione placandus est, qui negantem negare se di- *Dominus orandus.*
xit, qui omne iudicium de patre solus accepit. Credimus
quidem posse apud iudicem plurimum ualere martyrum me-
rita & opera iustorum, sed cum iudicij dies uenerit,
cum post occasum seculi huius & mundi ante tribunal
Christi populus eius adstiterit. Cæterum si quis præ-
propera festinatione temerarius remissionem se cunctis da-
re putat posse, aut audet Domini præcepta rescindere, non
tantum nihil prodest, sed & obest lapsis. Prouocasse est
iram, non seruasse sententiam, nec misericordiam prius
Dei deprecandam putare, sed contempto Domino de sua
facilitate præsumere. Sub ara Dei animæ occisorum mar-
tyrum clamant magna uoce dicentes: Quousque Domi- Apoc.6.
ne

ne sanctus & uerus non iudicas & uindicas sanguinẽ n
de his qui in terris inhabitant? & requiescere ac pa
am adhuc tenere iubentur: & quenquam posse aliquic
stimat remittendis passim donandisq; peccatis bonum
contra iudicem uelle, aut prius quàm uindicetur, ipse
posse defendere? Mandant aliquid martyres fieri: si
licita, si non contra ipsum Dominum à Dei sacerdot
enda sunt, si obtemperantis facilis & prona consens
tentis fuerit religiosa moderatio. Mandant aliquid mar
fieri? Sed si scripta non sunt in Domini lege quæ m
ante est ut sciamus illos de Deo impetrasse, quod po
tunc facere quod mandant. Neq; enim statim uidem
de diuina maiestate concessum, quod fuerit humana
tatione promissum. Nam & Moyses pro peccatis
petit, nec tamen peccantibus ueniam, cum petisset, ob
Exod.32. Precor, ait, Domine, deliquit hic populus delictum
& nunc si dimittis eis delictum dimitte: sin autem, de
de libro quẽ scripsisti. Et dixit Dominus ad Moysen
deliquit ante me, deleam eum de libro meo. Ille amicus
ille facie ad faciem locutus cum Deo, quod petijt impe
non potuit, nec Dei indignantis offensam sua deprecatio
Hier.1. pacauit. Hieremiam Deus laudat & prædicat, dicens
quàm te formarem in utero, noui te, & prius quàm
de uulua, sanctificaui te, & prophetam in gentibus de
& eidem pro peccatis populi deprecanti frequenter
Ibidem 7. oranti: Noli, ait, orare pro populo hoc, & noli
stulare pro eis in prece & oratione, quia non ex
diam in tempore in quo inuocabunt me, in tempore
Gen.6. flictionis suæ. Quid uerò iustius Noë, qui cum re
ta esset terra peccatis, solus inuentus est iustus in co
Daniel.3. Quid gloriosius Daniele? Quid ad faciendã martyrũ

dei firmitate robustius? in Dei dignatione felicius? qui toties
& cum confligeret uicit, et cum uinceret superuixit? Quid
Iob in operibus promptius, in tentationibus fortius, in dolo- Iob.1.
re patientius, in timore submissius, in fide uerius? Nec his
omen, si rogarent, concessurum se Deus dixit. Cum pro-
phera Ezechiel pro delicto populi deprecaretur: Terra, in- Ezech.14.
quit, quæcunque peccauerit mihi ut delinquat delictum,
extendam manum meam super eam, & obteram stabili-
mentum panis, & immittam in eam famem, & auferam
ab ea hominem & pecora. Et si fuerint tres uiri ij in medio
eius, Noë, Daniel, & Iob, non liberabunt filios neque
filias, ipsi soli salui erunt. Adeò non omne quod petitur, in
precibus petentis, sed in dantis arbitrio est. Nec quic-
quam sibi usurpat & uindicat humana sententia, nisi annu-
erit & censura diuina. In Euangelio Dominus loquitur, di-
cens: Qui me confessus fuerit coram hominibus, & ego Mar.8.
confitebor eum coram patre meo qui in cœlis est. Qui au- Luc.12.
tem me negauerit, & ego negabo eum. Si se negantem Matt.10.
non negat: nec confitentem confitetur. Non potest Euan-
gelium in parte cõsistere, et in parte nutare. Aut utriq; opor
tet ualeat, aut utrunq; uim ueritatis amittat. Si negantes
criminis non erunt, nec confitentes præmium uirtutis ac
cipient. Porrò si fides quæ uicerit, coronatur, necesse est, ut
infida perfidia puniatur. Ita martyres aut nihil possunt, si
Euangelium solui potest: aut si Euangeliũ non potest solui, con
tra Euangelium facere non possunt, qui de Euangelio mar-
tyres sunt. Nemo, fratres dilectissimi, infamet martyrum di-
gnitatem, nemo eorum glorias destruat, & coronas. Manet
incorruptæ fidei robur incolume, nec dicere aliquid aut fa-
cere contra Christum potest, cuius & spes, & fides, et uir-
tus & gloria omnis in Christo est. Vt ab episcopis con-

tra

tra mandatum Dei fiat, autores esse non possunt, q
Dei mandata fecerunt. An quisquam maior Deo, aut
bonitate clementior, qui aut infectum uelit quod pos
Deus fieri, aut quasi illi minus potestatis ad proteg
ecclesiã suam fuerit, auxilio nos suo putet posse seru
hæc ignaro Deo gesta sunt, aut non permittente illo
ista ueniunt, cum doceat indociles, & admoneat in
Esa.42. res scriptura diuina, quæ loquitur, dicens: Quis
direptionem Iacob & Israël eis qui prædebantur
non'ne Deus cui peccauerunt, & nolebant in uijs eius
bulare, neque audire legem eius? Et superduxit sup
Esa.59. iram animationis suæ. Et alibi testatur ac dicit: Nunquid
ualet manus Dei ut saluos faciat? Aut grauauit aurem
non exaudiat? sed peccata uestra inter uos & Deum
parant, & propter delicta uestra auertit faciem à
ne misereatur. Delicta potius nostra reputemus, actus
stros & animi secreta uoluentes, conscientiæ merita
remus. Redeat in cor nostrum, non ambulasse nos in
Domini, & abiecisse legem Dei: præcepta eius et mon
lutaria nũquã seruare uoluisse, quid de eo boni sentiat
timorẽ fuisse apud eum, quam fidẽ credas, quẽ corrigere
metus potuit, uec persecutio ipsa reformauit? Alta &
ceruix, nec quia cecidit, inflexa est. Tumens animus
perbus, nec quia uictus est, fractus est. Iacens stantibus
tegris uulneratus minatur, & quod non statim Domi
pus inquinatis manibus accipiat, aut ore polluto Domi
guinem bibat, sacerdotibus sacrilegus irascitur. Atq; ò
nimiam furiose dementiam: Irasceris ei, qui abs te au
iram Dei nititur: ei minaris, qui pro te Domini nu
diam deprecatur: qui uulnus tuum sentit, quod ipse no
tis: qui pro te lacrymas fundit, quas ipse forsitan non

Oneras adhuc crimen & cumulas. Et cum sis ipse implaca-
bilis ad antistites Dei, putas circa te Dominum posse pla-
cari? Accipe potius & admitte quæ loquimur: Quid surdæ
aures salutaria præcepta non audiunt, quæ monemus? Quid
cæci oculi pœnitẽtiæ iter non uident, quod ostẽdimus? Quid
perculsa & alienata mens remedia uitalia nõ percipit, quæ
de scripturis cœlestibus & discimus et docemus? Aut si in-
credulis quibusdam minor fides est futurorum, uel præsen-
tibus terreantur. Ecce eorum, qui negauerunt, quæ suppli-
cia conspicimus, quos eorum tristes exitus flemus! Nec hic
esse sine pœna possunt, quamuis necdum pœnæ dies uene-
rit. Plectuntur interim quidam, quo cæteri corrigantur. Exẽ
pla sunt omnium, tormenta paucorum. Vnus ex his qui spõ
te capitolium negaturus ascendit, postquàm Christum ne-
gauit, obmutuit. Pœna inde cœpit unde cœpit & crimen,
ut nec rogare iam posset, qui uerba ad precandam mi-
sericordiam non haberet. Alia in balneis constituta (hoc
enim crimini eius & malis deerat, ut ad balneas statim
pergeret, quæ lauacri uitalis gratiam perdidisset) illic
ab immundo spiritu immunda correpta cecidit, laniauit
dentibus linguam, qua fuerat uel pasta impiè uel locuta.
Postquàm sceleratus cibus sumptus est, in perniciem suam
rabies oris armata est. Ipsa sui carnifex extitit, nec diu super
esse postmodum potuit, doloribus uentris & uiscerum cru-
ciata defecit. Præsente ac teste me ipso accipite quid euene-
rit. Parentes fortè fugientes dum trepidi minus consulunt,
sub nutricis alimento paruulam filiam reliquerunt, reli-
ctam nutrix detulit ad magistratus. Illi ei apud ido-
lum quò populus confluebat, quòd carnem necdum pos-
set edere per ætatem, panem mero mistum, quod tamen &
ipsum de immolatione pereuntiũ supererat, tradiderunt. Re-
cepit

Exhortatio.

Puella à damone possessa.

cepit filiam postmodum mater. Sed facinus puella cõnus-
tam loqui et indicare non potuit, quàm nec intelligere p-
potuit, nec arcere. Ignoratione igitur obreptum est, ut sa-
ficantibus nobis eam secum mater inferret. Sed enim pu-
mista cum sanctis, precis nostræ & orationis impa-
nunc ploratu concuti, nunc mentis æstu fluctuabunda iac-
ri, uelut tortore cogente, quibus poterat indicijs cons-
facti in simplicibus adhuc annis rudis anima fatebatur. V-
uerò solẽnibus adimpletis calicẽ diaconus offerre præ-
bus cœpit, & accipientibus cæteris locus eius ad-
faciem suam paruula instinctu diuinæ maiestatis a-
tere, os labijs obturantibus premere, calicem recu-
Perstitit tamen Diaconus, & reluctanti licet de sacram-
to calicis infudit. Tunc sequitur singultus & uomitus. I-
corpore atq; ore uiolato eucharistia permanere non po-
Sanctificatus in Domini sanguine potus, de pollutis uiscer-
bus erupit. tanta est potestas Domini, tanta maiestas. Secre-
tenebrarum sub eius luce detecta sunt, sacerdotem Dei n-
occulta crimina fefellerunt. Hoc circa infantem, quæ ad-
quendam alienum circa se crimen necdum habuit ætate-
At uerò ea quæ ætate prouecta, & in annis adulteri-
constituta sacrificantibus latenter obrepsit, non cibum, s-
gladium sibi sumens, & uelut quædam uenena letalia in-
tra fauces & pectus admittens, angi & anima exæstu-
te concludi postmodum cœpit. Et pressuram non iam p-
secutionis, sed delicti sui passa, palpitans & tremens co-
cidit., Impunitum diu non fuit, nec occultum dissimula-
conscientiæ crimen: quæ fefellerat hominem, Deum s-
ultorem. Et cum quædam arcam suam, in qua Domini s-
ctum fuit, manibus indignis tentasset aperire, igne inde-
Miraculum. gente deterrita est, ne auderet attingere. Et quidam alius

ipse maculatus sacrificio à sacerdote celebrato, partem cum
cæteris ausus est latenter accipere, sanctum Dei edere &
contrectare non potuit, cinerem ferre se apertis manibus in-
uenit, documento unius ostensum est, Dominum recedere,
cum negatur nec immerentibus ad salutem prodesse quod
sumitur, cum gratia salutaris in cinerem sanctitate fugiente
mutetur. Quam multi quotidie immundis spiritibus adim-
plentur, quàm multi usq; ad insaniam mentis excordes de-
mentiæ furore quatiuntur! Nec necesse est ire per exitus sin-
gulorum, cum per orbis multiformes ruinas tam delicto-
rum pœna sit uaria, quàm delinquentium multitudo nu-
merosa. Vnusquisq; consideret non quid alius passus sit, sed
quid pati & ipse mereatur. Nec euasisse se credat, si eum
interim pœna distulerit, cum timere plus debeat, quem sibi
Dei iudicis censura seruauit: ne sibi quo minus agant pœni-
tentiam blandiantur, qui & si nefandis sacrificijs manus
non contaminauerunt, libellis conscientiam polluerunt. Et
illa professio denegantis contestatio est Christiani quod fue-
rat abnuentis, fecisse se dixit quicquid alius faciendo com-
misit. Cumq; scriptum sit: Non potestis duobus dominis ser- Matth. 6.
uire, seruiuit seculari domino qui obtemperauit eius edicto.
Magis obaudiuit humano imperio quàm Deo. Viderit an
minore uel dedecore, uel crimine apud homines publicaue-
rit quod admisit. Deum tamen iudicem subterfugere & ui-
tare non poterit, cum dicat spiritus sanctus in psalmis: Quod Psal. 138.
est imperfectum meum, uiderunt oculi tui, & in libro tuo
omnes scribentur. Et iterum: Homo uidet in facie, Deus in 1. Reg. 16.
corde. Ipse quoq; Dominus præmoneat & præstruat di- Hier. 17.
cens: Et scient omnes ecclesiæ quia ego sum scrutator renis
& cordis. Perspicit ille abdita & secreta atq; occulta consi-
derat. Nec Dei oculos potest aliquis euadere dicentis: Ego

Deus approximans, & non Deus de longinquo. Si abscon-
ditus fuerit homo in abditis, ego ergo non uidebo eum.
Non ne cœlum & terram ego impleo? Videt ille corda
pectora singulorum, & iudicaturus non tantum de facto
sed & de uerbis & de cogitationibus nostris: omnium mo-
tes uoluntatesq; conceptas in ipsis adhuc clausi pectoris
tebris intuetur. Deniq; quando & fide maiore & timore
meliore sunt, qui quamuis nullo sacrificij aut libelli fac-
constricti, quoniã tamen de hoc uel cogitauerunt, hoc ipsum
apud sacerdotes Dei dolenter & simpliciter confite-
exomologesin conscientiæ faciunt, animi sui pondus exp-
nunt, salutarẽ medelam paruis licet & modicis uulnerib-
exquirũt, scientes scriptum esse: Deus non deridetur. Dei-
deri & circumueniri Deus non potest, nec astutia aliqua
fallente deludi. Plus imò delinquit, qui secundum hominem
Deum cogitans, euadere se pœnam criminis credit, si n-
palàm crimen admisit. Christus in præceptis suis dicit: Qui
confusus me fuerit, confundet eum filius hominis. Et Chri-
stianum se putat, qui Christianus esse aut confunditur, aut
ueretur? Quomodo potest esse cũ Christo, qui ad Christum
pertinere aut erubescit, aut metuit? Minus planè peccauit
non uidendo idola, nec sub oculis circunstantis atq; insi-
tantis populi sanctitatem fidei profanando, non pollu-
manus suas funestis sacrificijs, nec sceleratis cibis ora-
culando. Hoc eò proficit, ut sit minor culpa, non ut innocens
conscientia. Facilius potest ad ueniam criminis peruenire
non est tamen immunis à crimine. Nec cesset in agenda pœ-
nitentia atq; in Domini misericordia deprecanda, ne pœ-
minus esse in qualite delicti uidetur, in neglecta satisfactio
cumuletur. Confiteantur singuli quæso uos fratres delicta
suum, dum adhuc qui deliquit in seculo est, dum admonet

Deo omnia manifesta.

Gal. 6.

fessio eius potest, dum satisfactio & remissio facta per sa-
cerdotes apud Dominum grata est. Conuertamur ad Domi-
num mente tota, & pœnitentiam criminis ueris doloribus
exprimentes, Dei misericordiam deprecemur. Illi se anima
prosternat. Illi mœstitia satisfaciat. Illi spes omnis incum-
bat. Rogare qualiter debeamus dicit ipse: Reuertimini, in-
quit, ad me ex toto corde uestro, simulq; & ieiunio &
fletu & planctu, & scindite corda uestra & non uesti-
menta. Ad Dominum toto corde redeamus. Iram & offen-
sam eius ieiunijs, fletibus, planctibus, sicut admonet ipse, pla-
cemus. Lamentari eum putamus, ex toto corde, ieiunijs, fle-
tibus, planctibus Dominum deprecari, qui ex primo crimi-
nis die lauacra cum fœminis quotidie celebrat, qui epulis
affluentibus pastus, & sagina largiore distentus, cupiditates
suas prostridie eructat, nec cibos suos & potus cum pau-
perum necessitate communicat? Qui hilaris & lætus ince-
dit, quomodo mortem suam deflet? Cumq; scriptum sit, non
corrumpetis effigiẽ barbæ uestræ, barbam uellit & faciem
suam comit. Et placere nunc cuiquam studet, qui Deo displi-
cet? An illa ingemiscit & plangit, cui uacat cultum pretio-
sæ uestis induere, nec indumentum Christi quod perdidit
cogitare? accipere pretiosa ornamenta, & monilia elabo-
rata, nec diuini & cœlestis ornatus damna deflere? Tu licet
indumenta peregrina & uestes sericas induas, nuda es. Au-
ro te licet & margaritis gemmisq; condecores, sine Christi
decore deformis es. Et quæ capillos tuos inficis, uel nunc in
doloribus desine. Et quæ nigri pulueris ductu oculorum li-
niamenta depingis, uel nunc lacrymis oculos tuos ablue. Si
quẽ de tuis charis mortalitatis exitu perdidisses, ingemisce-
res dolenter & fleres, facie inculta, ueste mutata, neglecto
capillo, uultu nubilo, ore deiecto indicia mœroris ostẽderes.

De formis quisque sine Dei decore.

Animam tuã misera perdidisti, spiritualiter mortua super-
uiuere hic tibi, & ipsa ambulans funus tuum portare cœpi-
sti, & non acriter plangis, non iugiter ingemiscis? Non ac
uel pudore criminis, uel continuatione lamentationis absco-
dis? Ecce peiora adhuc peccandi uulnera, ecce maiora delic-
ta peccasse, nec satisfacere: deliquisse, nec delicta deflere.
Daniel.3. Ananias, Azarias, Misahel illustres ac nobiles pueri, qui
minus exomologesin Deo facerent, nec inter flammas &
camini exæstuantis incendia quieuerunt. Bene sibi licet con-
scij, & Dominum fidei ac timoris obsequio sæpe promeri-
humilitatem tamen tenere & Domino satisfacere, nec inter
ipsa gloriosa uirtutum suarum martyria destiterunt. Le-
quitur scriptura diuina: Stans, inquit, Azarias precatus est,
& aperuit os suum, & exomologesin faciebat Deo simul
cum sodalibus suis in medio ignis. Daniel quoq; post fidei
atq; innocentiæ suæ multiplicem gratiam, post dignationem
Domini circa uirtutes ac laudes suas sæpe repetitã, ieiunijs
adhuc promereri Deum nititur, in sacco & in cinere uolu-
tatur: exomologesin faciens dolenter & dicens: Domine
Daniel.9. Deus magnus & fortis, & metuendus, qui seruas testamen-
tum & miserationes eis qui te diligunt & conseruant impe-
ria tua, peccauimus, facinus admisimus, impij fuimus, trans-
gressi sumus ac deseruimus præcepta tua & iudicia tua, nec
audiuimus uerba puerorum tuorũ prophetarum, quæ locu-
ti sunt in nomine tuo super reges nostros & omnes gentes
& super omnem terram. Tibi Domine gloria, tibi iustitia,
nobis autem confusio. Hæc mites, hæc simplices, hæc inno-
centes in promerenda Dei maiestate fecerunt: & nunc sa-
tisfacere, & Dominum deprecari detrectãt, qui Dominum
negauerũt? Quæso uos fratres, acquiescite salubribus rem-
dijs, consilijs obedite melioribus, cum lacrymis nostris no-
stras

stras lacrymas iungite, cum nostro gemitu uestros gemitus
copulate. Rogamus uos ut pro uobis Deum rogare possi-
mus, preces ipsas ad uos prius uertimus, quibus Deum pro
uobis ut misereatur, oramus. Agite pœnitentiam plenam,
dolentis ac lamentantis animi probate mœstitiam: nec uos
quorũdam moueat aut error improuidus, aut stupor uanus,
qui cum teneantur in tam grandi crimine, percussi sunt ani-
mi cæcitate, ut nec intelligant delicta, nec plangãt. Indignan
tis Dei maior hæc plaga est, sicut scriptum est: Et dedit illis Esaiæ 6.
Deus spiritum transpunctionis. Et iterum: Delectum uerita- 2.Thess.2.
tis non receperunt, ut salui fierent, ac propterea mittet illis
Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut iudicen-
tur omnes qui non crediderunt ueritati, sed sibi placeant in
iniustitia. Iniuste sibi placẽtes, & transpunctæ mentis alie-
natione dementes Dei præcepta contemnunt, medelam uul-
neris negligunt, agere pœnitentiã nolunt. Ante admissum fa
cinus improuidi, post facinus obstinati: nec prius stabiles, nec
postmodũ supplices: quando debuerãt stare, iacuerũt: quãdo
iacere & prosternere se Deo debent, stare se opinantur. Pa-
cem sibi ultro nemine dante sumpserunt, falsa pollicitatione
seducti, & apostatis ac perfidis iuncti errorem pro ueritate
sumpserunt. Communicationẽ nõ communicantium ratam
ducunt, hominibus contra Deum credunt, qui contra homi-
nes Deo non credunt. Eiusmodi homines quantum potestis
effugite, perniciosis cõtactibus adhærentes salubri cautione
uitate. Sermo eorum sicut cancer serpit: colloquiũ uelut con- Sermo malorũ sicut cancer.
tagium transilit: noxia & uenenata persuasio persecutione
ipsa peius interficit: illic superest pœnitẽtia, quæ satisfaciat.
Qui autem pœnitentiã criminis tollunt, satisfactionis uiam
claudunt. Ita fit ut dum temeritate quorundã uel promitti-
tur salus falsa, uel creditur, spes ueræ salutis adimatur. Vos

uerò fratres, quorum timor in Deum pronus est, & in ra-
na licet animus cõstitutus mali sui memor est, pœnitentes
dolentes peccata uestra perspicite, grauissimum conscien-
crimen agnoscite, ad intelligentiam delicti uestri oculos
dis aperite, nec desperantes misericordiam Domini, nec
men iam ueniam uendicantes. Deus quantum patris pie-
indulgens semper et bonus est, tantum iudicis maiestate
tuendus est. Quàm magna deliquimus, tam grãditer de-
mus. Alto uulneri diligens & longa medicina nõ desit
nitentia crimine minor non sit. Putas ne tu Dominum
posse placari, quẽ uerbis perfidis abnuisti, cui patrimo-
præponere maluisti, cuius templũ sacrilega contagione
lasti? Putas facilè eum misereri tui, quem tuũ nõ esse di-
Orare oportet impensius & rogare, diem luctu transi-
uigilijs noctes ac fletibus ducere, tempus omne lacrym-
lamentationibus occupare, stratos solo adhærere cineri
cilicio uolutari & sordibus: post indumentũ Christi pe-
tum, nullum iam uelle uestitum: post diaboli cibum
ieiuniũ: iustis operibus incumbere, quibus peccata pur-
tur: eleemosynis frequenter insistere, quibus à morte
liberantur: quod aduersarius auferebat, Christus acce-
nec teneri iam nec amari patrimonium debet, quo qui
deceptus & uictus est. Pro hoste uitanda res, pro latrone
gienda, pro gladio metuẽda possidentibus & uendenda
hoc tantum profuerit quod remansit, ut inde crimen
pa redimatur. Incunctanter & largiter fiat operatio
omnis in medelam uulneris erogetur, opibus & facul-
nostris qui de nobis iudicaturus est, Domino fœneretur
sub Apostolis fides uiguit, sic primus credentium po-
Christi mandata seruauit: prompti erant, largi erant, di-
buendum per Apostolos totũ dabant, & nõ talia delicti

Deus misericors.

dimebant. Si precem toto corde quis faciat, si ueris pœniten-
tiæ lamentationibus & lacrymis ingemiscat, si ad ueniam
delicti sui Dominum iustis & cõtinuis operibus inflectat,
misereri talium potest, qui & misericordiã suam protulit di-
cens: Cum conuersus ingemueris, tunc saluaberis, & scies
ubi fueris. Et iterum: Nolo mortem peccatoris, dicit Domi- Ezech. 33.
nus, quantum ut reuertatur & uiuat. Et Iohel propheta
pietatẽ Domini Domino ipso monẽte, declarat: Reuertimi Iohel. 2.
ni, inquit, ad Dominum Deũ uestrũ, quoniã misericors &
pius est, & patiens, & multæ miserationis, & qui sententiã
flectat aduersus malitiã irrogatam. Potest ille indulgentiam
dare, sententiam suam potest ille deflectere. Pœnitenti ope-
ranti, roganti potest clementer ignoscere: potest acceptum
ferre, quicquid pro talibus & petierint Martyres, & fece-
rint sacerdotes: uel si quis plus eum suis satisfactionibus mo-
uerit, si eius iram, si indignantis offensam iusta deprecatione
placauerit. Dat ille arma rursum, quibus uictus armetur: re-
parat & corroborat uires: quibus fides instaurata uegete-
tur. Repetet, & certamen suum miles iterabit, in acie pro-
uocabit hostem, & quidem factus ad prælium fortior post
dolorem. Qui sic Deo satisfecerit, qui pœnitentia facti sui,
qui pudore delicti plus uirtutis & fidei de ipso lapsus sui
dolore conceperit, exauditus & adiutus à Domino, quam
contristauerat nuper, lætam faciet ecclesiam: nec iam so-
lam Dei ueniam merebitur, sed coronam.

Sermo sextus eiusdem de oratione dominica, scilicet, Pater noster: in quo docet qua potissimum oratione uti, & qualiter ad eam accedere, & quo gestu corporis & modo uocis conueniat, qui se Christianum esse asserit.

SERMO SEXTVS,
De oratione Dominica.

EVANGELICA præcepta, fratres dilectissimi nihil sunt aliud quam magisteria
diuina, fundamenta ædificandæ spei, firmamenta corroborandæ fidei, nutrimenta
uendi cordis, gubernacula dirigendi itineris, præsidia obtinendæ salutis: quæ dum dociles credulas
mentes in terris instruunt, ad cœlestia regna perducunt.
Multa & per prophetas seruos suos dici Deus uoluit,
audiri: sed quanto maiora sunt quæ filius loquitur, quæ
sermo, qui in prophetis fuit, propria uoce testatur: non
mandans ut paretur uenienti uia, sed ipse ueniens &
nobis aperiens & ostendens, ut qui in tenebris mortis
rantes improuidi & cæci prius fuimus, lucis gratia illu
nati, iter uitæ, duce & rectore Domino teneremus. Qui
ter cætera salutaria sua monita & præcepta diuina, q
populo suo consulit ad salutem, etiam orandi ipse f
dedit, ipse quid precaremur monuit et instruxit. Qui fe
uere, docuit & orare, benignitate scilicet qua & cætera
re & cõferre dignatus est, ut dum prece & oratione
filius docuit, apud patrem loquimur, facilius audiamur.
prædixerat horã uenire quando ueri adoratores
patrẽ in spiritu & ueritate, & impleuit quod ante
rat, ut qui spiritũ & ueritatẽ de eius sanctificatione
mus, de traditione quoq; eius uere & spiritaliter

Oratio dominica cæteris anteferenda.

Quæ enim potest magis spiritualis esse oratio, quam
Christo nobis data est, à quo nobis & spiritus sanctus
est? Quæ uera magis apud patrẽ precatio, quam quæ
qui est ueritas, de eius ore prolata est? ut aliter orare
docuit, nõ ignorãtia sola sit, sed & culpa, quãdo ipse
rit & dixerit: R eijcitis mandatũ Dei, ut traditionẽ
Matth.15. statuatis. Oremus itaq; fratres dilectissimi sicut

Deus docuit. Amica & familiaris oratio est Deum de suo ro
gare, ad aures eius ascendere Christi orationem. Agnoscat
pater filij sui uerba, cum precem facimus. Qui habitat intus
in pectore, ipse sit & in uoce. Et cum ipsum habeamus apud
patrem aduocatum pro peccatis nostris, quando peccato-
res pro delictis nostris petimus, aduocati nostri uerba pro-
mamus. Nam cum dicat, quia quodcũq; petieritis à patre in Ioan.16.
nomine meo, dabit uobis: quanto efficacius impetramus
quod petimus in Christi nomine, si petamus ipsius orationes?
Sit autem orantibus sermo & precatio cum disciplina, quie
tem continens & pudorem. Cogitemus nos sub conspectu
Dei stare. Placendum est diuinis oculis & habitu corporis
& modo uocis. Nam ut impudentis est clamoribus strepe-
re, ita contrà congruit uerecundo modestis precibus orare.
Denique magisterio suo Dominus secretè nos orare præce-
pit in abditis & secretis, uel semotis locis, in cubiculis ipsis,
quod magis conuenit fidei, ut sciamus Deum ubiq; esse præ-
sentem, audire omnes & uidere, & maiestatis suæ plenitu-
dine in abdita quoq; et occulta penetrare, sicut scriptum est:
Ergo Deus approximans, et non Deus de longinquo. Si abs- Hiere.23.
conditus fuerit homo in absconditis, ergo ego non uidebo
eum? Non'ne cœlum & terram ego impleo? Et iterum: In Prouerb.15.
omni loco oculi Dei speculantur bonos & malos. Et quan-
do in unum cum fratribus conuenimus, & sacrificia diuina
cum Dei sacerdote celebramus, uerecundiæ et disciplinæ me
mores esse debemus: non passim uentilare preces nostras in-
conditis uocibus, nec petitionem commendandam modeste,
Deo tumultuosa loquacitate iactare. Quia Deus non uo-
cis, sed cordis auditor est. Nec admonendus est clamori-
bus qui cogitationes uidet prouocante Domino & dicente:
Quid cogitatis nequam in cordibus uestris? & alio loco: Luc.5.

Hier.17. Et scient omnes ecclesiæ, quia ego sum scrutator renū
Anna typus ecclesiæ. cordis. Quod Annâ in primo Regnorum libro eccles
pum portans custodit & seruat, quæ Dominum non
sa petitione, sed taciteet modeste intra ipsas pectoris
precabatur. Loquebatur prece occulta, sed manifesta
loquebatur non uoce, sed corde: quia sic sciebat Deum
1.Reg.1. dire, & impetrauit efficaciter quod petijt, quia fideliter
stulauit. Declarat scriptura diuina, quæ dicit: Loquebat
in corde suo, & labia eius mouebantur, & uox eius
Psal.4. audiebatur, & exaudiuit eam Deus. item legimus in
Hier.29. mis: Dicite in cordibus & in stratis uestris: & transfer
mini. Per Hieremiam quoq; hæc eadem spiritus sanctus
gerit & docet, dicens: In sensu autem tibi debet ado
Orādi, adorandi q; modus. Deus. Adorans autem fratres dilectissimi nec illud ig
quemadmodum in tẽplo cum pharisæo & publicano
uerit, non alleuatis impudenter ad cœlum oculis, nec
bus insolenter erectis, pectus suum pulsans, & peccata
Incluſa contestans, diuinæ misericordiæ implorabat
Et cum sibi Pharisæus placeret, sanctificari hic magis
ruit, qui sic orauit, qui spem salutis non in fiducia innocen
Innocẽs nemo. suæ posuit, cum innocens nemo sit, sed peccata confi
humiliter orauit, & exaudiuit orantem qui humi
Luc.18. ignoscit. Quæ Dominus in Euangelio suo ponit &
mines duo ascenderunt in templum adorare, unus
sæus & alter publicanus. Pharisæus cum stetisset, talia
se precabatur: Deus gratias tibi ago, quia non sum sic
teri homines iniusti, raptores, adulteri, quomodo &
canus iste: ieiuno bis in sabbato, decimas do de omnib
cunque possideo. Publicanus autem de longinquo
& neque oculos uolebat ad cœlum leuare, sed
tiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mi

catori. Dico uobis, descendit hic iustificatus magis in domum Matth.23.
suam, quàm ille Pharisæus. Quia omnis qui se extollit, humi-
liabitur, & qui se humiliauerit exaltabitur. Quæ nos fra-
tres dilectissimi de diuina lectione discentes, postquàm agno
uimus ad orationem qualiter accedere debeamus, cognosca-
mus, docente Domino, & quid oremus. Sic, inquit, orate: Pa Orādum quid.
ter noster qui es in cœlis. Sanctificetur nomen tuū. Aduenia
regnum tuum. Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra.
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et remitte no
bis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus no-
stris. Et ne patiaris induci nos in tentationem: sed libera
nos à malo. Amen. Ante omnia pacis doctor, atque unitatis
magister singulatim noluit, & priuatim precẽ fieri, ut quis,
cum precatur, pro se tantum precetur. Non dicimus pater
meus, qui in cœlis es: nec, panem meum da mihi hodie. Nec
dimitti sibi tantum unusquisque delicta postulat, aut ut in
temptationem non iuducatur, atque à malo liberetur, pro se
solo rogat. Publica est nobis, & communis oratio: & quan- Oratio sit communis & publica.
do oramus, non pro uno, sed pro populo toto oramus,
quia totus populus unum sumus. Deus pacis & con-
cordiæ magister, qui docuit unitatem, sic orare unum
pro omnibus uoluit, quomodo in uno omnes ipse porta-
uit. Hanc orationis legem seruauerunt tres pueri in camino Dan.3.
ignis inclusi, consonantes in prece, & spiritus consensione
concordes. Quod declarat scripturæ diuinæ fides, & cum
docet quomodo orauerint tales, dat exemplum quod imi-
tari in precibus debeamus, ut tales esse possimus. Tunc,
inquit, illi tres quasi ex uno ore hymnum canebant, &
benedicebant Dominum. Loquebantur quasi ex uno ore,
& nondum illos Christus orare docuerat, & idcirco
orantibus fuit impetrabilis & efficax sermo, quia prome-
rebatur

rebatur Dominum pacifica & simplex, & spiritualis e-
Act.1. tio: sic & apostolos cum discipulis post ascensum Do-
inuenimus orasse. Erant, inquit, perseuerantes omnes u-
mes in oratione cum mulieribus, & Maria, quæ fuerat
ter IESV, & fratribus eius. Perseuerabant in oratione
nimes, orationis suæ & instantium simul, & concor-
Psal.67. declarantes. Quia Deus, qui inhabitare facit unanim-
domo, non admittit in diuinam & æternam domu-
apud quos est unanimis oratio. Qualia autem sint
dilectissimi orationis dominicæ sacramenta, quam
quam magna breuiter in sermone collecta, sed in u
ritualiter copiosa! ut nihil omnino præterm
non in precibus, atque orationibus nostris cœlestis
Matth.6. næ compendio comprehendatur. Sic, ait, orate: Pa
ster qui es in cœlis. Homo nouus renatus, & Deo
gratiam eius restitutus, pater primo in loco dicit,
Ioan.1. esse iam cœpit. In sua, inquit, propria uenit, & sui
receperunt. Quotquot eum receperunt, dedit illis
tem, ut filij Dei fierent, qui credunt in nomine eius.
go credidit in nomine eius, & factus est Dei filius,
bet incipere, ut & gratias agat, & profiteatur se
lium, dum nominat patrem sibi esse in cœlis Deum;
testetur quoque inter prima statim natiuitatis sua
renuntiasse se terreno & carnali patri, & patrem
lum nosse se & habere cœpisse, qui sit in cœlis,
Deute.33. scriptum est: Qui dicunt patri & matri, non noui
filios suos non agnouerunt, hi custodierunt præcep
Matth.23. & testamentum tuum seruauerunt. Item Dom
Euangelio suo præcepit, ne uocemus nobis pa
terra, quòd sit scilicet nobis unus pater qui est in
discipulo, qui mentionem defuncti patris fecerat, re

sinat mortui mortuos suos sepeliant: dixerat enim patrem Matth.8.
suum mortuum, cum sit credentium pater uiuus. Nec hoc
fratres dilectissimi, animaduertere, & intelligere de-
mus, quòd appellemus patrem, qui sit in cœlis: sed con-
gnus & dicimus: pater noster, id est, eorum qui credũt,
rum qui per eum sanctificati, & gratiæ spiritualis nati-
reparati, filij Dei esse cœperunt. Quæ uox etiam Iu-
deos perstringit, & percutit, qui Christum sibi per pro-
phetas annũciatum, & ad se prius missum non tantum spre
uerunt infideliter, sed & crudeliter necauerunt. Qui iam nõ
tem patrem Deum uocare, cum Dominus eos confun-
& redarguat, dicens: Vos de diabolo patre estis, & cõ- Ioan.8.
cupiscentias patris uestri uultis facere. Ille enim homicida
ab initio, et in ueritate nõ stetit: quia ueritas nõ est in illo.
per Esaiam prophetam Deus clamat indignãs: Filios ge Esa.1.
exaltaui: ipsi autem me spreuerunt. Agnouit bos pos
rem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israël autem
me non cognouit, & populus me non intellexit. Væh gens
peccatrix, populus plenus peccatis, semẽ nequam, filij scele-
ti, derelinquistis Dominũ, & in indignationẽ misistis illũ san
Israël. In quorũ exprobrationẽ Christiani quãdo ora
mus, pater noster dicimus, quia noster esse cœpit, & Iu-
dæorum, qui eum reliquerunt, esse desijt: nec peccator popu
lus potest esse filius, sed quibus remissa peccatorum datur,
eorum nomen adscribitur, eis & æternitas repromitti-
tur. Domino ipso dicente: Omnis qui facit peccatum, seruus Ioan.8.
est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum, fi-
lius manet in æternum. Quanta autem Domini in-
dulgentia, quanta circa nos dignationis eius et bonitatis uber
tas, cum sic nos uoluerit orationẽ celebrare in cõspectu Dei,
ut Deus patrẽ uocemus, & ut est Christus Dei filius, sic &

nos

nos Dei filij nuncupemur. Quod nomen nemo nostrum
oratione auderet attingere, nisi ipse nobis sic permisisset
rare. Meminisse itaq; fratres dilectißimi & scire debemus
quia quando Deum patrem dicimus, quasi filij Dei agere
debemus, ut quomodo nos nobis placemus de Deo patre,
sibi placeat & ille de nobis. Conuersemur quasi Dei tem-
pla, ut Deum in nobis cõstet habitare. Nec degeneret ac-
noster à spiritu, ut qui cœlestes et spirituales esse cœpimus,
non nisi spiritualia & cœlestia cogitemus, & agamus, qui
1.Reg.2. & ipse Deus dixit: Eos qui clarificant me clarificabo, et qui
me spernit, spernetur. Beatus quoque Apostolus in epistola
1.Cor.6. sua posuit: Non estis uestri, empti enim estis pretio magno.
clarificate & portate Deum in corpore uestro. Post hoc
Sanctificetur nomẽ tuum. dicimus: Sanctificetur nomen tuum: non quòd optemus
Deo, ut sanctificetur orationibus nostris, sed quòd petamus
ab eo, ut nomen eius sanctificetur in nobis. Cæterum à quo
Deus sanctificatur, qui ipse sanctificat? Sed quia ipse dixit:
Leuit.20. cti estote, quoniam ego sanctus sum: ideo petimus & rogamus,
ut qui in baptismo sanctificati sumus, in eo, quo esse cœpimus,
perseueremus: & hoc quotidie deprecamur. Opus
est enim nobis quotidiana sanctificatione, ut qui quotidie
Delinquimus quotidie. delinquimus, delicta nostra sanctificatione assidua repur-
gemus. Quæ autem sit sanctificatio, quæ nobis ab
Dei dignatione confertur, Apostolus prædicat, dicens:
1.Cor.6. Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri,
neque molles, neque masculorum appetitores, neque
fures, neque fraudulenti, neque ebriosi, neque maledici, neque
raptores regnum Dei consequentur. Et hæc quidem fuistis,
sed abluti estis, sed iustificati estis, sed sanctificati estis in
nomine Domini IESV Christi, & in spiritu Dei nostri. Sanctificatos nos dicit in nomine Domini IESV Christi, & in spiritu

Dei nostri. Hæc sanctificatio ut in nobis permaneat ora-
mus, & quia Deus, & iudex noster sanato à se & uiuifica-
to comminatur iam non delinquere, ne quid ei deterius fiat,
hanc continuis orationibus precem facimus, hoc diebus ac
noctibus postulamus, ut sanctificatio & uiuificatio, quæ de
Dei gratia sumitur, ipsius protectione seruetur. Sequitur in
oratione: Adueniat regnum tuum. Regnum etiam Dei
repræsentari nobis petimus, sicuti et nomen eius, ut in nobis
sanctificetur, postulamus. Nam Deus quando non regnat,
aut apud eum quando incipit, quod & semper fuit, & esse
non desinit? Nostrum regnũ petimus aduenire à Deo nobis
repromissum, Christi sanguine & paßione quæsitum, ut qui
in seculo antè seruiuimus, postmodum Christo dominante re-
gnemus, sicut & ipse pollicetur & dicit: Venite benedicti
patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab Matth.25.
origine mundi. Potest uerò fratres dilectißimi & ipse Chri-
stus esse regnum Dei, quem uenire quotidie cupimus: cuius
aduentus ut citò nobis repræsentetur, optamus. Nam cum
resurrectio ipse nostra sit, qui in ipso resurgimus, sic & re-
gnum Dei potest ipse intelligi quia, in illo regnaturi sumus.
Bene autem regnũ Dei petimus, id est, regnũ cœleste, quia
est & terrestre regnum. Sed qui renuntiauit iam seculo, ma- *Regnũ cœleste. Terrestre.*
ior est & honoribus eius & regno, & ideo qui se Deo &
Christo dedicat, non terrena, sed cœlestia regna desiderat.
Continua autem oratione & prece opus est, ne excidamus
à regno cœlesti, sicut Iudæi, quibus hoc promissum prius
fuerat: exciderunt, Domino manifestante & probante: Mul-
ti, inquit, uenient ab Oriente & Occidente, & recumbent Matth.8.
cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cœlorum, filij au-
tem regni expellentur in tenebras exteriores: illic erit plo-
ratio & stridor dentium. Ostẽdit quia antè filij regni Iudæi
erant,

erant, quando & filij Dei esse perseuerabant. Posquam
sauit circa illos nomen paternum, cessauit & regnum
ideo Christiani, qui in oratione appellare patrem Deum
pimus, nos & ut regnum Dei nobis ueniat oramus, addi-
quoq; & dicimus: Fiat uoluntas tua sicut in cœlo, & in
ra: non ut Deus faciat quod uult, sed ut nos facere pos-
quod Deus uult. Nam Deo quis obsistit, quò minus
uelit faciat? Sed quia nobis à diabolo obsistitur, quò
per omnia noster animus, atque actus Deo obsequatur
mus & petimus, ut fiat in nobis uoluntas Dei, quæ in
in nobis, opus est Dei uoluntate, id est, ope eius et pro-
ne, quia nemo suis uiribus fortis est, sed Dei indulgen-
misericordia tutus est. Denique & Deus infirmita-
nis, quem portabat, ostendens ait: Pater, si fieri po-
Matth. 26. transeat à me calix iste. Et exemplum discipulis suis
ens, ut non uoluntatem suam, sed Dei faciant, addidit
Veruntamen non quod ego uolo, sed quod tu. Et alibi
cit: Non descendi de cœlo, ut faciã uoluntatẽ meam, sed
qui me misit. Quod si filius obaudiuit, ut faceret patris
tatẽ, quando magis seruus obaudire debet, ut faciat Do-
tatẽ hortatur & instruit, dicẽs: Nolite diligere mundum
1. Ioan. 2. ea quæ in mundo sunt. Si quis dilexerit mundum, non
lectio patris in illo. Quia omne quod in mundo est, co
piscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & am
tio seculi, quæ non est à patre, sed ex concupiscentia mu
& mundus trãsibit & cõcupiscentia eius. Qui autẽ fa
uoluntatem Dei, manet in æternum, quomodo & Deus
net in æternum. Qui in æternum manere uolumus, D
Voluntas Dei. æternus est, uoluntatem facere debemus. Voluntas
Dei est, quã Christus & docuit & fecit: Humilitatem

sationes, stabilitas in fide, uerecundia in uerbis, in factis iusti-
tia, in operibus misericordia, in moribus disciplina, iniuriã fa
cere non nosse, & factam tolerare posse, cum fratribus pa-
cem uenere, Deum toto corde diligere, amare in illo quod pa
ter est, timere quod Deus est, Christo nihil omnino præpo-
nere, quia nec nobis ille quicquam præposuit, charitati eius
inseparabiliter adhærere, cruci eius fortiter ac fidenter assi-
stere, quando de eius nomine & honore certamẽ est, exhibe-
re in sermone constantiã, qua confitemur: in quæstione fidu
ciam, qua cõgredimur: in morte patientiã, qua coronamur:
hoc est cohæredẽ Christi uelle esse, hoc est præceptũ Dei fa-
cere, hoc est uoluntatẽ patris adimplere. Fieri autẽ petimus
uoluntatem Dei, ut in cœlo & in terra, quod utrunq; ad con
summationem nostræ uoluntatis pertinet, & salutis. Nam
quia corpus è terra, & spiritũ possideamus è cœlo, ipsi ter- *Sicut in cœlo & in terra.*
ra & cœlum sumus, & in utroq; id est, corpore & spiritu,
uel Dei uoluntas fiat, oramus. Est enim inter carnem & spi- *Colluctatio carnis, & spiritus.*
ritum colluctatio, & discordantibus aduersus se inuicẽ quo-
tidiana congressio, ut non quæ uolumus ipsa faciamus, dum
spiritus cœlestia & diuina quærit, caro terrena & secula-
ria concupiscit: & ideo petimus impense inter duo ista ope
& auxilio Dei concordiam fieri, ut dum & spiritus, &
caro uoluntas Dei geritur, quæ per eum renata est, anima
seruetur. Quod aperte, atq; manifeste apostolus Paulus sua
uoce declarat: Caro, inquit, concupiscit aduersus spiritum, Gal. 5.
& spiritus aduersus carnem. Hæc enim inuicem aduersantur
sibi, ut non quæcunq; uultis ipsa faciatis. Manifesta autem
sunt facta carnis, quæ sunt, adulteria, fornicationes, immun-
ditiæ, spurcitiæ, idololatria, ueneficia, homicidia, inimicitiæ,
contentiones, æmulationes, animositates, prouocationes, si-
militates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessa-

tiones, & his similia, quæ prædico uobis sicut præ-
quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.
Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, mag-
nimitas, fides mansuetudo, continentia, castitas. Et ideo
quotidianis imò continuis orationibus hoc precamur, &
cœlo & in terra uoluntatem circa nos Dei fieri: quia hoc
est uoluntas Dei, ut terrena cœlestibus cedant, spiritualia
diuina præualeant. Potest etiam sic intelligi fratres dilec-
simi, ut quoniam mandat, & monet Deus etiam inimicos
diligere, & pro ijs quoq; qui nos persequuntur orare, pe-
mus & pro illis qui adhuc terreni sunt, & necdum cœle-
stes esse cœperunt, ut & circa illos uoluntas Dei fiat, quam
Matth.5. Christus hominem conseruando, & redintegrando perfecit.
1.Cor.15. Nam cum discipuli ab eo non iam terreni appellentur, sed
sal terræ, & Apostolus primum hominem uocet de terra
mo, secundum uerò de cœlo, merito & nos, qui esse debemus
patri Deo similes, qui solem suum oriri facit super bonos
& malos, & pluit super iustos & iniustos, sic monemur
Deo oramus, & petimus, ut precem pro omnium salute fa-
ciamus. Vt quomodo in cœlo, id est, in nobis per fidem no-
stram uoluntas Dei facta est, ut essemus de cœlo: ita & in
terra, hoc est, in illis credentibus fiat uoluntas Dei, ut qui
adhuc sunt prima natiuitate terreni, incipiant esse cœlestes
ex aqua & spiritu nati. Procedente oratione postulamus
& dicimus: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.
Panē nostrum quotidianū: interpretatio. Quod potest spiritaliter & simpliciter intelligi, quia
uterq; intellectus utilitate diuina proficit ad salutem. Nam
panis uitæ Christus est, & panis hic omnium non est, sed
noster est: & quomodo dicimus pater noster, quia intelli-
gentium & credentium pater est: sic & panem nostrum
uocamus, quia Christus noster, qui corpus eius contingi-

mus, panis est. Hunc autem panem dari nobis quotidie po-
stulamus, ne qui in Christo sumus, & eucharistiam quoti-
die ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo grauio-
re delicto, dum abstenti & non communicantes à cœlesti
pane prohibemur, à Christi corpore separemur, ipso præ- Ioan.6.
dicante & monente: Ego sum panis uitæ, qui de cœlo de-
scendi. Si quis ederit de hoc pane, uiuet in æternum. Panem
autem, quē ego dedero, caro mea est pro seculi uita. Quando
ergo dicit in æternum uiuere, si quis ederit de eius pane, ut
manifestum est eos uiuere, qui corpus eius attingunt, & eu-
charistiam iure communicationis accipiunt: ita contrà ti-
mendum est, & orandum, ne dum quis abstentus separatur
à Christi corpore, procul remaneat à salute, cōminante ipso
& dicente: Nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis
sanguinem eius, non habebitis uitam in uobis. Et ideo panem
nostrum, id est, Christum dari nobis quotidie petimus, ut qui
in Christo manemus & uiuimus, à sanctificatione & cor-
pore eius non recedamus. Potest uerò & sic intelligi, ut qui *Alia interpretatio.*
seculo renuntiauimus, & diuitias eius & pompas fidei gra-
tia spiritualis abiecimus, cibum nobis tantùm petamus &
uictum, cum instruat Dominus & dicat: Qui non renuntia- Luc.14.
uerit omnibus, quæ sunt eius, non potest meus discipulus esse.
Qui autem Christi cœpit esse discipulus, secundum uocem
magistri sui renuntians omnibus, diurnum debet cibum pe-
tere, nec in longum desideria petitionis nostræ extendere,
ipso iterum Domino præscribente & dicente: Nolite in cra- Matth.6.
stinum cogitare: crastinus enim dies ipse cogitabit sibi. Suffi-
cit diei malitia sua. Meritò ergo Christi discipulus uictum
sibi in diem postulat, qui de crastino cogitare prohibetur:
quia & contrarium sibi fit, & repugnans, ut quæramus in
seculo diu uiuere, qui petimus regnum Dei uelociter adue-

nire. Sic & beatus Apostolus monet, formans & corro-
1.Tim.6. rans spei nostræ ac fidei firmitatem: Nihil, inquit, intulimus
in hunc mundum, uerum neq; auferre quid possumus. Ha-
bentes itaq; exhibitionem, & tegumentum, his contenti si-
mus. Qui autem uolunt diuites fieri, incidunt in tentatio-
nem, & muscipulas diaboli, & desideria multa & nocen-
tia, quæ mergunt hominem in perditionem, & in interitum.
Cupiditas malorum radix. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam
appetentes naufragauerunt à fide, & inseruerunt se dolori-
bus multis. Docet non tantum contemnendas, sed & per-
culosas esse diuitias, illic esse radicem malorum blandien-
tium, cæcitatem mentis humanæ occulta* deprædatione fi-
lentium. Vnde & diuitem stultum seculares copias cogitan-
tem, & se exuberantium fructuum largitate iactantem re-
Luc.12. darguit Deus, dicens: Stulte hac nocte expostulatur anima
tua: quæ ergo parasti cuius erunt? Lætabatur stultus in fru-
ctibus nocte moriturus, & cui uita iam deerat, uictus abun-
dantiam cogitabat. Contrà autem Dominus perfectum &
Matth.19. consummatum docet fieri, qui omnibus suis uenditis, atq; in
usum pauperum distributis thesaurum sibi condit in cœlo.
Eum dicit posse se sequi, & gloriam dominicæ passionis
imitari, qui expeditus & succinctus nullis laqueis rei fami-
liaris inuoluitur, sed solutus ac liber, facultates suas ad Do-
minum antè præmissas ipse quoq; comitatur. Ad quod ut
poßit unusquisq; nostrum parare se, sic discit orare, & de
orationis lege qualis esse debeat noscere. Neq; enim deesse
quotidianus cibus potest iusto, cum scriptum sit: Non occi-
dit Dominus fame animam iusti. Et iterum: Iunior fui &
Prouerb. 10. senui, & non uidi iustum derelictum, neq; semen eius quæ-
Psal.36. rens panem: Item Dominus promittat & dicat: Nolite co-
Matth.6. gitare dicentes: Quid edemus, aut quid bibemus, aut quid

*als, deceptione

uestiemur? hæc enim nationes quærunt. Scit autem pater
uester quia horum omnium indigetis. Quærite primùm re-
gnum & iustitiam Dei, & hæc omnia apponentur uobis.
Quærentibus regnum & iustitiam Dei, omnia promittit
apponi. Nam cum sint Dei omnia, habenti Dominum nihil
deerit, si Deo ipse non desit. Sic Danieli in leonum lacu ius-
sa regis incluso, prandium diuinitus procuratur, & inter Daniel.14.
feras esurientes, & parcentes homo Dei pascitur. Sic ali-
tur Helias in fuga, & in solitudine coruis ministrantibus, 3.Reg.17.
& uolucribus cibũ sibi apportãtibus in persecutione nutri-
tur. Atq; ô humanæ malitiæ detestanda crudelitas! feræ
parcunt, aues pascunt, homines insidiantur & sæuiunt. Post
hæc & pro peccatis nostris deprecamur, dicentes: Et re-
mitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitori- Remite nobis debita.
bus nostris. Post subsidium cibi petitur & uenia delicti, ut
qui à Deo pascitur, in Deo uiuat, nec tantum præsenti &
temporali uitæ, sed & æternæ consulatur, ad quam uenire
potest, si peccata donentur: quæ debita Dominus appellat,
sicut in Euangelio suo dicit: Remisi tibi omne debitum, quia Matth.18.
me rogasti. Quàm autem necesse, quàm prouidenter & sa-
lubriter admonemur, quòd peccatores sumus, qui pro pec-
catis rogare compellimur, ut dum indulgentia de Deo pe-
titur, conscientiæ suæ animus recordetur. Ne quis sibi quasi
innocens placeat, & se extollendo plus pereat, instruitur
& docetur peccare quotidie, dum quotidie pro peccatis
iubetur orare. Sic deniq; & Ioannes in epistola sua monet, 1.Ioan.1.
dicens: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos
decipimus, & ueritas in nobis non est. Si autem confeßi
fuerimus peccata nostra, fidelis & iustus est Dominus, qui
nobis peccata dimittat. In epistola sua utrunq; complexus
est, quòd & rogare pro peccatis debeamus, & impetremus

indulgentiam cum rogamus. Ideo & fidelem dixit Deum ad dimittenda peccata, fidem pollicitationis suæ reseruantem. Quia qui orare nos pro debitis & peccatis docuit, paternam misericordiam promisit, & ueniam secuturam. Adiunxit planè & addidit legem certa nos conditione & sponsione constringens, ut sic nobis dimitti debita postulemus, secundum quod & ipsi debitoribus nostris dimittimus: scientes impetrare non posse, quod pro peccatis petimus, nisi & ipsi circa debitores nostros paria fecerimus.

Matth. 7. Idcirco et alio in loco dicit: In qua mensura mensi eritis, in ea remetietur uobis. Et qui seruus post dimissum sibi à domino omne debitum, conseruo suo noluit ipse dimittere, in carcerem religatur. Quia indulgere cõseruo suo noluit, quod sibi à domino indultum fuerat, amisit. Quæ adhuc fortius Christus in præceptis suis maiore censuræ suæ uigore prædixit.

Mar. 11. Cum steteritis, inquit, ad orationem, remittite, si quid habetis aduersus aliquem, ut & pater uester qui in cœlis est, remittat peccata uobis: si autem uos non remiseritis, neq; pater uester qui in cœlis est, remittet peccata uobis. Excusatio tibi nulla in die iudicij superest, cum secundum tuam sententiam iudiceris, & quod feceris, hoc & ipse patiaris. Pacificos enim & concordes, atq; unanimes esse in domo sua Deus præcipit, & quales nos fecit natiuitate secundum tales uult renatos perseuerare, ut qui filij Dei esse cœpimus in Dei pace maneamus, & quibus spiritus unus est, ut sit & animus, & sensus: sic nec sacrificium Deus recipit. Dissidentem ab altari reuertentem prius fratri reconciliari iubet, ut pacificis precibus & Deus possit esse pacatus. Sacrificium Deo maius est pax nostra, & fraterna concordia, & de unitate patris & filij & spiritus sancti plebs

Gen. 4. adunata. Neq; enim in sacrificijs, quæ Abel & Cain pro-

mi obtulerunt, munera eorum Deus, sed corda intuebatur, ut ille placeret in munere, qui placebat in corde. Abel pacificus & iustus, dum Deo sacrificat innocenter, docuit & ceteros quando ad altare munus offerunt, sic uenire cum timore Dei, cum simplici corde, cum lege iustitiæ, cum concordiæ pace. Meritò ille dum in sacrificio Dei talis esset, postmodum sacrificium Deo factus est, ut martyrium primum ostendens, initiaret & sanguinis sui gloria dominicam passionem, qui & iustitiam habuerat, & pacem: tales denique à Domino coronantur, tales in die iudicij cum Domino uindicabuntur. Cæterum discordans & dissidens, & pacem cum fratribus non habens, secundum quod beatus Apostolus, & scriptura sancta testatur, nec si pro nomine Christi occisus fuerit, crimen dissensionis poterit euadere, quia sicut scriptum est: Qui fratrem suum odit, homicida est, nec ad regnum cœlorum peruenit, ut cum deo uiuat homicida. Non potest esse cum Christo, qui imitator Iudæ maluit esse, quàm Christi. Quale delictum est, quod nec baptismo sanguinis potest ablui? Quale crimen est, quod martyrio non potest expiari? Illud quoque necessarie admonet Dominus, ut in oratione dicamus: Et ne patiaris nos induci in tentationem. Qua in parte ostenditur nihil contra nos aduersarium posse, nisi Deus antè permiserit, ut omnis timor noster & deuotio, atque obseruatio ad Deum conuertatur, cum in tentationibus nostris nihil malo liceat, nisi potestas inde tribuatur, probat scriptura diuina, quæ dicit: Venit Nabuchodonosor rex Babyloniæ in Hierusalem, & expugnabat eam, & dedit eam Deus in manu eius. Datur autem potestas aduersus nos malo, secundum nostra peccata, sicut scriptum est: Quis dedit in direptionem Iacob & Israël eis, qui prædantur illum?

1. Ioan. 3.

Ne nos inducas in tentationem.

4. Reg. 24.

Esaiæ 42.

illum? non'ne Deus qui peccauerunt, & nolebant in
eius ambulare, neque audire legem eius, & super
3.Reg.11. super eos iram animationis suæ? Et iterum: Salomon
peccante, & à præceptis & à uijs Domini recedente
positum est: Excitauit Dominus satan ipsi Salomoni. Po-
testas uerò aduersus nos dupliciter datur, uel ad poenam
cum delinquimus, uel ad gloriam cum probamur: sicut
de Iob factum uidemus manifestante Deo & dicente: Ecce
Iob 1. omnia quæcunque habet, in manus tuas do, sed ipsum ca-
ue ne tangas. Et Dominus in Euangelio loquitur tempore
Ioan.19. passionis: Nullam haberes, inquit, aduersum me potestatem,
nisi data tibi esset desuper. Quando autem rogamus
ne in tentationem incidamus, admonemur infirmitatis
imbecillitatis nostræ, dum sic rogamus, ne quis se insi-
lenter extollat, ne quis sibi superbè, atq; arroganter ad-
quid assumat, ne quis aut confessionis, aut passionis glo-
riam suam ducat, cum Dominus ipse humilitatem docens
Mar.14. dixerit: Vigilate & orate, ne ueniatis in tentationem.
Spiritus quidem promptus est, caro autem infirmatur. Dum
præcedit humilis & summissa confessio, & datur totum
Domino, quicquid suppliciter cum timore & honore Dei
petitur, ipsius pietate præstetur. Post ista omnia in con-
summatione orationis uenit clausula, uniuersas petitiones
Sed libera nos à malo. & preces nostras collecta breuitate concludens. In nouissi-
mo enim ponimus: Sed libera nos à malo: comprehendentes
tes aduersa cuncta, quæ contra nos in hoc mundo moliuntur
inimicus, à quibus potest esse fida, & firma tutela, si nos
Deus liberet, si deprecantibus, atq; implorantibus opem
suam præstet. Quando autem dicimus: Libera nos à malo,
nihil remanet quod ultrà adhuc debeat postulari, cum se-
mel protectionem Dei aduersus malum petamus, qua impe-

trata contra omnia, quæ diabolus & mundus operantur, se
curi stamus & tuti. Quis enim ei de seculo metus est, cui in
seculo Deus tutor est? Quid mirum, fratres dilectissimi, si
oratio talis est, quam Deus docuit, qui magisterio suo omnē
precem nostram salutari sermone breuiauit? Hoc iam per
Esaiam prophetam fuerat antè prædictum, cum plenus spi-
ritu sancto de Dei maiestate ac pietate loqueretur: Verbum Esa.10.
consummans, inquit, & breuians in iustitia, quoniam sermo
breuiatum faciet Deus in toto orbe terræ. Nam cū Dei
sermo Dominus noster Iesus Christus omnibus uenerit, &
colligens doctos pariter & indoctos, omni sexui, atque æta-
ti præcepta salutis ediderit, præceptorum suorum fecit grā-
de compendium, ut in disciplina cœlesti discentium memo-
ria non laboraret, sed quod esset simplici fidei necessarium,
uelociter disceret. Sic cum doceret quid sit uita æterna, sa-
cramentum uitæ magna & diuina breuitate complexus est,
dicens: Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum et Ioan.17.
uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Item cum
de lege & prophetis præcepta prima, & maiora decerpe-
ret: Audi, inquit, Israël. Dominus Deus tuus Dominus unus Deut.6.
est, & Diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo,
et de tota anima tua, & de tota uirtute tua: hoc est primum,
& secundum simile huic: Diliges proximum tuum tanquam
te. In his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ.
Et iterum: Quæcunque uolueritis ut faciant uobis homines Matth.7.
bona, ita & uos facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ.
Nec uerbis tantum, sed et factis Dominus orare nos docuit,
ipse orans frequenter, & deprecans, & quid facere nos o-
portet exempli sui contestatione demonstrans, sicut scriptū
est: Ipse autem fuit secedens in solitudine & adorans. Et ite- Luc.9.
rum: Exiuit in mōtem orare, & fuit pernoctans in oratione Matth.14.

Mar.6. Dei. Quòd si ille orabat, qui sine peccato erat, quanto magis peccatores oportet orare? Et si ille per totam noctem [illegible] giter uigilans continuis precibus orabat, quanto nos magis in frequentanda oratione debemus nocte uigilare? Orabat autem Dominus, & rogabat nō pro se: quid enim pro se innocens precaretur? sed pro delictis nostris, sicut & ipse declarat cum dicit ad Petrum: Ecce satanas expetiuit, ut uexaret quomodo triticum, ego autem rogaui pro te, ne deficiat fides tua. Et postmodum pro omnibus patrem deprecatur, dicens: Non pro his autem solum rogo, sed & pro his qui credituri sunt per uerbum ipsorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu pater in me & ego in te, ut & ipsi in nobis sint. Magna Domini propter salutem nostram benignitas pariter & pietas, ut non contentus quòd nos sanguine suo redimeret, adhuc pro nobis amplius & rogaret. Rogatis autem desiderium uidete quod fuerit, ut quomodo unum sunt pater & filius, sic & nos in ipsa unitate maneamus, ut hinc quoque poßit intelligi quantum delinquat, qui uenitatem scindit & pacem, cum pro hoc & rogaueris Dominus, uolens scilicet plebem suam unire, cum sciret ad regnum Dei discordiam non uenire. Quando autem stamus ad orationem, fratres dilectißimi, uigilare & incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio omnis secularis & carnalis abscedat, nec quicquam tunc animus, quàm id solum cogitet quod precatur. Ideo et sacerdos ante orationē prefatione præmissa, parat fratrum mentes dicendo, sursum corda, ut dum respondet plebs, habemus ad Dominum, admoneatur nihil aliud se, quàm Dominum cogitare debere. Claudatur contra aduersarium pectus, & soli Deo pateat, nec ad se hostem Dei, tēpore orationis adire patiatur: obrepit enim frequenter & penetrat, & subtiliter fallēs preces nostras

Luc.22.

Ioan.17.

Cogitatio carnalis abijciēda.

Sursum corda.

Deo auocat, ut aliud habeamus in corde, aliud in uoce, cum intentione syncera Dominum debeat non uocis sonus, sed animus & sensus orare. Quæ autem segnitia est alienari & capi ineptis cogitationibus & profanis, cum Dominum deprecaris, quasi sit aliud quod magis debeas cogitare, quàm quod cum Deo loquaris? Quomodo te audiri à Deo postulas, cum te ipse non audias? Vis esse Deum memorem tui cū rogas, cum tu ipse memor tui non sis? hoc est ab hoste in totum non cauere, hoc est quando oras Dominum, maiestatem Dei negligentia orationis offendere, hoc est uigilare oculis, & corde dormire, cum debeat Christianus, & cum dormit oculis, corde uigilare. Sicut scriptum est ex persona ecclesiæ loquentis in Cantico canticorum: Ego dormio, & cor meū uigilat. Quapropter solicite & caute Apostolus admonet dicēs: Instate orationi uigilātes in ea. docens scilicet & ostēdens eos impetrare quod postulant de Deo posse, quos Deus uideat in oratione uigilare. Orantes autem non infructuosis, nec nudis precibus ad Deum ueniamus. Inefficax petitio est, cum precatur Deum sterilis oratio. Nam cū omnis arbor non faciens fructum excidatur, & in ignem mittatur, utique & sermo non habens fructum, promereri Deum non potest, qui nulla operatione fœcūdus est. Et ideo scriptura diuina instruit dicens: Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna. Nam qui in die iudicij præmium pro operibus & eleemosynis redditurus est, hodie quoque ad orationem cum operatione uenienti benignus auditor est. Sic denique Cornelius centurio cum oraret meruit audiri: Fuit faciens multas eleemosynas in plebem, & semper orans Deum, huic circa horam nonam oranti astitit Angelus testimonium reddens sui operis & dicens, Corneli, orationes tuæ & eleemosynæ ascenderunt ad memoriam coram Deo.

Cantic.5.

Coloss.4.

Tob.12.

Cornelius centurio.

Act.10.

Citò

Citò orationes ad Deum ascendunt, quas ad Deum me
nostri operis imponunt. Sic & Raphaël Angelus Tu
oranti semper & semper operanti testis fuit dicens: Op
Dei reuelare & confiteri honorificum est. Nam quando
rabas tu & Sara, ego obtuli memoriam orationis uestr
in conspectu claritatis Dei. Et cum sepelires tu mortuos
pliciter, & quia non es cũctatus exurgere & derelinq
prandium tuum, & abisti & condidisti mortuum, & m
sus sum tentare te, & iterum misit me Deus curare te, &
Saram nurum tuam. Ego enim sum Raphaël unus ex
ptem Angelis iustis, qui assistimus & conuersamur ante
ritatem Dei. Per Esaiam quoque Dominus admonet & d
cet similia contestans: Solue, inquit, omnem nodum iniusti
tiæ, resolue suffocationes impotentium commerciorum. D
mitte quassatos in requiem, & omnem* consignationem
iustam dissipa. Frange esurienti panem tuum, & egenos
tecto induc in domum tuam. Si uideris nudum uesti, & d
mesticos seminis tui non despicies. Tunc erumpet tempo
neum lumen tuũ, & uestimenta tua citò oriẽtur, & pr
bit ante te iustitia, & claritas Dei circundabit te. Tunc
clamabis & Deus exaudiet te, dum adhuc loqueris, dic
ecce adsum. Adesse se promittit, & audire & protegere
eos dicit, qui iniustitiæ nodos de corde soluentes, & ele
mosynas circa domesticos Dei secundum eius præcep
facientes, dum audiunt quod Deus præcepit fieri, ipsi q
que à Deo merentur audiri. Beatus Apostolus Paulus
necessitate pressuræ adiutus à fratribus, opera quæ
sacrificia Dei dixit esse: Saturatus sum, inquit, recipi
ab Epaphrodito ea quæ à uobis missa sunt, odorem
uitatis, sacrificio accepto & placente Deo. Nam quand
quis miseretur pauperis, Deo sœnerat: & qui dat minim

Raphaël Angelus.

Esa. 58.

*al's, cogitationem

Philip. 4.

Deo donat, spiritualiter Deo suauitatis odorem sacrificat. In
orationibus uerò celebrandis inuenimus obseruasse cum Da
niele tres pueros, in fide fortes, & in captiuitate uictores,
horam tertiam, sextam, nonam, sacramento scilicet trinitatis,
quæ in nouissimis temporibus manifestari habebat. Nam &
prima hora in tertiam ueniens, consummatum numerum
trinitatis ostendit. Itemq; ad sextam quarta procedens, de-
clarat alteram trinitatem. Et quando à septima nona com-
pletur, per ternas horas trinitas perfecta numeratur, quæ
horarum spatia iampridem spiritualiter determinantes ado
ratores Dei statutis & legitimis ad precem temporibus ser
uiebant, & manifesta postmodum res est, sacramẽtum olim
fuisse, quòd antè sic iusti precabantur. Nam super discipu-
los hora tertia descendit spiritus sanctus, qui gratiam domi-
nicæ promissionis impleuit. Item Petrus hora sexta in tectũ
superius ascendens signo pariter & uoce Dei monentis in-
structus est, ut omnes ad gratiam salutis admitteret, cum de
emundandis gentilibus antè dubitaret. Et Dominus hora
sexta crucifixus, ad nonam peccata nostra sanguine suo ab-
luit, & ut redimere & uiuificare nos posset, tunc uictoriam
suam passione perfecit. Sed nobis, fratres dilectissimi, præter
horas antiquitus obseruatas orandi, nunc & spatia & sa-
cramenta creuerunt. Nam & mane orandum est, ut resur-
rectio Domini matutina oratione celebretur: quod olim spi-
ritus sanctus designabat in psalmis, dicens: Rex meus &
Deus meus, quoniam ad te orabo Domine mane, & exau-
dies uocem meam, manè assistam tibi, & contemplabor te.
Et iterum per prophetam loquitur Dominus: Diluculo uigi
labũt ad me dicẽtes: Eamus et reuertamur ad Dominũ Deũ
nostrum. Recedente item sole ac die cessante necessariò rur-
sum orandũ est. Nam quia Christus sol uerus, & dies uerus
est,

Mane orandũ.

Psal. 5.

Orandum uesperi.

est, sole ac die seculi recedente, quando oramus & petimus, ut super nos lux denuo ueniat, Christi precamur aduentum, lucis æternæ gratiam præbiturum. Christum autem dictum, in psalmis declarat spiritus sanctus: Lapis, inquit, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in capite anguli: à Domino factus est, & est admirabilis in oculis nostris. Iste est dies quem fecit Dominus, ambulemus & incedemur in eo. Item quòd sol appellatus sit, Malachias propheta testatur, dicens: Vobis autem qui timetis nomen Domini, orietur sol iustitiæ, & in alis eius curatio est. Quòd sol in scripturis sanctis sol uerus & dies uerus est Christus, hora nulla à Christianis excipitur, quo minus frequenter ac semper Deus debeat adorari, ut qui in Christo, hoc est, in sole & in die uero sumus, insistamus per totum diem precibus & oremus, & quando mundi lege decurrens uicibus alternis nox resoluta succedit, nullum de nocturnis tenebris est orantibus damnum potest, quia filijs lucis & nocte dies est. Quando enim sine lumine est, cui lumen in corde est? Aut quomodo sol ei & dies non est, cui sol & dies Christus est? Qui autem in Christo, hoc est, in lumine semper sumus, nec noctibus ab oratione cessemus. Sic Anna uidua sine intermißione rogans semper & uigilans perseuerabat in promerendo Deo: sicut in Euangelio scriptum est: Non recedebat, inquit, de templo, ieiunijs & orationibus seruiens noctes ac die. Viderint uel gentiles, qui necdum illuminati sunt, Iudæi, qui deserto lumine in tenebris remanserunt. Nos, fratres dilectißimi, qui in Domini luce semper sumus, qui minimus & tenemus quid esse accepta gratia cœperimus, computemus noctem pro die. Ambulare nos credamus semper in lumine, non impediamur à tenebris quas euasimus: nulla sint horis nocturnis precũ damna: nulla oratio

Psal. 117.

Malach. 4.

Luc. 2.

num pigra & ignaua dispendia. Per Dei indulgentiam recreati spiritualiter & renati, imitemur quod futuri sumus, habituri in regno sine interuentu noctis solum diem. Sic nocte quasi in lumine uigilemus oraturi semper, & acturi gratias Deo: hic quoque orare & gratias agere non desinamus.

CYPRIANI LIBELLVS VNVS AD FORTVNATVM,

DE EXHORTATIONE MARTYRIJ, XII. capitibus distinctus, ex quibus plenius summarium noscitur argumentum.

*

DESIDERASTI Fortunate charißime nobis, ut quoniam pressurarum & persequutionum pondus incumbit, & in fine atque in consummatione mundi Antichristi tempus infestum appropinquare iam cœpit, ad præparandas & corroborandas fratrum mentes de diuinis scripturis hortamenta componerem, quibus milites Christi ad spirituale & cœleste certamen animarem. Ob temperandum fuit desiderio tuo tam necessario, ut quantum sufficit nostra mediocritas auxilio diuinæ inspirationis instructa, quasi arma ac munimenta quædam pugnaturis fratribus de præceptis diuinis promerentur. Parum est enim quòd Dei plebem claßico nostræ uocis erigimus, nisi credentium fidem, ac dicatam Deo deuotamq; uirtutem diuina

uina lectione firmemus. Quid autem potius ac maius nostræ ac solicitudini congruit, quàm ut commissum nobis a diuinitus populum & exercitum in castris cœlestibus constitutum, aduersus diaboli tela & iacula exhortationibus assiduis præparemus? Neque enim idoneus potest esse ad bellum, qui non exercitatus in campo prius fuerit. Nam qui agonisticam coronam quærit adipisci, in stadio coronandus illa sola, quæ Deus loquitur, quibus seruos suos ad martyrium Christus hortatur. Præcepta ipsa diuina uelut arma pugnantibus suggerenda sunt. Illa sint militaris tubæ tormenta, illa pugnantibus classica. Inde aures erigantur, inde instruantur mentes, inde & animi & corporis uires ad omnem passionis tolerantiam roborentur. Nos enim qui Domino permittente primum baptisma credentibus dedimus, ad aliud quoq; singulos præparemus, insinuates & docentes hoc esse baptisma in gratia maius, in potestate sublimius, in honore pretiosius, baptisma in quo Angeli baptizant, & in quo Deus & Christus eius exultant, baptisma post quod nemo iam peccat, baptisma quod fidei nostræ incrementa consummat, baptisma quod nos de mundo recedentes statim Deo copulat. In aquæ baptismo percipitur peccatorum remissa, in sanguinis corona uirtutum. Amplexanda res est & optanda, & omniū postulationū nostrarū precibus expetenda, ut qui serui Dei sumus, simus & amici.

Miles inexercitatus bello inutilis.

Diabolus longo usu doctus.

Christi miles inuictus.

ritus quoq; ut conficere & ipsi pro arbitrio suo possint, quod minus exhibebis, ut uetere illa nuditate cōtecta perferant omnes indumenta Christi, cœlestis gratiæ sanctificatione uestiti. Necnon & illud cōsilium, frater charissime, utile & salubre prospexi, in exhortatione tam necessaria, quæ martyres faciat, amputandas esse uerborum nostrorum moras & tardantes, atq; ambages sermonis humani subtrahēdas, ut martyrium Christus hortatur. Præcepta ipsa diuina uelut arma pugnantibus suggerenda sunt. Illa sint militaris tubæ tormenta, illa pugnantibus classica. Inde aures erigantur, inde instruantur mentes, inde & animi & corporis uires ad omnem passionis tolerantiam roborentur. Nos enim qui Domino permittente primum baptisma credentibus dedimus, ad aliud quoq; singulos præparemus, insinuates & docentes hoc esse baptisma in gratia maius, in potestate sublimius, in honore pretiosius, baptisma in quo Angeli baptizant, & in quo Deus & Christus eius exultant, baptisma post quod nemo iam peccat, baptisma quod fidei nostræ incrementa consummat, baptisma quod nos de mundo recedentes statim Deo copulat. In aquæ baptismo percipitur peccatorum remissa, in sanguinis corona uirtutum. Amplexanda res est & optanda, & omniū postulationū nostrarū precibus expetenda, ut qui serui Dei sumus, simus & amici.

Præcepta Dei arma Christianorum.

Baptisma.

CAPVT PRIMVM.

In exhortandis itaq; ac præparandis fratribus nostris, & fidei ac uirtutis firmitate ad præconium dominicæ confessionis, atq; ad prælium persequutionis & passionis armandis, primo in loco dicendum est, idola Deos non esse, quæ sibi homo facit. Neq; enim quæ fiunt, factore suo & fabricatore maiora sunt, aut protegere & seruare quenquam

possunt quæ ipsa de templis suis pereunt, nisi ab homine
uentur. Sed nec elementa colenda esse, quæ homini secun
dispositionem & præceptum Dei seruiunt.

II. Destructis idolis & elementorum ratione monstra
ostendendum Dominum solum colendum esse.

III. Tunc addendum quæ comminatio Dei sit aduer
eos, qui idolis sacrificant.

IIII. Præterea docendum non facilè ignoscere De
idololatris.

V. Et quòd sic idololatriæ indignetur Deus, ut præcep
etiam eos interfici, qui sacrificare & seruire idolis su
rint.

VI. Subiungendum post hæc, quòd redempti ac uiuifi
Christi sanguine nihil Christo præponere debeamus, q
nec ille quicquam nobis præposuerit, & ille propter n
mala bonis prætulerit, paupertatem diuitijs, seruitutem d
minationi, mortem immortalitati. Nos contra in passion
nostris paupertati seculari, paradisi diuitias & delic
præferamus, dominatum & regnum æternum tempor
seruituti, immortalitatem morti, Deum & Christum di
lo & Antichristo.

VII. Insinuandum quoq;, ne erepti de faucibus diabo
& de laqueis seculi liberati, si in angustijs & pressuris
cœperint, egredi denuo ad seculum uelint & perdant q
euaserint.

VIII. Insistendum potius esse & perseuerandum in
& ueritate, & cœlestis ac spiritalis gratiæ consumma
ne, ut ad palmam & coronam possit perueniri.

IX. Ad hoc enim pressuras & persequutiones fieri
probemur.

X. Nec timẽdas esse iniurias, & pugnas persequutio

quia maior est Dominus ad protegendum, quàm diabolus
ad impugnandum.

XI. Ac ne expauescat aliquis & conturbetur ad pressu-
ras & persequutiones, quas patimur in isto mundo, pro-
bandum ante prædictum esse, quòd nos mundus odio habi-
turus esset, & quòd persequutiones aduersum nos excita-
ret, ut ex hoc ipso quòd hæc fiant, manifesta sit fides diuinæ
pollicitationis in mercedibus & præmijs postmodum se-
quuturis. Nec nouum quid accidat Christianis quando ab
initio mundi boni laborauerint, & oppressi atq; occisi sint
iusti ab iniustis.

XII. In nouissima parte ponendum est, quæ spes & quæ
merces maneat iustos & martyres post conflictationes hu-
ius temporis & passionis: & quòd plus accepturi simus
in passionis remuneratione, quàm quod hic sustinemus in
ipsa passione.

CAP. PRIMVM.

QVOD idola dij non sint, & quòd nec ele-
menta uice Dei colenda sint, in psalmo
cxiij. Idola gentium argẽtum & aurum,
opus manuum hominum. Os habent &
non loquentur, oculos habent & non ui-
dent. Aures habent & non audiunt, neq; enim est spiritus Sap. 15.
in ore ipsorum. Similes illis fiant homines qui faciunt ea.
Item in Sapiẽtia Salomonis: Omnia idola nationum æstima-
uerunt Deos, quibus neq; oculorum usus est ad uidendum,
neq; aures ad percipiendum spiritum, neq; aures ad audien-
dum, nec digiti in manibus ad tractandum, sed & pedes co-
rum pigri ad ambulandum. Homo enim fecit illos, & qui
spiritum mutuatus est finxit illos. Nemo autem sibi similem

homo poterit Deum fingere: cum sit enim mortalis, mor-
tuum fingit manibus iniquis. Melior autem ipse ijs quos co-
Exod.20. lit, quoniam ipse quidem uixit, illi nunquam. Item in Exodo:
Non facies tibi idolum, nec cuiusquam similitudinem. Item
Sap.13. apud Salomonẽ de elementis: Neq; opera attendentes agno-
uerunt quis esset artifex, sed aut ignem, aut spiritum, aut in-
tatum aërem, aut gyrum stellarum, aut minuam aquam, aut
solem, & lunam Deos putauerunt. Quorum si propter spe-
ciem hoc æstimauerunt, sciant quãto ijs Dominus sit fecun-
fior: aut si uirtutes & opera eorum mirati sunt, intelligant
ab ipsis, quoniam qui hic constituit fortia fortior est illis.

I I.

Deut.32. Quòd Deus solus colendus sit, in Deuteronomio: Dom-
Exo.20. num Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Item in Exo-
Deut.6. do: Non erunt tibi dij alij absq; me. Item illic: Videte quia
ego sum, & non est Deus præter me. Ego interficiam &
uiuere faciam, percutiam & ego sanabo, & non est qui
Apoc.14. piat de manibus meis. Item in Apocalypsi: Et uidi alterum
Angelum uolantem in medio cœli, habentem Euangelium
æternum, ut annuntiaret super terram, & super omnes gen-
tiones, & tribus, & linguas, & dicentem uoce magna: Ti-
mete potius Deum, & date illi claritatem, quoniam uenit
hora iudicij eius, & adorate eum qui fecit cœlum & ter-
ram, mare & omnia quæ in eis sunt. Sic & Dominus in
Euangelio commemorationem facit primi & secundi præ-
cepti dicẽs: Audi Israël, Dominus Deus tuus Dominus u-
Matth.22. est. Et diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, &
de tota anima tua, & de tota uirtute tua. Hoc primum, &
secundum simile huic: Diliges proximum tuum tanquam
In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Et
Ioan.17. iterum: Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum

uerum Deum, & quem misisti IESVM Christum.

I I I.

Quæ comminatio Dei sit aduersus eos qui idolis sacrifi-
cant, in Exodo: Sacrificans dijs eradicabitur, nisi Deo soli. Exod.22.
Item in Deuteronomio: Sacrificauerunt dæmonijs & non Deut.32.
Deo. Item apud Esaiam: Adorauerunt eos quos fecerunt di-
giti eorum, & curuatus est homo, & humiliatus est uir, & Esa.2.
non laxabo illis. Et iterum: Illis fudistis libamina, & illis
impositis sacrificia. Super hæc non indignabor dicit Do-
minus. Item Hieremias: Nolite ambulare post Deos alienos Hier.7.
ut seruiatis eis, & ne adoraueritis eos, & ne incitetis me in
operibus manuum uestrarum ad disperdendos uos. Item in
Apocalypsi: Si quis adorat bestiam & imaginem eius, & Apoc.14.
accipiet notam in fronte sua aut in manu, bibet & ipse de
uino iræ Dei misto in poculo iræ eius, & punietur igne &
sulphure sub oculis sanctorum Angelorum, & sub oculis
agni, & fumus de tormentis eorum in secula seculorũ ascen-
det, nec habebunt requiem die ac nocte, quicunq; adorauc-
rint bestiam & imaginem eius.

I I I I.

Non facilè ignoscere Deum idololatris. Moyses in Exo- Exod.32.
do pro populo rogat nec impetrat. Precor, ait, Domine, de-
liquit hic populus delictum grande: fecerunt sibi Deos au-
rum, & nunc si dimittis illis delictum grande, dimitte: sin
autem, sine me, & dele de libro quem scripsisti. Et dixit Do
minus ad Moysen: Si quis delinquit ante me, deleã eum de li
bro meo. Item cum Hieremias pro populo deprecaretur, Hier.7.
Dominus ad eum loquitur, dicens: Et tu noli orare pro po-
pulo hoc, & noli postulare pro ipsis in prece & oratione,
quia non exaudiam illum in tempore quo inuocabunt me, in
tempore afflictionis suæ. Ezechiel quoq; hanc eandem de- Ezech.14.

nuntiat indignationem de eis qui in Deum delinquunt: Si
fuit, inquit, uerbum Domini ad me dicens: Fili hominis, ter-
ra quæcunq; peccauerit mihi, ut delictum delinquat, exten-
dam manum meam super eam, & obteram stabilimentum
panis, & immittam in ea famem, & auferam de ea homi-
& pecora. Et si fuerint tres uiri in medio eius, Noē, Daniel,
& Iob, nō liberabunt filios neq; filias, ipsi salui erunt. Item
1.Reg.2. in Regum primo libro: Si delinquendo peccet uir aduersus
uirum, orabunt pro eo Dominum. Si autem in Deum pec-
cet homo, quis orabit pro eo?

V.

Quòd sic idololatriæ indignetur Deus, ut præceperit
etiam eos interfici, qui sacrificare & seruire idolis suasse-
Deute.13. rint. In Deuteronomio: Quòd si rogauerit te frater tuus,
aut filius tuus, aut filia tua, aut uxor tua, quæ est in sinu
tuo, aut amicus tuus, qui æqualis est animæ tuæ, latenter di-
cens: Eamus & seruiamus dijs alienis, dijs gentium: non con-
senties ei, & non exaudies eum, & non parcet oculus tuus
super eum, & non celabis eum, & annuntians annuntiabis
de illo. Manus tua erit super eū in primis interficere eum, &
& manus omnis populi postremo, & lapidabunt eum & ex-
morietur, quoniā quæsiuit auertere te à Domino Deo tuo.
Et iterum loquitur Dominus & dicit: Nec ciuitati parcen-
dum etiam si uniuersa consenserit ad idololatriam: aut si au-
dieris in una ex ciuitatibus quas Dominus Deus tuus dabit
tibi inhabitare te illic, dicentes: Eamus & seruiamus dijs
alienis, quos non nosti: Interficiens eos necabis omnes qui
sunt in ciuitate cæde gladij, & incendes ciuitatem igni, &
erit sine habitaculo in æternum. Non reædificabitur etiam
nunc ut auertatur Deus ab indignatione iræ suæ. Et dabit
tibi misericordiam & miserebitur tui, & multiplicabit te
sicut

si exaudieris uocem Domini Dei tui, & obseruaueris præ-
cepta eius. Cuius præcepti & uigoris memor Mathathias 1.Machab.2.
interfecit eum qui ad aram sacrificaturus accesserat. Quòd
si ante aduentum Christi circa Deum colendum, & idola-
spernenda hæc præcepta seruata sunt, quanto magis post
aduentum Christi seruanda sunt, cum ille ueniens non
uerbis tantum nos hortatus sit, sed & factis, post omnes
iniurias & contumelias passus quoq; & crucifixus, ut nos
pati, & mori exemplo suo doceret, ut nulla sit homini ex-
cusatio pro se non patienti, cum passus sit ille pro nobis, &
cum ille passus sit pro alienis peccatis, multo magis pro pec-
catis suis pati unumquenq; debere? Et ideo in Euangelio
comminatur & dicit. Quicunq; confessus me fuerit coram Matth.10.
hominibus, & ego confitebor eum coram patre meo qui
est in cœlis: Qui autem negauerit me coram hominibus,
& ego negabo eum coram patre meo qui est in cœlis. Item
Apostolus Paulus: Si enim commorimur, inquit, & con-
uiuemus. Si toleramus, & conregnabimus. Si negamus, & 2.Tim.2.
ipse negabit nos. Item Ioannes: Qui negat filium, nec pa- 1.Ioan.2.
trem habet. Qui confitetur filium, & filium & patrem
habet. Vnde nos ad contemptum mortis hortatur Domi-
nus & corroborat, dicens: Nolite timere eos qui occidunt
corpus, animam autem non possunt occidere. Magis
autem metuite eum, qui potest animam & corpus occide- Ioan.12.
re in gehennam. Et iterum: Qui amat animam suam, per-
det eam, & qui odit animam suam in isto seculo, in uitam
æternam conseruabit illam.

V I.

Quòd redēpti & uiuificati Christi sanguine nihil Chri-
sto præponere debeamus. In Euangelio Dominus loquitur
& dicit: Qui diligit patrem aut matrem plus quàm me, non Matth.10.

est me dignus. Et qui diligit filium aut filiam super me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Sic & in Deuteronomio scriptum est: Qui dicunt patri aut matri, non noui te, & filios non agnouerunt, hi custodierunt præcepta tua, & testamentum tuum seruauerunt. Item Apostolus Paulus: Quis nos, inquit, separabit à charitate Christi, pressura, an angustia, an persequutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptum est: Quia propter te occidimur tota die, æstimati sumus ut oues uictimæ, sed in his omnibus superamus propter eum qui nos dilexit. Et iterum: Non estis uestri, empti enim estis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore uestro. Et iterum: Pro omnibus mortuus est, ut qui uiuunt iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.

Deut.33.
Rom.8.
Psal.43.
1.Cor.6.
2.Cor.5.

VII.

Ereptos de faucibus diaboli & de laqueis seculi liberatos non debere denuo ad seculum reuerti, ne perdam quæ euaserint. In Exodo Iudaicus populus ad umbram mundi & imaginem præfiguratus, cum Deo tutore & uindice euasisset Pharaonis atq; Aegypti, id est, diaboli & seculi, grauissimam seruitutem, circa Deum perfidus & ingratus, aduersus Moysen murmurat, respiciens solitudinis ac salutis beneficia incommoda, & non intelligens libertatis ac salutis diuina, reuerti quærit ad Aegyptum, hoc est, ad seculi seruitutem, unde fuerat abstractus, cum magis fidere in Deum deberet & credere, quoniam qui à diabolo & seculo liberauit populum suum, porteget liberatum. Quid hoc nobis, inquiunt, fecisti eijciendo nos de Aegypto? Melius erat nobis seruire Aegyptijs, quàm mori in solitudine hac. Et dixit Moyses ad populum: State fidentes & uidete salutem

Exod.14.

quæ est à Domino, quam nobis faciet hodie. Dominus ipse pugnabit pro uobis & uos tacebitis. Quod nos admonens in Euangelio suo Dominus & docens ne ad zabulum rursus & ad seculum quibus renuntiauimus & unde euasimus, reuertamur, dicit: Nemo retro attendens & superponens manum suam in aratrum, aptus est regno Dei. Et qui in agro est, nō reuertatur retro. Memores estote uxoris Loth. Ac ne quis aliqua uel cupiditate rerū uel suorum dulcedine retardetur, quo minus Christū sequatur, addidit & dicit: Qui non renuntiat omnibus quæ sunt eius, non potest meus esse discipulus.

Luc.9. et 17.

VIII.

Instendum esse & persecrandum in fide & uirtute, et ecclesiastis & spiritualis gratiæ consummatione, ut ad palmam & ad coronam possit peruenire. In Paralipomenon: Dominus uobiscum est, quandiu & uos estis cum ipso. Si autem dereliqueritis eum, derelinquet uos. Item apud Ezechielem: Iustitia iusti non liberabit eum in quacunque die exorauerit. Item Dominus in Euangelio loquitur & dicit: Qui perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. Et iterum: Si manseritis in uerbo meo, uerè discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Præmonēs quo modo nos semper paratos esse debere, & expeditos in procinctu firmiter stare, adiecit & dicit: Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes, & uos similes hominibus expectantibus Dominum suum quando reuertatur à nuptijs, ut cum uenerit & pulsauerit aperiant ei. Felices serui illi, quos adueniens Dominus inuenerit uigilantes. Item beatus Apostolus ut fides nostra proficiat & crescat, & ad summa perueniat hortatur, dicens: Nescitis quod qui in stadio currunt, omnes quidē currunt, unus tamē accipit

2.Paral.15.
Ezech.33.
Matth.10.
Ioan.8.
Luc.12.
1.Cor.9.

accipit coronam? Sic currite ut apprehendatis. Et illi ea-
dem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem inco-
2.Tim.2. ruptam. Et iterum: Nemo militans Deo, implicat se molestiis
secularibus, ut poßit placere ei cui se probauit. Sed & si cer-
tauerit quis non coronabitur, nisi legitimè pugnauerit. Et
Rom.12. iterum: Oro autem uos fratres per misericordiam Dei, ut
constituatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo
placentem, & ne configuremini seculo huic, sed transformemini
mini in renouatione spiritus ad probandum quæ sit uolun-
Rom.8. tas Dei bona, & placens & perfecta. Et iterum: Sumus fi-
lij Dei: si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, co-
hæredes autem Christi. Si quidem compatiamur, ut & com-
magnificemur. In Apocalypsi eadem loquitur distinæ pra-
Apoc.5. dicationis hortatio, dicens: Tene quod habes, ne alius acci-
piat coronam tuam. Quod exemplum perseuerandi &
permanendi designatur in Exodo: ubi Moyses ad saperan-
Amalech figura diaboli. dum Amelech, qui figuram portat diaboli, in signo & sa-
cramento crucis alleuat supinas manus. Nec uincere adue-
Exod.17. sarium potuit, nisi postquàm stabilis in signo alleuatis iugi-
ter manibus perseuerauit. Et factum est, inquit, cum leuaret
Moyses manus, præualebat Israël: Vbi autem submiserat ma-
nus, inualescebat Amalech. Et accepto lapide supposuerunt
sub eo, et sedebat super eum. Et Aaron & Vr sustentabant ma-
nus eius hinc et inde, et factæ sunt manus Moysi stabiles usq;
in occasum solis. Et fugauit Iesus Amalech & omnem po-
pulum eius. Et dixit Dominus ad Moysen: Scribe hoc, ut sit
in memoria, in libro, & da in aures Iesu, quoniam delebo
delebo memoriam Amalech sub cœlo:

IX.

Ad hoc enim pressuras & persequutiones fieri ut proba-
Deut.13. mur: in Deuteronomio: Tẽtat uos Dominus Deus uester, ut

sciat si diligitis eum ex toto corde uestro, & ex tota ani-
ma uestra, & ex tota uirtute uestra. Et iterum apud Salo-
monem: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentã Eccl.27.
tio tribulationis. Paulus quoq; paria testatur, ac loquitur,
dicens: Gloriamur in spe claritatis Dei. Non solum autem, Rom.5.
sed & gloriamur in pressuris, scientes quoniam pressura
tolerantiam operatur, tolerantia autem probationem, pro-
batio autem spem, spes autem non confunditur, quia dile-
ctio Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum
qui datus est nobis. Et Petrus in epistola sua ponit, & dicit: 1.Petr.4.
Charissimi nolite mirari ardorem accidentem uobis, qui ad
tentationem uestram fit, nec excidatis tanquàm nouum ali-
quid uobis contingat. Sed quotiescunq; conmunicatis Chri-
sti passionibus, per omnia gaudete, ut & in reuelatione fa-
ctis claritatis eius gaudentes exultetis. Si improperatur uo-
bis in nomine Christi, beati estis, quia maiestatis &
uirtutis Domini nomen requiescit in uobis, quod quidem
per illos blasphematur, per nos autem honoratur.

X.

Timendas non esse iniurias & pœnas persequutionum,
& ne expauescat quis ad pressuras & persequutiones quas
patitur in hoc mundo, quia maior est Dominus ad prote-
gendum, quàm zabulus ad impugnandum. Ioannes in epi-
stola sua ponit & dicit: Maior est qui in uobis est quàm qui 1.Ioan.4.
in isto mundo. Item in psalmo: Non metuam quid mihi faciat Psal.117.
homo, Dominus mihi auxiliator est. Et iterum: Isti in equis, & 19.
nos autem in nomine Domini Dei nostri magnificabimus.
Ipsi obligati sunt & ceciderunt, nos autem surreximus &
erecti sumus. Et adhuc fortius docens & ostendens spiritus
sanctus castra zabuli non timenda, & si bellum no-
bis hostis indixerit, in ipso magis bello spem nostram
consiste

cõsistere, & cõgreßione illa iustos ad diuinæ sedis & salu-
Psal.26. æternæ præmium peruenire, in psalmo ponit & dicit: Si a-
recta in me fuerint castra, non timebit cor meum. Et si exa-
rexerit super me bellum, in illud ego sperabo. Vnam petij
Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini per
omnes dies uitæ meæ. Item in Exodo declarat scriptura
diuina pressuris multiplicari nos potius & augeri dicens:
Exodi 1. Quantoq; eos deprimebant, tanto plures fiebant & in-
ualescebant magis. Et in Apocalypsi protectio diuina
Apoc.2. promittitur in paßionibus nostris: Nihil, inquit, horum
timeas, quæ passurus es. Nec alius securitatem nobis
pollicetur & protectionem, quàm qui & per Esaiam
Esa.43. prophetam loquitur dicens: Noli timere quia ego te re-
demi, & uocaui te in nomine tuo, meus es tu. Et si per-
transieris per aquam, tecum sum, & flumina te non inun-
dabunt. Et si pertransieris per ignem, ignis non comburet
te, quoniam ego Dominus Deus tuus sum, qui te sal-
uum facio. Qui & in Euangelio promittit auxilium diui-
num Dei seruis in persequutionibus non defuturum, dicens:
Matt.10. Cum autem uos tradiderint, nolite cogitare quomodo aut
quid loquamini: dabitur enim uobis in illa hora quid lo-
Mar.13. quamini: Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus
Luc.21. patris uestri qui loquitur in uobis. Et iterum: Ponite
in cordibus uestris non præmeditari excusare: ego enim
dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere
Exod.4. aduersarij uestri. Sic & in Exodo ad Moysen contan-
tem & ad populũ trepidantem Deus loquitur dicens: Quis
dedit os homini? & quis fecit mutum? & quis surdum?
& quis uidentem & cæcum? non ne ego Dominus Deus?
Et nunc perge, & ego aperiam os tuum, & instruam
te quid loquaris. Nec difficile est Deo aperire os homini
deuoti

deuoti sibi, & confessori suo inspirare constantiã & fiduci- Num.22.
am loquendi, qui in numeris aduersus Balaam prophetam 2.Pet.2.
etiam asinam fecit loqui. Quare in persequutionibus nemo
cogitet quod periculum diabolus importet, sed consideret
quod auxilium Deus præstet: nec mentem labefaciat huma-
na infestatio, sed corroboret fidem diuina protectio, quando
unusquisq; secundum dominica promissa & fidei suæ merita
tantum accipiat de Dei ope, quantum se credit accipere, nec
sit quod omnipotens præstare non poßit, nisi accipientis fi-
des caduca defecerit.

XI.

Antè prædictum esse quòd nos mundus odio habiturus
esset, & quòd persecutione aduersus nos excitaret, & quòd
nihil nouum Christianis accidat, cum ab initio mundi boni
laborauerint, & oppreßi atq; occisi sint iusti ab iniustis, Do-
minus in Euangelio præmonet et prænuntiat, dicens: Si mun- Ioan.15.
dus uos odit, scitote quoniam me primo odijt. Si de mundo
essetis, mundus quod suum esset, amaret. Sed quia de mundo
non estis, & ego elegi uos de mundo, propterea odit uos
mundus. Mementote sermonis quem dixi uobis: Non est ser-
uus maior Domino suo. Si me persecuti sunt, & uos perse-
quentur. Et iterum: Veniet hora ut omnis qui uos occide- Ioan.16.
rit, putet se officium Deo facere. Sed hoc facient, quoniam
non cognouerunt patrem neq; me. Hæc autem locutus sum
uobis, ut cum uenerit hora, eorum memores sitis, quia ego
dixi uobis. Et iterum: Amen amen dico uobis, quia plorabi-
tis & plangetis, seculum autem gaudebit: uos tristes eritis,
sed tristitia uestra in lætitiam ueniet. Et iterum: Hæc loqui-
tus sum uobis, ut in me pacem habeatis, in seculo autẽ pres-
surã. Sed fidite quoniam ego uici seculum. Et iterũ cum à di-
scipulis suis interrogaretur de signo aduẽtus sui & consum-
mationis

Luc.21. mationis mundi, respondit & dixit: Cauete ne quis uos
Mar.13. lat, multi enim ueniẽt in nomine meo dicẽtes: Ego sum Chri-
Matth.24. stus: & multos fallent. Incipietis autem audire bella & au-
ditus bellorum: uidete, nolite tumultuari: oportet enim hæc
fieri, sed nondum est finis. Exurget autem gens super gen-
tem, & regnum super regnum, & erunt fames & terræ mo-
tus & pestilentiæ per loca. Omnia autem ista initia pœna-
tionum sunt. Tunc tradent uos in tribulationem & inter-
ficient uos, & eritis odibiles omnibus gentibus propter no-
men meum. Et tunc scandalizabuntur multi, & se inuicem
tradent, & odient inuicem. Et multi pseudoprophetæ
exurgent & seducent multos, & eò quòd facinus abun-
det, & refrigescet charitas multorum. Qui autem tol-
lerauerit usque in finem, hic saluus erit. Et prædicabi-
tur Euangelium istud regni per totum orbem terræ in
testimonium omnibus gentibus, & tunc ueniet finis. Cum
Daniel.9. autem uideritis abominationem uastationis, quæ dicta est
per Danielem prophetam, stantem in loco sancto, qui legit
intelligat: tunc qui in Iudæa sunt fugiant in montes, & qui
in tecto est non descendat tollere quicquam de domo: &
qui in agro est, non conuertatur retro auferre uestimentum
suum. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis die-
bus. Orate autem ne fiat fuga uestra hyeme, neque sabbato.
Erit autem tunc pressura magna, qualis non fuit ab initio
mundi usque nunc, sed neq; fiet: & nisi breuiati essent dies
illi, nõ esset salua omnis caro: propter electos autẽ breuiabi-
tur dies illi. Tũc si quis dixerit uobis: Ecce hic est Christus,
aut ecce illic, nolite credere. Surgent enim pseudochristi &
pseudoprophetæ, et dabũt signa magna et prodigia ad ere-
rem faciendum, si fieri potest, & electis. Vos autem cauete
ecce prædixi uobis omnia. Si ergo dixerint uobis: Ecce in

litudine est, nolite exire: ecce in cubiculis, nolite credere. Si-
cut enim coruscatio quæ exit ab oriente & paret usq; ad
Occidentem, ita erit & aduentus filij hominis. Vbi fuerit cor-
pus, illic colligentur aquilæ. Cõtinuo autem post pressuram
dierum illorum sol tenebrascet, & luna non dabit lumen
suum, & stellæ cadent de cœlo, & uirtutes cœlorum moue-
buntur. Et tunc apparebit signum filij hominis in cœlo, &
lamentabuntur se omnes tribus terræ, & uidebunt filium ho-
minis uenientem in nubibus in uirtute magna & claritate.
Et mittet angelos suos cum uirtute magna & claritate, &
cum turba magna. Et colligent electos eius à quatuor uentis
à summis cœlorum usque ad summitates eorum. Nec no-
ua aut repentina hæc sunt, quæ nunc accidunt Christianis,
cum boni & iusti semper & Dei lege innocentiæ ac ueræ
religionis timore deuoti, per pressuras & iniurias & gra-
ues ac multiformes infestationũ pœnas angusti itineris diffi-
cultate gradiantur. Sic in origine statim mundi Abel iustus
à fratre primus occiditur: & Iacob fugatur, & Ioseph ue-
mundatur: & Dauid misericordem, Saul rex persequitur, et
Heliam maiestatem Dei constanter ac fortiter asserentem
rex Achab opprimere conatur. Zacharias sacerdos interfi-
citur in medio templi & altaris, ut illic hostia ipse fiat, ubi
Deo hostias immolabat. Tot denique martyria iustorum
sæpe celebrata, tot edita in posterum fidei & uirtutis
exempla. Tres pueri Ananias, Azarias, Misahel ætate
compares, dilectione concordes, fide stabiles, uirtute con-
stantes, flammis ac pœnis urgentibus fortiores, soli se Deo
seruire, solum nosse, solum colere proclamant, dicentes:
Mabuchodonosor rex non opus est nobis de hoc uerbo
respondere tibi. Etenim Deus cui nos seruimus, potens est
nos eripere de camino ignis ardẽtis, & de manibus tuis rex

Angusta bonorum uia.
Genes.4.
1.Reg.14.
3.Reg.19.
Matth.23.
Dan.3.

libera

liberare nos. Quod si noluerit, notũ sit tibi, quia dijs tuis
seruiemus, & statuã auream quam statuisti, non adorabo
Dan.14. Et Daniel Deo deuotus & sancto spiritu plenus excla
& dicit: Nihil colo ego nisi Dominum meum, qui con
Tob.13. cœlum & terram. Tobias quoque sub regali licet ac tyran
nicà seruitute, sensu tamen ac spiritu liber confessionem
Deo seruat, & uirtutem maiestatemq; diuinam sublimi
prædicat, dicens: Ego in terra captiuitatis meæ confite
illi, & ostendam uirtutem eius in natione peccatrice. Qu
Machab.7. uerò in Machabæis septem fratres natalium pariter & u
tutum sorte consimiles, septenarium numerum sacram
perfectæ consummationis implentes? sic fratres septem
martyrio cohærentes, ut primi in dispositione diuina
ptem dies annorum septem millia continentes, ut septem
spiritus & angeli septem qui assistunt & conuersantur
ante faciem Domini, & lucerna septiformis in tabernacu
Apoc.1. martyrij, & in Apocalypsi septem candelabra aurea, &
Prouerb.9. apud Salomonem columnæ septem, super quas ædificat
mum sapientia: ita et istic septem fratrũ numerus, ecclesiæ
septẽ numerum sui quantitate complexus, secũdum quod
primo Regum libro legimus, sterilem septem peperisse. Et
Esaiæ 4. apud Esaiam: Septem mulieres unum hominem apprehen
dunt, cuius inuocari super se nomẽ exposcunt. Et Apostolus
Paulus qui huius legitimi numeri & certi meminit, ad sep
Apoc.1. ecclesias scribit. Et in Apocalypsi Dominus mandata sua
uina & præcepta cœlestia ad septem ecclesias & car
dem angelos dirigit, qui nunc iste in fratribus numerus
nitur, ut consummatio legitima impleatur. Cum septẽ libe
planè copulatur & mater origo & radix, quæ ecclesias
ptẽ postmodum peperit, ipsa prima & una super petram
Domini uoce fundata. Nec uacat quòd in passionibus sola

liberis mater est. Martyres enim qui se Dei filios in passio-
ne testantur, iam nõ nisi Deo patre censentur, sicut in Euan
gelio docet, dicens: Ne uocaueritis uobis patrem super ter- Matth.23.
ram: unus est enim pater uester qui in cœlis est. Quæ uerò
ediderunt confessionũ præconia, quàm præclara, quàm ma-
gna documenta fidei præbuerunt! Rex Antiochus infestus,
tinò in Antiocho Antichristus expressus, ora martyrum 2.Mach.7.
gloriosa & spiritu confessionis inuicta contagio suillæ car-
nis maculare quærebat, & cùm flagellis grauiter uerbe-
rasset, ac nihil promouere potuisset, sartagines iussit igniri:
quibus ignitis & accensis, eum qui primus loquutus fue-
rat, & magis regem uirtutis & fidei constantia prouoca-
uerat, admoueri præcepit & frigi, producta & exacta
prius lingua quæ confessa Deum fuerat. Quod martyrium
gloriosius contigit? lingua enim confessa nomen Dei prior
ad Deum debuit ipsa proficisci. Pòst in secundo excogitatis
acrioribus pœnis, antequàm cætera membra torqueret, cu-
tem capitis cum capillis detraxit, odio scilicet certo. Nam
cum caput uiri Christus sit, & caput Christi Deus, qui ca-
put lamabat in martyre, Deum & Christum persequeba-
tur in capite. At ille martyrio suo fidens, & resurrectionis
sibi præmium de Dei remuneratione promittens exclama-
uit & dixit: Tu quidem * impotens ex hac præsenti uita * al's, quia po
nos perdis, sed mundi rex defunctos pro suis legibus in tens es
æternam uitæ surrectionem suscitabit. Tertius linguam po-
stulatus citò protulit: nam pœnam linguæ execandæ iam di-
cerat à fratre contemnere, manus quoq; amputandas con-
stanter extẽdit, multum beatus genere isto supplicij, cui con
tigit extensis manibus ad pœnam passionis dominicæ instar
imitari. Nec non & quartus pari uirtute tormenta conte-
mnens, & ad retundendum regem cœlesti uoce respondens

exclamauit & dixit: Potius est ab hominibus morti ad
expectare spem à Deo, iterum suscitandos ab eo in
æternam: tibi enim resurrectio ad uitam non erit. Q
præter quod carnificinam regis & duros uariosq; cru
tus fidei uigore calcabat, ad præscię tiam quoq; & n
futurorum spiritu diuinitatis animatus prophetauit re
indignationem Dei, & ultionem uclociter prosecutu
Potestatem, inquit, inter homines habens, cum sis corru
bilis, facis quod uis. Noli autem putare genus nostrũ à D
derelictum esse. Sustine & uide magnã potestatẽ eius, q
liter te & semen tuũ torquebit. Quale illud leuamentũ
martyrij, quàm magnũ, quàm grande solatiũ? In cruciat
suis non tormenta propria cogitare, sed tortoris sui su
cia prædicare? In sexto uerò non uirtus sola, sed hum
prædicanda est, nihil sibi martyrem uindicasse, nec compe
nis suæ honorem superbis uocibus uentilasse, peccatis p
suis adscripsisse, quòd persecutionẽ à rege pateretur. D
uerò dedisse quòd postmodũ uindicaretur. Docuit esse m
tyres uerecundos de ultione fidere, & nihil in passio
ctare. Noli, inquit, frustra errare, nos enim propter
metipsos hoc patimur peccantes in Deum nostrum. T
tem ne te existimes impune futurũ aggressus pugnare
Deo. Admirabilis quoq; mater, quæ nec sexus infirm
fracta nec multiplici orbitate commota, morientes libe
spectauit libenter, nec pœnas illas pignorum, sed & g
computauit, tam grande martyrium Deo præbens
oculorum suorum, quàm præbuerunt filij eius torquen
passione membrorum. Cùm sex punitis & occisis sup
unus ex fratribus, cui rex diuitias & potentatus &
pollicebatur, ut crudelitas eius aut feritas, uel unius
solatio foueretur, & peteret ut ad filium deijciẽdam

deprecaretur & mater. Deprecata est illa, sed ut decebat
martyrum matrem, ut decebat legis & Dei memorem, ut
decebat filios suos non delicatè sed fortiter diligentem. De-
precata est enim, sed ut Deum confiteretur, deprecata est ne
à fratribus suis frater in consortio laudis & gloriæ separa-
retur, tunc se septem filiorum computans matrẽ, si sibi con-
iungeret septem Deo peperisse non seculo. Armans itaque
eum & corroborans, & feliciore tunc partu filium gene-
rans: Fili, inquit, miserere mei, quæ te in utero mensibus no-
uem portaui, & lac triennio dedi, & alui, et in ætatem istam
perduxi. Oro fili aspicias cœlum & terram, & omnibus
quæ in eis sunt aspectis intelligas, quia ex nihilo fecit illa
Deus & hominum genus. Itaque fili ne timeas carnificem
istum sed dignus fratribus effectus, excipias mortem, ut in il
le misericordia cum fratribus tuis te recipiã. Magna laus ma
tris in exhortatione uirtutis, sed maior in Dei timore & in
fidei ueritate, quòd nihil sibi aut filio de sex martyrum ho-
more promisit, nec fratrum precem profuturam credidit ad
negantis salutẽ. Persuasit potius participem fieri passionis,
ut in iudicij die posset cum fratribus inueniri. Post hæc libe-
rasis commoritur & mater: neq; enim aliud iam decebat,
quam ut quæ martyres pepererat & fecerat, in consortio
illæ gloriæ iungeretur: & quos ad Deum præmiserat, ipsa
quoq; sequeretur. Ac ne quis uel libelli, uel alicuius rei obla
tis sibi occasione qua fallat, amplectatur decipientiũ malum
martyrium, nec Eleazarus tacendus est, qui cum sibi à ministris Eleazarus.
regis offerretur facultas, ut accepta carne qua liceret sibi
uesci, ad circumueniẽdum regem simularet se edere, quæ de
sacrificijs atq; illicitis cibis ingerebãtur, consentire ad hanc
fallaciam noluit, dicens: nec ætati suæ, nec nobilitati conue- 2. Mach. 6.
nire id fingere, quo cæteri scandalizarentur, & in errorem

inducerentur, existimantes & Eleazarum nonagintā annorum nobilem scribarum principem, & septuagenarium Machabæum, & alios innumerabiles, qui nos natum ad morē alienigenarum relicta & prodita Dei lege transisse: nec tanti esse lucrari breuia uitæ momenta, ut offenso Deo incurreret æterna supplicia. Atq; illic exercitatus diu & in extremo iam constitutus, cum inter uarios cruciatus & tormenta moreretur, ingemiscens ait: Domine qui scientiam habes scientiam, manifeste tu scis, quia cum possim morte liberari, durissimos dolores corporis tolero sagena uulnerum lacerans, animo autem propter tui ipsius metum libenter hoc patior. Syncera prorsus fides & uirtus integra, satis para, non regem Antiochum cogitasse, sed Deum timuisse hominem, & scisse proficere sibi ad salutem non posse, si homini derideret ac falleret, cum Deus qui conscientiæ nostræ iudex est, & solus timendus est, nec derideri possit omnino nec falli. Si igitur & nos dicati Deo ac deuoti uitiis & delictis pra ipsa iustorum antiqua & sancta uestigia iter figamus, per eadem documenta pœnarum, per eadem passionum martyria pergamus, hoc ampliorem gloriam compensantes temporis nostri, quòd cum uetera exemplaria numerentur, exuberante postmodum uirtutis ac fidei copia, numerari non possunt martyres Christiani, testante Apocalypsi & dicente: Post hæc uidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omni gente, & ex omni tribu & populo & lingua stantes in conspectu throni & agni, & erant amicti stolis albis, & palmæ fuerunt in manibus eorum, & magno clamore dicebant: Salus Deo nostro sedenti super thronum & agno, & respondit unus ex senioribus dicens: Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt & unde uenerunt? Et dixi ei: Domine mi scis. & ait mihi: Hi sunt qui uenerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas & candidas eas fecerunt in sanguine agni: propter hoc sunt ante

Apoc. 7.

conspectu throni Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius. Quòd si tantus ostenditur & probatur Christianorum martyrum populus, nemo difficile uel arduum putet esse martyrem fieri, quando uideat martyrum populum non posse numerari.

XII.

Quæ spes & merces maneat iustos & martyres post tribulationes huius temporis & passiones, per Salomonem spiritus sanctus ostendit & præcinit dicens: Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes eorum immortalitate plena est. Et si in paucis uexati, in multis bene disponentur, quoniam Deus tentauit illos, & inuenit eos dignos se. Tanquā aurū in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiæ accepit illos, & in tēpore erit respectus illorum. Iudicabunt nationes, & dominabūtur populis, & regnabit Dominus eorum in perpetuum. Item apud eundem uindicta nostra describitur, & persequentium nos atq; infestantium pœnitentia prædicatur: Tunc stabunt iusti, inquit, in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, dicentes inter se pœnitentiam habentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinem improperij. Nos insensati uitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Quomodo ergo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est? Ergo errauimus à uia ueritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol non ortus est nobis. Lassati sumus in iniquitatis uia & perditionis, & ambulauimus solitudines difficiles, uiam autē Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactā-

Sap. 3.

Sap. 5.

iactatio contulit nobis? transierunt omnia illa tanquam umbra. Item in psalmo CXV. pretium & merces pa-
ostenditur: Pretiosa, inquit, est in conspectu domini mors
ctorum eius. Item in psalmo CXXV. tristitia consitis
nis & lætitia retributionis exprimitur: Qui seminant
quit, in lacrymis, in gaudio metent. Ambulantes ambula
& flebant mittentes semina sua. Venientes autem u
in exultatione, tollentes gremia sua. Et iterum in p
CXVIII. Beati qui immaculati sunt in uia, qui ambu
in lege Domini. Beati qui scrutantur martyria eius, in
corde exquirunt eum. Item Dominus in Euangelio,
Matth.5. ipse persecutionis nostræ & remunerator passionis: Be
eritis, inquit, qui persecutionem passi fueritis propter
tiam, quia ipsorum est regnum cœlorum. Et iterum: Be
eritis cum odio uos habuerint homines, & separa
uos, & expulerint, & maledixerint nomini uestro
nequam propter filium hominis: Gaudete in illo die &
ultate, ecce enim merces uestra multa est in cœlis. Et
rum: Qui perdet animam suam propter me, hic salua
Nec solos animaduersos & interfectos pollicitationis
næ manent præmia, sed etiam si ipsa passio fidelibus
fides tamen integra atq; inuicta persteterit, & constan
ac relictis suis omnibus Christum se sequi Christianus
rit, ipse quoq; à Christo inter martyres honoratur, pol
Luc.18. ipso & dicente: Nemo est qui relinquat domũ, aut ag
parentes, aut fratres, aut uxorẽ, aut filios propter re
Dei, & non recipiat septies tantum in isto tempore, in
Apoc.21. lo autem futuro uitam æternam. Item in Apocaly
dem loquitur: Vidi, inquit, animas occisorum propter
me, IESV & sermonem Dei. & cum primo loco p
set occisos, addidit dicens: Et quicunq; imaginem bestiæ

adorauerunt, nec acceperunt inscriptionem in fronte aut in
manu sua, quos uniuersos à se in eodem loco simul uisos con
solatus & dicit: Et uixerunt & regnauerunt cum Christo.
Viuere omnes dicit & regnare cum Christo, non tantum
qui occisi fuerint, sed & quicq; in fidei suæ firmitate & Dei
timore perstantes, imaginem bestiæ non adorauerunt, neq;
ad signacula eius & sacrilega edicta consenserunt. Plus nos
accipere in passionis mercede, quàm quod hic sustinemus in
ipsa passione, probat beatus Apostolus Paulus qui digna- 2.Cor.12.
tione diuina usq; in tertium cœlum atq; in paradisum ra-
puste, audisse se inenarrabilia testatur, qui occulta fide IE-
SV se Christum uidisse se gloriatur, qui id quod & didicit
& uidit maioris conscientiæ esse ueritate profitetur. Non Rom.8.
sunt, inquit, condignæ passiones huius temporis ad super-
uenturam gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quis ergo
ex omnibus uiribus elaboret ad tantã claritatẽ peruenire, ut
amicus Dei fiat, & cum Christo statim gaudeat? ut post tor
menta & supplicia terrena, ad præmia diuina perueniat? Si
militibus secularibus glorioſum est, ut hoste deuicto redeant
in patriam triumphãtes: quanto potius & maius est, deuicto
diabolo ad paradisum triumphantes redire, & unde Adam
peccator ejectus est, illuc prostrato eo, qui antè deceperat,
trophæa uictricia reportare? offerre Deo acceptissimũ mu-
nus, incorruptam fidem & uirtutem mentis incolumẽ, lau-
dem deuotionis illustrem? comitari eum, cum uenire cœpe-
rit in uindictam de inimicis recepturus, lateri eius assistere,
cum sederit iudicaturus? cohæredem Christi fieri? angelis
coæquari? cum patriarchis, cum apostolis, cum prophetis
cœlestis regni possessione lætari? Has cogitationes quæ per-
fecto poteſt uincere, quæ possunt tormenta superare? Du-
ra fortis & stabilis religiosis meditationibus fundata mẽs,

& aduersus omnes diaboli terrores & minas mundi a-
mus immobilis perstat, quem futurorum fides certa & sol-
da corroborat. Clauduntur oculi in persecutionibus terra-
sed patet cœlum: minatur Antichristus, sed Dominus Chri-
stus tuetur: mors infertur, sed immortalitas sequitur: occi-
mundus eripitur, sed restituto paradisus exhibetur: uita tem-
poralis extinguitur, sed æterna reparatur. Quanta est digni-
tas & quanta securitas, exire hinc lætum, exire inter pres-
ras & angustias gloriosum, claudere in momento oculos,
quibus homines uidebantur & mundus, & aperire eosdem
statim ut Deus uideatur & Christus: tam uelociter migran-
di quanta uelocitas ut terris repentè subtraharis, & in re-
gnis cœlestibus reponaris! Hæc oportet mente contemplari
& cogitatione, hæc die ac nocte meditari. Si talem persecu-
tionis dies Christi militem inuenerit, uinci non poterit uir-
tus ad præmiũ prompta. Vel si accersitio antè præ-
uenerit, sine præmio non erit fides quæ erat ad
martyrium parata. Sine damno tem-
poris merces Deo iudice reddi-
tur, in persecutione mi-
litia, in pace con-
scientia co-
ronatur.
Amen.

Libelli de exhortatione martyrij,
FINIS.

INDEX RERVM AC SENTENTIARVM, QVAE sunt notatu dignæ in hoc opere.

Aaron filij extincti. 308
Abel primus martyrij autor. 241
Abrahami obedientia. 241
Abstinere pro amouere. 97
Acca.
Ad pro apud. 315
Adam impatiens. 162
Aduersarios singulos aggreditur. 364
Adulter peior libellatico. 36
224
Aequanimitas.
Aesculapius. 356
Alexander. 314
Amalech figura diaboli. 315
Ananias, Azarias, Misahel. 442
207.241
Anceps tẽporũ palpator. 113
Angusta bonorum uia. 457
Animarum ratio communis. 265
Animi expiati potentia. 109
Anna, typus ecclesiæ. 410
Apes regem habent. 256
Apibus rex unus, gregibus dux unus. 318
Apollo. 314
ἀπολογεῖσθαι. 203
Apostatæ. 86
Apostoli. 242
Apostoli Petro pares. 297
Apostolis omnia cõia. 339
Arca Noë. 298
Arma Christianorum. 224
Ascensio Christi. 320
Aßidua lectio uel oratio. 115
Asylum. 316
Antipapa. 180
Auaritia sacerdotum. 267
Auaritiam taxat. 313
Aura popularis. 113
Aurelius exemplar ecclesiasticæ disciplinæ. 133
Aurelij agon. 132
Aurelij commendatio. 132
Auro alligantur diuites. 114

B

Beatorum præmia. 291
Basilides episcopatu exturbatus. 66
Baptisma. 433

Baptiſma unum. 302
Baptiſmus nemini denegandus. 169
Baptiſmus non niſi ab habente poteſtatẽ percipitur. 80
Baptizandi inſtitutio. 167
Bellũ multorũ homicidium. 109
Beneficia tyrannorum. 317
Birrum epiſcopale. 33
Bonis ac malis ſol exoritur. 354
Bonos & malos habet una domus. 273

C

Caduca omnia fucata. 116
Cæcitas diuitum. 114
Cæco lumẽ, ſurdo ſermonem, ſapientiã bruto offerre labor irritus. 261
Cæſar. 316
Cain impatiens. 364
Carne hic æquamur, ſeparamur ſpiritu. 372
Carnis monilia. 282
Caſtor, Pollux. 314
Cataſta, id eſt, compes lignea qua uinciuntur ſerui. 133
Celebrandum an ſit ueſpere, an mane. 126
Celerina, auia Celerini. 236
Celerini conſtantia.
Celerini cum Aurelio co[illegible]tio.
Celerini martyrio ſuadet [illegible] gratulandum.
Certantibus præeſt dñs. [illegible]
χαλεπά. 129. [illegible]
Charitas.
Chriſtus paſſus, ut nos [illegible]meret.
Chriſtus ſacerdotum pro[illegible]ctor.
Chriſtus quomodo ſalutis [illegible]tor.
Chriſti exemplo primum [illegible]cere, poſtea docere op[illegible]tet.
Chriſti immortalis benefi[illegible] 321
Chriſti milites mortis [illegible]temptores.
Chriſti natiuitas.
Chriſti patientia.
Chriſtiana fortitudo.
Chriſtianus dici non me[illegible]tur qui Chriſto non [illegible]dit.
Chriſtianus non eſt, qui [illegible] Chriſti eccleſia non [illegible] 222
Chriſtiani ſpe firmantur [illegible]

Chriſtianorum arma præcepta Dei. 433
Chriſtianorũ perſecutor Demetrianus. 268
Chriſtianorum ſpes in ligno 200.
Chriſtianos inuitat paradiſus. 273
Circunciſionis dies. 169
Cloacina. 315
Cœleſtis muneris nulla menſura. 108
Cogitatio carnalis abijcienda. 426
Colluctatio carnis & ſpiritus. 417
Columba eccleſia. 300
Commendatio martyrũ. 135
Concordia. 297
Concordia inuicta. 36
Confeſsio beatos facit. 130
Confeſsio gloriæ exordium. 310
Confeſſor. 310
Confeſſorum commendatio. 384
Confirmatio epiſcopi. 213
Confundi ponit pro erubeſcere. 126
Conſulatus. 316
Conſulendum ſaluti. 338
Contagium uenenati ſermonis exuendum. 62
Continentiam ſuadet Deus, non iubet. 293
Conſiderandum quid ſcribamus. 53
Conſolatio martyrum. 201
Conſolatur incarceratos. 130
Conſus. 315
Contagio malorum. 78
Conuicijs cedendum. 50
Cornelius Centurio. 427
Cornelius gradatim ad epiſcopatum euectus. 212
Coronæ Chriſtianorum uariæ. 350
Corpus non animus in martyrio deficit. 392
Corporum materia ſimilis. 265
Cothurni tragici mala. 110
Credendum non eſſe cuique ſpiritui. 215
Criminis particeps eſt qui conſentit. 140
Crocodilus colitur 268
Cupiditas malorum omnium radix. 329. 391. 420
Cyprianus increpat Demetrianum. 265
Cyprianus inſultat Pupiano.

no. 257
Cyprianus Nouatiano insultat. 222
Cyprianus se purgat. 109

D

Dalmatica. 33.
Deformis quisq; sine Dei decore. 403
Defuncti etiam orant pro uiuis. 38
Delicta redimenda. 55
Delinquimus quotidie. 414
Demetrianus Christianorum persecutor. 268
Demetrianum increpat Cyprianus 265
Deprecatiões sine opere parui sunt momenti. 325
Deus à morte liberare potest. 242
Deus differt uindictam. 354
Deus homo, Christus prænũtiatus. 319
Deus misericors. 406
Deus placãdus non uocc tantum, sed lacrymis, iciunijs, &c. 229
Deus sua dona coronat in nobis. 203
Deus unus. 318
Deus unus est ubiq;. 318
Dij Romanorum.
Dei est quod possumus.
Dei nutu cuncta regũtur.
Dei uoluntas.
Deo omnia manifesta.
Deo proprium misereri.
Deo proximus nihil terrenum appetit.
Diabolus baptismo oppugnatur.
Diaboli insidiæ.
Diaboli uersutia.
Diaconus accipit confessos in necessitate.
Diana.
Digni ordinandi.
Dilectione & spiritu adfectus coniunguntur.
Disciplina.
Disciplina gubernaculum in tempestate.
Discipulus ut didicit, sic docet.
Dissimulandũ nonnunq;
Diuites discruciat sollicitudo 113
Diuitũ exprobratio.
Dominus cordis scrutator. 137
Dominus orandus.
Dona sua coronat in nobis
Dum

Deut.
Ductis cõfessio subditorum est conuersio. 203

E

Ecclesia nulli claudenda. 59
Ecclesia pulsantibus aperienda. 59
Ecclesia una. 39
Ecclesiæ unitatẽ seruari gaudet. 76.223
Errare. 157
Eleemosynæ fructus. 461
Enoch Deo placuit. 335
Epiphonema. 381
Episcopus plebe præsente eligendus. 110
Episcopus seipsum ordinare non potest. 66
Episcopi uirtus adunatio fraternitatis. 76
Episcopum designabat populus. 36
Episcopatus unus. 223.297
Epistola scholastico stylo elaborata. 161
Eremitis patiens. 105
Eucharistius relicto episcopatu aegrot. 364
Eucharist schismatis autor. 145
Eucharistia accipientibus tuta. 178
Eucharistia sumpta erigit. 42
Execratio in fidei detractores. 89
Exercitus unitus disperso fortior. 36
Exhortatio ad patientiã. 372
Exhortatur ad patientiam. 131
Exomologesis, id est, cõfessio à uerbo ἐξομολογέομαι, id est, confiteor. 226

F

Faciem uidemus, cor uero non. 42
Febris. 315
Felicissimi factio. 86
Felicissimo pseudepiscopo insultat. 58
Felix. 52
Fides dormiens censura cœlesti erigitur. 387
Fides rara. 313
Fidei & perfidiæ nulla societas. 62
Fidei unitas congratulationis causa. 35
Figura dominicæ passiõis. 117
Figura sacramenti baptismalis. 120
Filiorũ numerus liberalitatem & eleemosynas minuit

nuit. 333
Finis mundi in proximo est. 275.
Flēdi gehēnæ immemores. 61
Flora. 315
Fori mala. 111
Fortunatianus. 82
Fortunatus pseudepiscopus. 51
Fructus eleemosynæ. 335

G

Gaudēdū morte potius quàm flendum. 380
Gaudium properat. 133
Gladius spiritualis. 97
Gradus felicitatis. 56
Gradus uictoriæ. 385
Gratia Dei æqualiter distribuitur. 248
Gratia nulli deneganda. 169
Gratulatur Cyprianus reuersis ad fidem 159
Gregibus dux unus, apibus rex unus. 318

H

Hæreses unde ortæ. 48
Helias typus Christi. 333
Hercules. 314
Histrionicis gestibus inquinantur omnia. 110
Homo cinis. 359
Homo creatoris sui obli[illegible] 289
Homines pares.
Honoris iacturam facere [illegible] decorosum.
Hortatur ad martyrium.

I

Ianus bifrons.
Idea.
Idololatriæ origo.
Ignatius
Ignauia mentis qualiter [illegible] primenda.
Ignorātiæ bona opinata [illegible]
Imaginis Dei portatores [illegible] 293
Immortalitas perseuerantia [illegible] tur.
Imo pro potius sæpe [illegible] pat.
Impatiens Adam.
Impatiens Esau, et Cain [illegible]
Impatientia.
Imperij uicissitudo.
Incisæ leges negliguntur [illegible]
Infelix loliū & steriles [illegible] nantur auenæ.
Innocens nemo.
Insidiæ diaboli
Inuehitur in Demetrianum [illegible] 266

Inuidia radix omnium malorum 344
Inuidia sine termino. 345
Inuidia uitanda. 342
Inuidia uulnus occultum. 345
Inuidiæ origo. 342
Iob patientia probatus 363
Iouinus. 52
Iudæi uagabundi. 319
Iudas proditor. 311
Iudicamur tales, quales inuenimur. 378
Iudicij dies bonis gaudio, malis gehennæ futuris. 245
Iudex uenalis. 112
Iuno. 315
Iupiter. 314

L

Lacrymæ legati dolorum. 143
Laicus ex sacerdote. 215
Lapsis comumnicanda pax. 211
Lapsis medicina danda 179
Latium. 314
Laurentius. 236
Legibus nullus honor. 112
Leucothea, Melicertes. 314
Leuitæ diuinis tantum uacent. 92
Libellati. 139.162
Libellati & sacrificati. 52
Libellaticus. 215
Liberum arbitrium. 50
Lucius episcopatui restitutus. 155

M

Machabæi. 242
Maledici. 46
Mala à diabolo. 225
Mali suo semper feruntur malo. 146
Malitia paucorū cæteros inficit. 175
Mancinus. 316
Mane orandum. 429
Mappalicus martyr. 136
Mars. 315
Martialis hæreticus & idololatra. 67
Martyrum commemoratio. 164
Martyrum commendatio. 227
Martyrum laus. 200
Martyrum uincula apud Deum ornamenta. 201
Matrix Roma. 251
Mauri regum suorum cultores. 315
Maximus 52
Maximus presbyter 51

Medicus imperitus. 393
Melchisedech typus dominici sacramenti. 118
Melicertes, Leucothea. 314
Melior est unus timẽs Deum quàm mille impij. 58
Mendacium bonis insidiatur. 214
Mendacia non diu fallunt. 53
Miles inexercitatus bello inutilis. 432
Milites Christi nullo uincuntur tormento. 134
Miraculum. 400
Miracula Christi prædicta. 320
Misereri Deo proprium. 395
Misericors Deus. 406
Modestiæ tela sumenda 142
Monilia carnis. 282
Moriendum cuiq; semel. 45
Mors omnibus æqua tardior, aut citior. 240
Mors quibus timenda. 307
Mors sanctorũ pretiosa. 135
Mundus nutat. 382
Mundus senuit. 262
Mutati consilij ratio. 218
Mysterium. 96

N

Naturæ uis & consuetudinis.
Ne nos inducas in tem[illegible]nem.
Necessitas prætexitur tur[illegible]tudini.
Nemo dat quod nõ habet.
Nemo extra ecclesiam bo[illegible]zandus.
Nemo innocens.
Neptunus.
Nicostratus desertor eccle[illegible]siæ.
Nicostratus reus crimin[illegible] 178
Nouatianus ecclesiæ hostis. 180
Nouatianus fidei hostis.
Nouatiani uenenata facũ[illegible] 37
Nouatiano insultat Cypri[illegible]nus.
Nouatus nouarum rerum [illegible]pidus.
Nouati cura in circumuen[illegible]do.
Nouati parricidium.
Nulla cum malis commer[illegible] 62
Numidicus presbyter.

O

Oblatio pro alijs.
Oblatio pro defunctis. 93
Obtemperandum præceptis. 186
Odium ante notitiam. 317
Omnia orta cadunt. 262
Opera Dei perfecta. 168
Operantibus præmium, otiosis supplicium. 337
Orãdi adorãdiq; modus, 410
Orandum mane 429
Orandum pro inimicis. 61
Orandum pro omnibus. 234
Orandum quid. 411
Orandum uesperi. 429
Orandus Dominus. 395
Oratio dominica cæteris anteferenda. 408
Oratio sit communis & publica. 411
Oratio unanimis. 230
Orationi instandum monet. 142
Ordinis ecclesiastici series. 172
Origo idololatriæ. 314
Os homini sublime dedit, cœlumq; uidere iussit. 271

P

Panem nostrum quotidianũ interpretatio. 418
Παρόπλιαν. 244
Paradisus Christianos inuitat. 273
Patientia aduersis probatur. 272
Patientia Christi. 356
Patientiæ commendatio 364
Patientiæ origo à Deo. 353
Patiẽtia omnibus necessaria. 363
Patrimonium Deo credendum. 334
Patronus præuaricator. 112
Paucorum malitia cæteros inficit. 175
Paulus. 326
Pauor. 315
Pauperi non cuiuis subueniẽdum. 174
Pauperes commendat. 165
Pauperum commendatio. 199
Pax dantibus periculosa. 393
Pax fortibus necessaria. 40
Pax negatur morienti. 222
Pax pœnitentibus morte datur. 39
Pax quærenda. 312
Pax uigilantibus datur. 6
Peccata nostra meruere ea, quæ patimur mala. 229. 264
Peccata separant à Deo. 268

Peccatorum remedia. 324
Pecuniæ mancipati. 391
Pecuniæ seruus. 330
Perfunduntur apud nos, mergunturapud Anglos baptizandi, 246
Peripatetici ab ambulando dicuntur, Clinici lecto affixi sunt. Huc alludit iocus. 250
Persecutio fidelium coronatio. 240
Pertinaces Nouatianistæ. 81
Philosophi Deo displicentes. 353
Philosophorũ rationes Christianorum rationibus dissimiles, 217
Picus. 315
Pilumnus. 315
Plato. 317
Pœna breuis quã manet merces æterna. 202
Pœnitentia agenda. 225
Pœnitentia agitur seruando Dei mandata. 192
Pœnitentia nulla sera est. 277
Pœnitentiæ nullus post mortem locus. 277
Pollux, Castor.
Populus designabat cpm pum.
Præcepta Dei arma Chri norum.
Præceptis obtemperan 186
Præmia beatorum.
Præpositus inter præ 256
Præpositi uita subditorum gula.
Priuatus.
Prophanus est, qui eccle unitati derogat.
Prophetæ.
Pseudepiscopi.
Puella à dæmone possi 399
Puerorum ore nonnu Deus loquitur.
Pugna longior corporum sublimiorem.
Pupiano insultat Cypria 257

R

Radij multi, sol unus.
Raphaël angelus. 32
Ratio reddenda.
Rector qualis, talis tus.
Resilit Demetriani susurros. 261
Regibus anxietas & metus. 114
Regnum socij impatiens. 318
Regnum cœleste, terrestre. 414
Regulus.
Remedia peccatorum. 316
Remitte nobis debita nostra. 324
Renasci posse miratus Cyprianus. 421
Renatus Cyprianus nubem exuit. 106
Reprehensio Christi. 107
Reuelatio. 320
Romulus. 258
315

S

Sacerdos ab altari non recedat. 92
Sacerdos dignus eligendus. 652
Sacerdotes humiles. 254
Sacerdotes ueri qui. 81
Sacerdotum corpus curiosum. 180
Sacerdotum puritas. 64
Sacrificati. 140
Sacrificia pro martyribus. 236
Sæpe fit expulsa nocte serena dies. 234
Saluti consulendum. 338
Sanctificetur nomen tuum. 414
Satisfactio longa. 87
Saturnus falcifer. 314
Scelus uindicta sequitur. 271
Schismatica molimina non durant. 223
Scrutator cordium Deus. 41
Secessus studiosis aptus. 105
Securitati consulendum. 277
Sed libera nos à malo. 424
Serenitas discussa nube refulget. 384
Sermo malorum sicut cancer. 405
Serpens dictus diabolus. 295
Sicut in cœlo & in terra. 417
Similitudinibus ostendit ueniam pœnitentibus nõ denegandam. 226
Similitudinibus unitatem ecclesiæ probat. 298
Simplex de Deo sermo non fucatus. 106
Socrates dæmone usus. 317

Sol æqualiter radios diffundit. 248
Sed exoritur bonis ac malis. 301
Sosthenes. 317
Spes Christianorum in ligno. 158
Spe firmantur Christiani. 273
Spiritus sine mensura datur. 248
Sportula. 92
Sportulæ. 237
Stabulum pro diuersorio. 181.
Statutum. 57
Superstitione subuertitur religio. 268
Sursum corda. 426

T

Taciturnitas nimia nocet. 184
Temperanda seueritas, ne ueniatur ad deteriora. 216
Tempestas ostēdit probatos. 155
Tempore multiplicātur mala. 263
Testis in propria causa nemo idoneus. 251
Therapius decreti transgressor.
Thomæ similes incredu[illegible] 236
Timens Deum melior, quam mille impij.
Timere cogitur qui timetur. 114
Tobias cæcitatem pertulit. 364
Tobiæ præcepta ad filium. 335
Tormētis præmia crescunt. 200
Trismegistus.
Trophimus ecclesiæ restitutus.
Tyberinus.
Tyrannorum beneficia.

V

Veniæ uia omnibus patet. 197
Veritatis ratio habenda. 389
Vesperi orandum. 429
Vicissitudo imperij. 304
Victoriæ gradus. 389
Vigilandum est. 393
Vincula martyrū ornamenta apud Deum. 200
Vindices legis diuinæ, Mathathias, Helias, Daniel. 68

Vindictam differt Deus. 354
Virgo Deo dicata. 96
Virgines exhortantur. 291
Virginibus aduersus carnem colluctatio. 282
Virginibus etiam sacris permittit nubere. 96
Virginum & masculorum periculosa cohabitatio. 95
Virginitas flos ecclesiæ. 220
Virtus inconcussa contra incursus. 44
Visio. 379
Vitæ breuitas. 263
Vitæ uia arcta. 291
Vitea porticus. 106
Vltima semper Expectanda dies homini, diciq; beatus Ante obitū nemo supremaq; funera debet. 370
Vnanimitati plurimum tribuendum. 303
Vnitas. 312
Vnitas à Deo & apostolis data successoribus seruanda. 150
Vnitas ecclesiæ figuris designata. 76
Vnitatē ecclesiæ seruari gaudet. 153
Vnusquisque rationem sui actus redditurus. 105
Voluntas Dei. 416
Votum sacerdote dignum. 173

FINIS.

VITA B. CAECILII CYPRIANI
per D. Eusebium Hieronymum.

CYPRIANVS Afer primum glori
rhetoricam docuit, exinde suadente pr
tero Cæcilio, à quo & cognomentum
titus est, Christianus factus, omnia
stantiam suam pauperibus erogat
post non multum temporis, electus in presbyterum,
episcopus Carthaginiensis constitutus est. Huius
superfluum est indicem texere, quum sole clariora
eius opera. Passus est sub Valeriano & Galieno
bus, persecutione octaua: eodem die, quo Romæ
sed non eodem anno.